DE
VSVRIS

SALMASIUS

55266

1638

55266

BIBLIOTEKA WYŻSZEJ SZKOŁY NAUK SPOŁ. W WARSZAWIE

DE VSVRIS LIBER,

CLAVDIO SALMASIO auctore.



LVGD. BATAVOR.
Ex Officina Elseviriorum.
CIↃ IↃ C XXXVIII.

55266



PRÆFATIO

Ad Reverendum & Clarissimum Virum,

IOH. CLOPPENBVRGIVM,
Theologiæ Doctorem, & verbi
divini Ministrum in Ecclesia
BRIELENSI.

CUM alia multa in manibus essent, haud paulo majoris operę ac momenti quæ agere vellē ac possem, fortasse etiam deberem, cur ab usuris de quibus paulum admodum habebam parati, placuerit auspicari, non nemini potius quam tibi mirū videatur, Doctissime Cloppenburgi. Tu ideo minus id mirabetis, quoniam tenes quid me cum nihil tale meditarer, aliudque omnino agitarem, ab ea in qua tunc eram cogitatione deductum, ad hanc quæ nec in somniis nobis inhæserat, repente traduxerit. Nunc operæ pretium est id aliis etiam per te indicari, si qui erunt tam ab re sua otiosi, quales multos esse non dubito, qui quid agam, quid non agam, aut cur hoc potissimum, curiosius sibi inquirendum putabunt. Decrevi quidem

alias rationem illis reddere, si qui tales erunt, longæ cessationis meæ, vel potius obdormitionis, si sic mallent appellare, interim sciant, qui me casus vel occasio velut è profundo emersum somno suscitaverit, ut huic curæ hoc tempore vacaturus evigilarem. Neminem certè puto, etsi nihil causæ afferrem cur hæc nunc conscribam, adeo peritum calumniandi artificem fore, aut mei ignarum, qui me quod hîc causam tueor fœneratorum, familiaris & amicæ mihi professionis, vel ut egenti, vel ut abundanti, patrocinium arguat suscepisse. Quo magis credo facile persuasum iri hominibus qui me noverint, mihi non aliud in hoc opere propositum esse quam veritatem propugnare cum nullum ex illis qui usuras impugnarunt æque aversum à versura unquam fuisse fidenter ausim adfirmare. Si quis hoc idem tentaret quod ego nunc aggredior, fœnerator notus, ut suam ipsemet professionem verbis extolleret ac commendaret, fidem non magis, nec majorem inveniret quam quilibet alius artifex instituto artis suæ præconio. Pleriq; tam contrario vitio laborant, ut quibus maxime ipsi vivunt obnoxii, ea in aliis omni occasione reprehendere conentur, non alio fini quam ut cui culpæ proximè affines deprehenduntur, ab ea quam longissime abesse videantur. Sic gloriæ cupidi glorioſos omni

omni sermone carpunt, avaros verbis exagitant qui non minori se ipsos avaritia intus agitari re ipsa ostendunt. Cum ærarium insanis largitionibus exhauriret Gracchus, idem se maximum ærarii defensorem ferebat. Nulla denique neque nunc neque olim visitur avis aut visa est, frequentior, quam Clodius mœchorum accusator, aut Cethegorum Catilina. Ceterum id mihi eo vitæ genere quod hactenus sum sequutus, toroq; ejus cursu ac tenore quem adhuc egi, satis caviſse videor, ut aut in accusando fœnore, si ita visum esset, aut in defendēdo, quod à me rectius judicatum est, neutrum mihi jure exprobrari possit. Si damnantibus illud accessissem, nemo de me diceret quod de pleriſq; eorum dici potest, lingua illos aversari quod corde adamarent, discidiumque esse inter vitam quam exercerent, & chartam quam exararent. Quod & in illum Catonem Censorium merito cadere, non immerito quis miretur, qui cum fœnerari, hominē esse occidere, prædicaret, hujusmodi homicidiis omnes ætatis suæ mortales longo intervallo antecessisse, existimandus est quatenus genus improbissimum fœnoris, quale est nauticum, diligentissime traditur excoluisse. Quo minus fidem merentur quę contra usuras ille jactavit, quibus & ipse auctoritatem detraxit aliud agendo quam diceret,

nisi ea joco dixisse verius sit. Idque verisimile mihi magis. Quid enim, ut ait ille, verba audiam, cum facta videam? At quam multos hodie conspicere est Catoni hac in parte pares, aliis virtutibus multum disparres, adversus usuras ad ravim usque declamantes, & turpioribus quam quos usuræ dant, quæstibus avidissime inhiantes? Alia mea ratio est, qui sola vi veritatis adductus non amore fœnoris, quod nullum ad hoc novi ut exerceam, aut exercitum ab aliis mihi profit, omnibus sæculis odiosæ negotiationis defensionem suscepcrim, qua tamen nulla usque adhuc sæcula, nullæ fere gentes carere potuerunt. Vt illud Comici in eos conveniat qui acerbius invehuntur in hoc nundinationis genus, *culpant & comedunt tamen.* Vtuntur ea libenter quam libere carpunt, aut certè aliis quæstibus, si non isto, qui quod non sint honestiores, fidem faciunt hunc ipsum sibi reapse non displicere, etsi odium ejus simulent verbis. Et sane dicendo ac scribendo facilius extrudi fœnus è vita ac societate humana, quam re & facto posse exterminari, ut ostenderemus, hanc omnem operam insumpsimus. Usque omnis labor tanto magis utilis rei cui præstatur apparebit, minusque adeo suspectus, quod in hanc materiam forte fortuna incidi, non dedita opera, nec à longo tempore meditata ad

ad eam tractandam accessi. Etenim si ex Galliis ante annum aut paulo minus redeunti, rectum cursum quo ventus minus quam animus ferebat, tenere licuisset, nulla mea forsitan unquam, certe non hoc tempore, de re usuraria commentatio in manus hominum venisset. Scis ipse, Cloppenburgi vir Clarissime, quomodo me ad littus urbis vestræ ejectum verius quam adpulsum, cum ultra glacies tendere vetarent magna mole Mosæ fluminis meatum obstruentes, per aliquot eæ septimanas in oppido subsistere coëgerint, donec bona fide resolutus amnis, immanibus quas vehebat crustarum fragminibus repurgaretur, ac liberum navigiis iter præberet. Ibi me in terra haud secus atque in medio mari deprehensum, & domuitionis non minus quam Vlissem post longos errores cupidum, nullo non officii genere humanissime excepisti. Quibus officiis & cætera omni comitate effecisti ut suavissimæ tuæ conversationis fructum ne longioris quidem detentionis dispendio, si ita fors tulisset, redemptū nollem. Nam profecto, ne si diutius quidem Brielæ me aut tempestas continuisset, aut glacies commorata esset, eo nomine de mala mea fortuna queri libuisset, quæ moram illam quantumlibet alias morosam molestamque futuram, tam bona mercede pensaverit.

Alio sanè quam isto pretio tædium quo glaciales ferias tam longas Hiberno deo ibi residere sum coactus, non facile devorassem. Hoc tu doctissimis tuis sermonibus non solum delenisti, sed ita totum ex animo absterssisti, ut si alio quam ad meos properassem, recusanti ac tantum non repugnanti discessus ex urbe tua fuerit futurus. Vnus quippe in illis locis mihi repertus, qui commercium quod alii omnes cum Mercurio habent, ipse cum Musis haberes, id est cum humanitate ac doctrina. Absque quo fuisset, in portu ipso me naufragium feciisse, aut certe portum pro naufragio habuisse, jure merito potuissem existimare. Domus tua, bibliotheca, pectus ita mihi tum patuere, ut quodcunque benevolentiæ ac benignitatis ostendi & præstari potest homini peregrino, nulla in re defueris quin præstiteris, quod homo Gallus ab homine Hollando posset in tali re ac tempore desiderare. Inter illa porro colloquia quæ quotidie de litteris aut inambulantes, aut sedentes domi habebamus, cum significasses te Belgice scriptum de Vsuris tractatum jam edidisse, eundemq; etiam Latine factum ut à pluribus legi posset, paratum ad prælum habere, familiariter illum mihi communicasti, simulque scisitatus es, quid de tota illa quæstione sentirem. Nec potui tunc tibi dissimu-

dissimulare me semper in ea fuisse sententia usuras non esse juri naturali contrarias, nec jure divino positivo, ut vocant, debere illicitas videri. Et cum plurima in eam partem attulissem in medium, quæ tuæ opinioni confirmandæ facerent, meamque item assererent, insuper rogasti, ut quæcunque super ea re mihi adnotassem Epistolæ committerem, tibique mitterem, simul cum tuis edenda. Quod in ipso articulo ita me facturum recepi ut nulla de re minus quam de libro vel libris in eo argumento conscribendis in mente destinatum quidquam haberem. Epistolam promisi quam ne in justi quidem libelli modum molemque ituram putabam. Si eventus me fefellit, nec te forsitan minus. Sed quis nollet hoc genere fraudis decipi ut dum minus expectat, de improviso plus quam sperat recipiat? Quod in alio genere rerum procul dubio verum esset, ut meliorum, ita & magis expetendarum. In istis quod plus datur & pollicitationem excedit, in damno numerandum est. Lucro id è contra debet apponi, plurisque æstimari quod infra spem opinionemq; ei cui te debitorem constitueris, persolvitur. Nihil tamen malim quam tibi non ingratam accidere tantopere ultra promissi mensuram redundantem scriptionem hanc, quæ ut enormior justo evaderet nonnihil etiam

adjuvit quod de usuris est. Nam præter benignam admodum & largam materiam, quę paucis contineri, ut recte explicaretur, non potuit, illud etiam sum visus vereri, ne non satis eas asserere existimarer, nisi facto comprobarem, si honestũ sit cum fœnore quod acceperis reddere, multo esse honestius amplius dare quam promiseris. Sic dum diligenter omnia congero quæ stabiliendæ sint qua firmandus erat fœneratorum status, sententiæ, dumque curam obnixius intendo ne fœnori funus ducatur, pro uno Epistolio duo libri exierunt. Quorum hic prior, qui an licita ea res sit tractat, ad te jam proficiscitur, ut tibi debitus quia promissus, & ab eo promissus, qui quidvis perpeti prę optaret quam non pollicitis stare, fidemque datam prę stare. Sequetur alter de modo Vsurarum, merito suo secundus, quia nisi prius constiterit licitas esse, frustra agitetur de earum modo, quo veluti fræna nimium evaganti licentiæ fœnebri injiciuntur, per quæ impediatur ne res confessæ & probatæ utilitatis, si moderata sit, in perniciem convertatur nisi intra suos ac legitimos coërceatur fines. Quæ ratio autem faciat ut tam multi hodie sint inter Christianos qui nullas omnino usuras censeant permittendas, ne modicas quidem, nedum immodicas, eam rem quam magis apud me quærere instituí, tam minus

id

id me fateor reperire. Etenim cum nullo unquam seculo profundior avidiorque & insatiabilior avaritiæ gurges extiterit, quam hoc nostro, quo hæc tabes maximè eorum animos invasit, quorum minimè deberet, cur hoc genus quæstus infinitæ isti aviditati explendæ, si modo expleri potest, pabula subinde & affatim congerere in primis aptum, tam pertinaciter à plerisque repudietur, quos tamen & ipsos inexplebili siti opum quærendarum exardescere constat, id vero mirandum. Vnde hoc igitur? Nimirum verbis potius bonis, quam bonis operibus studemus inclarescere, vano strepitu magis quam vero ullo effectu vigentes, & quæ improbamus in scriptis ac sermonibus, in vita & factis affectare non dubitamus. Pares arboribus lętioribus, quę foliorum luxuria cum exuberent, fructum aut exiguum aut nullum ferunt, umbra delectare tantum idoneæ qua opacæ sunt, non fruge pascere qua sunt omnino steriles. Quid aliud causæ fingi queat cur hujus sæculi, & aliquot retro ætatum, homines, Theologiæ præcipuè & Canonici juris doctores, tanto animi ardore in disputationibus suis, ac thesibus, libris-que, id condemnent quod studio & actu ipso commendant, nisi si simulare se esse dicamus eos velle quod non sunt? Cui enim dubium est omnis antiquitatis non imperitis-

simo,

simo, quin pietas, caritas, æquitas, justitia & societatis inter homines retinendæ, immo & cum omnibus, etiam à fide alienis, & alios ritus profitentibus, colendæ studium primis priscisque Christianis in majore mensura ac fervore cognita, & culta fuerint quam nostris? Cum illi sic viverent ut nos loquimur, ac scribimus, talique essent ceteris exemplo, quod nec sequi, nec imitari nunc audent hodierni, nunquam tamen iis in mentem venit, ut usum usuratum plebi Christianæ vetandum putarent. An meliores sumus qui nunc eas vetamus? An dilectionis qua proximum amare tenemur, observantiores? An religionis quam Christus suo sanguine sanxit, cultores acriores? Nihil minus. Quid igitur? Volumus videri sanctiores iisipsis quos fuisse sanctissimos scimus, cum tamen ab eorũ integritate vitæ ac morum, tantum dissiti simus quantũ dicta dissident factis. Sic non vanè dici potest, eundem exitum feciſſe apud Christianos Theologiam, quem apud Græcos & gentiles Philosophia habuit, quorum ultima sæcula viderunt hanc sectam terentes plurimos, qui virtutis professionem quam promittit philosophus, barba tantum & pallio implerent, vitiorumque sola reprehensione, quibus ipsi tamen scatebant toti, tam sanctum nomen ementirentur. Si sibi in omnibus constarent, vitamque scriptis consen-

sentientem agerent, omnes reprehensores & accusatores fœnoris, facile eos ferrem non ferentes rem adeo parum suis moribus consentaneam. Nunc cum plerique eorum sub pallio mendicantium fœneratorium animum gestent, quis illos ferat? Haud sane magis quam & plures alios eidem accusationi subscribentes, qui cum alia nundinationum genera admittant, & per eas ipsi diteſcant, huic uni nec turpiori, nec magis ex verbo ac jure divino vetitæ, iniquiores sunt. Sed viderint ipsi, qua ratione moti id faciant. Quod si Christus usuram expresse vel per se vel Apostolos suos, interdixisset suis sectatoribus, indignus esset sacramento dicere tam augustæ disciplinæ, tum qui eas permitteret, tum qui tanquam sibi permissas usurparet. Nec sane vetera concilia primitivæ Ecclesiæ eo usque impietatis progressa essent, ut rei districte divino mandato prohibitæ tot patrum legitime in his congregatorum consensu atque auctoritate, permissionem vellent sancire, communiter plebeiis omnibus indulgendam, solis negatam clericis. Non particulares tantum Synodi Occidentis Orientisque in eo conspirarunt ut liberum fœnus laicis relinquerent, Ecclesiasticis illicitum vellent, sed etiam œcumenicæ. Quarum prima & auctoritate præcipua Nicæna cum legitimę usuræ licentiam

tiam his tantum qui in Canone Ecclesiæ essent constituti, ademit, eo ipso plebi non ademptam declaravit. Idque hodie servat Ecclesia Græca. Quę praxis perpetua primorum Ecclesiæ temporũ etiam Sidonii Apollinaris ætate, Arverni Episcopi in occidente obtinuit, qui in quadam Epistola cum inversas rerum vices turbatumque officiorum ac professionum ordinem designare vellet, *Syros psallere* dixit, & *Clericos fœnerari*. Qui Syri in republica Christiana tunc temporis idem munus habuere publice profitendæ fœnerationis, quem nunc habent in Hollandiæ urbibus Longobardi. Miratus sum nuper quemdam ex illo grege qui sub specie & habitu sanctitatis usuram pronuntiant, non de levioribus peccatis, sed ex illorum esse numero quæ lata ac regia via ad mortem ducunt sempiternam. Hic cum satageret probare à Christo vetitum esse fœnus, nec Christi verbis id ostendere posset, testimonium Paulo denuntiavit. Quem & ipsum testem productum cum diserte pro se dicere vix videret, ita verba ejus intercitandum ampliavit, ut non ab Apostolo sed à monacho interdictam versuram testimonio illo affirmari possit. Ita igitur Paulum loquentem inducit, in Epist. ad Ephesios, C. v. *Et ambulate in dilectione. Et fornicatio autem & omnis immunditia aut avaritia. & omnis usura nec nomine-*

nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Nisi de suo verba illa Paulo donasset, non poterat jus suum Canonemque obtinere, quem sine suffragio veteris & sanctioris Ecclesiæ, immo & contra ejus sententiam, sancitum iverunt novi juris Canonici auctores, de tollendis ex commercio Christianæ plebis usuris. Verum hanc fraudem vel pessimo fœnoris genere scelestiorem ausim dicere, quæ verbo addit divino quod contra ejus mentem est, ac Dei voluntatem, cum fœnus ex pacto & consensu contrahentium adjiciat facultatibus fœneratorum id quod pro usura præstanda convenit. Non ergo Apostolus sed Canonista præter sententiam Apostoli, subditivis vocibus id eum dicere facit de quo nihil cogitavit. Quod si ex sensu facti scriptoris putavit ei recte talia affingi posse, quasi parum referret in eo legi quod necesse esset intelligi, sane errat plusquam vice simplici. Nam πλεονεξίας nomine omnem usuram etiam comprehendi, quod ille doctor cum aliis pluribus censet, haud ita esse rectius censeret. Id si esset, ubicunque Christus, aut Apostoli ejus, sanctique Ecclesiæ veteris & Græci patres πλεονεξίαν nominant, & ab ea prohibent homines, usuram quoque omnem prohiberent, quia omnis usura πλεονεξία. Atqui nullum genus fœnoris hoc nomine meretur appellari nisi quod ultra mo-

dum

dum legibus præscriptum exercetur. Ceteri modi qui infra sunt nihil pertinent ad πλεονεξίαν. Ponamus πλεονέκτην esse ac dici avarum illum qui supra concessam lege mensuram fœneratur. Qui observabit legitimas in mutuando usuras numquid erit πλεονέκτης? Quod licet jure capere qui id percipit, nec amplius petit exigitqi, an is videtur ponendus inter πλεονέκτας? Multo minus in hunc censum referri debeat qui levioribus quam sunt legitimæ usuris est contentus. Quid? qui levissimas omnium paciscitur, an dicemus & hunc πλεονεκτῶν? Immo vero μισονεκτῶν potius dicēdus, cum tanto minore quam quanto leges permittunt, fœnore pecuniam suam locet. Vt ecce sub Constantino usuræ legitimæ vulgo erāt centesimæ. Si quis tum fœneratus semissibus esset, age si quis trientibus, descendamus adhuc inferius, si quis unciis vel semunciis, qui tam levem mercedem pro usu pecuniæ suæ posceret, cum leges longe graviorem permitterent, an πλεονεξίας hic homo merito arguendus foret, & non potius μισονεξίας laude donandus? Si inter hunc adeo sobrium ac modestum fœneratorem, & illum qui immodicis atque inconcessis usuris inopes trucidat, nihil interetit, tollantur per me licet eadem opera cuncta rerum discrimina, & nihil non linea signetur alba. Profecto si quod

si quod agit iste improbus danista πλεονεξίας est. nihil minus quam id fuerit, quod ille alter facit, arctioribus gyris quam quos fœnori cohibendo posuere jura, semetipsum sua sponte coercens. Si mercator toleratur immania captans compendia ex mercibus quas vili emit, ut immenso easdem vendat pretio, qui adeo parva affectant lucra ex pecunia sua fœnore locata, cur non tolerabuntur? Cur eos eliminabit Ecclesia? Cur Ecclesiastici damnabunt? Plus adhuc dicam. Cur fœnus lege permissum exercentes pejoris erunt conditionis in Ecclesia Christi quam mercaturæ operam dantes? Quæ ratio differentiæ, ubi utraque legibus permissa? Non solum mensas fœneratorum subvertisse dicitur dominus quos in templo deprehenderat, sed etiam vendentes & ementes inde ejecisse. Si nemo est qui dicat mercaturam propterea à Christo fuisse vetitam, cur quisquam ausit dicere trapezitas sive mensarios, qui publici tunc erant fœneratores, eo facto quod communiter cum mercatoribus passi sunt, videri solos condemnatos? Hoc posito, quod certum est ac stabile, fundamento, non esse à Christo prohibitum fœnus, non ad Ecclesiam pertinere constat ejusdem prohibitionem, saltem Laicis injungendam. Si ad jurisdictionē spectat civilem, monopolia permittere,

& pretium iisdem constituere, si cociones admittere qui emunt vilius ut carius vendant, quidni & ab eadem potestate pendebit, permisso jure naturali fœnori modum quo exerceri debeat, imponere? Dejecti ab hoc præsidio qui usuras à Christo vetitas adfirmant, aut parum, si forte, illi fidentes, ad Iudæos confugient, ut quia inter ipsos lege Dei non licuit fœnore dare, cum liceret alienis, ad Christianos idem præceptum extendant, quasi eo obligatos. Sed hac eadem ratione pugnari posset, immo & evinci Christianos pariter obligari propositione novarum tabularum quæ septimo quoque anno in gratiam pauperum & obæratorum apud eosdem Iudæos observabantur. Annum etiam Iubilæum similiter, ut à Mose institutus est, custodire Christiani deberent, quo licebat obæratis non persoluto debito recuperare possessiones quas ob æs alienum vendidissent. In pari horum præceptorum causa, parique fine, cur alia Christianis servanda proponunt, alia relinquunt, & nihili faciunt? Cur annus remissionis non obligabit Christianos ex Iudaicis legibus in usum revocatus, obligabit usuræ interdictio qualem illi justi sunt tenere? Si abrogantur illa Iudaica præcepta, nec locum nunc habent in republica Christiana, quæ tamen longe majoris erant momenti ad sublevandos

dos fratres pauperes, cur quæ minus ad hoc valent, reducuntur ac retinentur? Longe meliori ratione statuatur Christiano in Christianum usuras debere permitti, quandoquidem populo Dei cum alienis erant licitæ, cessante nimirum causa inter Christianos, propter quam Iudæis inter ipsos fuere Dei mandato prohibitæ, & cum extraneis permissæ. Cessat autem causa quæ producere effectum non potest. Quis autem efficere possit ac præstare ut in orbe Christiano nullus indigens reperiatur? In populo suo ullum extare indigentem Deus noluit, & omnia præcepta per Mosem data Iudæis eum finem habebant, quorum hæc tria fuere præcipua, usurarum prohibitio, anni remissionis, & anni Iubilæi institutio. Quæ omnia cum aliis essent inter Christianos revocanda, si causa propter quam Iudæis data sunt, effectum inter nos posset habere. Præcipi autem aliquid quod non possit observari, operam est perdere, & quod peius est aliis legibus, quibus melius potest obtemperari, ut ne & ipsæ observentur, occasionem exemplo præbere. Nam ut Græci recte dicunt, κάκιον ἀληθείας μὴ κεῖσθαι νόμον, ἢ μὴ χρῆσθαι. Immo præstaret non esse legem, quam esse, & non esse qui legi pareat. Profecto si tollendo usuras revocari posset intermortuus pridem atq; extinctus ille pristinus

caritatis affectus qui fervebat in prioris sæculi Christianis, primus vel inter primos dissuasor accederem legis illius quæ rogaretur ad eas permittendas. Ne scilicet à virtute Christianis omnibus adeo necessaria obstaret hæc permissio. Nunc vero quid fiet si prohibeantur? Tolletur simul remedium quod habent unicum plerique inopia ad tempus laborantium, qui maximum inde levamentum, & adjumentum sentiunt in temporaria sua necessitate. Frustra enim quis expectet, ut interdicta mercedis pro usu pecuniæ commodatæ pactione, reperiantur qui ultro eam gratis dent mutuam. Ipsi illi Canonistæ qui adeo infensos se gerunt fœnerationi, ut crimen esse majoris abollæ determinent, edicant omnibus sub inopiæ fasce gementibus, ut ad se veniant sumpturi quantum velint ac desiderent pecuniæ gratuitæ, quo suas relevent & expediant difficultates. Si bene eos novi, non puto facturos. Cur igitur, si quod efficacissimum est antipathes paupertate afflictis sublevandis, caritatem ipsi plenam nolunt impendere, quod proximum est miseris, ac solum pæne pharmacum egestatis, id eis ademptum eunt? Non auget caritatem qui usuras tollit, sed fraudes & perfidiam multo magis. Ne sint jam licitæ. Age pauper urgeat ut sibi succurratur, & clam in petendo mutuo, quoniam aliter

aliter non impetraret, vel à Canonista, promittat usuras quantas libet. An promittenti credet ille qui daturus est sine jusjurando? Quia enim rem illicitam pacisci tur, si debitor aliquando inficias iret se promisisse, vel etiam si promisisse fateretur, negaret tamen debere quoniam contra legem promissæ sint, non haberet creditor in jure quidquam opis ac præsidii ad solutionem exigendam. Iurabit ergo egenus iste facile, nihil aliud curans quam ut statim ex angustiis, quibus premitur, emergat. Quam temere juravit, tam ex proclivi postea fortasse pejerabit, si nollet præstare, quas promisit usuras. Quid si bona fide solverit ut jusjurando satisfaciat, sed postea ductus pœnitudine eadem in jure quasi male solutas reposcat? Iste qui accepit, ne reddat, forsitan & jurabit se non accepisse. Quæ perjuria frequenter evenisse ab utrisque partibus per illud intervallum quo usuras prohibet Basilius, Leo filius in quadam Novella refert. Qua potissimum ratione se adductum testatur ut bonam per se legem paternam, meliori, propter vitia hominum, constitutione abrogaret. Rursus si permittendo usuras refrigesceret ullo modo caritas, & vel tantillum de suo ardore remitteret, nullam tanti causam esse judicarem qua id introduceretur, quod vel tenue frigusculum fervori dilectionis inferret, qua se Chri-

ſtiani invicem mutuo & fraterno affectu proſequi tenentur. An illi in quibus caritas illa eſt plane funerata, ſi vetentur uſuræ, occaſionem inde arceſſent qua faces amoris erga proximum in ſuo ſibi pectore pridem extinctas ſuſcitent, atque ut verbo Tertulliani utar, redaccendant? Nihil, mihi crede, tale continget. Nec enim ad eorum dilectionem inflammandam, aut refrigerandam permiſſa quidquam faciet uſura, vel vetita. Si permittas, utentur beneficio conceſſionis ad rem ſuam faciendam. Si prohibeas, aliud quærent quod quæſtum ſibi ferat, nec erunt ſuo judicio tam ſtulti, ut ſterile ſibi patiantur eſſe quod fructuoſum alio quovis modo ſe poſſe concinnare intelligent. At in illis qui caritate abundabunt, non eſt periculum ne permiſſio uſuratum defectum ullum inſitæ virtutis hujus ingeneret. Immo tanto magis ac manifeſtius quam habent eam oſtendent, clariuſque lumen ejus emicabit in media oppoſitorum libertate ac licentia. Qui vetitis abſtinet nihil magnum præſtat quem ad hoc compellet pœnæ, ſi contra faciat, metus. Qui vero ab ſuo animo impetrat conceſſorũ abſtinentiam, id ab omni parte laudandum, quia hoc dat amori boni, non formidini ſupplicii. Vt qui matrimonium prohibuere Clericis, continentiam incontinentibus per vim non inſulſere, ſed pro legitimis maritis

mœchos

mœchos multos, gloria continentiæ ſolis illis relicta qui ſponte ſua pro regno Chriſti ſe εὐνουχίζοντες permiſſis abſtinuerunt hymenæis. Nunc vero ſi ad utilitatẽ fœnoris provocemur, in primis neceſſarium eſſe, ne dum utile ſit, reperietur. Nec eam hic dico neceſſitatem quæ ſolos reſpicit accipientes, cum ea ſit in confeſſo, ſed illam etiam quæ dantes ſpectat. De lucro nemo me loqui putet, quod dantibus ex eo redit. Qua enim ex re lucrum captatur nullam habet vim neceſſitatis, cujus ex tranſverſo venientis impetum nemo poteſt effugere, cum lucro quivis poſſit carere. Artificem nobis proponamus, aut operatium, illum opere manuum, hunc opera ac labore corporis victum ſibi quærentem. Uterque ex quæſtu quotidiano, aliquam ſummam ſepoſuerit ultra id quod vitæ in ſingulos ſufficit dies. Ea ſumma recondita ſit ad caſus, ſi qui acciderint, aut morbi, aut ceſſationis alicujus, improviſos. Hic meus artifex manum qua operatur aliquo infortunio amittat, aut in morbum lectualem ac longum incidat. Ille autem operarius vel bajulus paralyſin totius corporis, aut partis ejus quæ inutile totum reddat, incurrat. Si ex illa pecuniæ ſumma ad hos aut alios caſus repoſita & otioſa in arca jacente ſemper aliquid quotidie decerpatur, nihilque ad acervum, ut antea, addatur,

tur, atque ægritudo diurnaverit, brevi exhausta deficiet. Consumpta ea, nec redivivo ex arca pullulante nummo, quid restabit miseris nisi fame citius quam morbo perire? Et ista quidem evenient si vetitum sit nummos in fœnore collocare. Sed permitte illis id quod habent superfluum & vacans ex capturis quotidianis fœnore occupare, tum lecto affixi & artis exercendæ impotes, ex pecuniæ fœneratæ usuris se tuebuntur tantisper, donec reddita sanitate redeat & quæstus cum artis exercitatione pristinus. Atque hæc de dantibus. De accipientibus autem & accipere coactis quis in dubium vocare possit quam plurimos certo, non arbitrario parituros, inventa qua finem ultimum jam instantem protelarent sub usuris vel maximis pecunia mutua, ab orci cancris, ut ait ille, fuisse liberatos? Quod eorum elevat & eludit sententiam qui dixere olim, fœnerari idem esse quod hominem occidere. Immo nisi fœnus esset, plurimi occiderentur qui vivunt. Sed eos postmodum, dicet aliquis, quos ita vis servatos, perdidit fœnerator. Nec pili interest quo genere sit consumptus, egestate præsenti, an fœnore quod iterum ad egestatis terminos ducit, quamvis longiore circuitu. Si nihil interest, certe non pejor erit pernicies quæ à fœneratore impendet. Vel hoc ipso quidem levior

vior est futura quod in diem protollitur, & pro præsenti exitio quod timebatur, longinquius donatur. Hæc mora interim in lucro est. Multa interea possunt accidere quæ obæratum ab hac ipsa clade quam tocullio minatur, etipiant. Utcunque res ceciderit, nihil illi deterius contingit quod imploraverit opem Danisticam, nisi quis optatius beatiusque existimat hodie perire, quam ad annum. Cui opinioni optionique natura humana repugnat. Ejusdem quippe voti est, quæ bona sibi quisque putat, ea repræsentari cupere, & quæ mala, differri. Iam ferre non possum qui fœneratorem cum fure ita bene componi posse censent, ut non melius olim cum Bitho Bacchius. Qui sic eos componunt, & per omnia pares faciunt, vellem necessitas ipsis utrum mallent eligendi alicunde imponeretur, aut furtum pecuniæ suæ pati, aut parem argenti summam fœnore ab aliquo accipere. Quamvis fastidiosi sunt, nulla ad deliberandum mora petita, ad fœneratorem vel præcipitio irent potius, quam furem ad se venire paterentur, præsertim si ea lege esset venturus, ut quod suum est ageret, & manibus vacuis ne discederet. Eo pacto judicium illis verũ, quod sponte non audent facere, vi & ingratiis extunderetur. Sed & sumptos si quis recens fœnore nummos, & vix bene in loculum

culum reconditos priusquam utatur, alicujus furtificæ lævæ rapina amittat, sentiet quid sit inter fœnus & furtum discriminis, nec invitus fatebitur uter de se melius sit meritus, fur an fœnerator. Ea furis & fœneratoris differentia maxima cernitur, quod alter in necessitate expetitur, ut ei succurrat, alter eam ipsam facit frequenter necessitatem quæ ad fœneratotem cogit recurrere. Ecce enim, ubi fur supellectilem omnem cujuspiam expilaverit, si præsentes nummos non habet quibus aliam comparet, cum iis quæ surrepta sunt carere diu non possit, quia ad vitam necessaria, ad fœneratorem confugiet, ut habeat. Utut sit prætor in Edicto suo de notandis infamia, fœneratores non comprehendit cum illis quos furti vel vi bonorum raptorum damnatos pro infamibus habuit. In jure Talmudico fœnus illicitum nec inter furta reponitur, nec inter rapinas, quæ גזלה appellant. Ut in utroque quoad noxam omnia sint paria, quod tamen longe abest, minus noxium illum censerem quem vitare si velis, possis. A fure si omnia feceris ut caveas, ne sic quidem cauebis, quin aliqua irrepat aut irrumpat, aliquid perfodiat aut perforet, ita nihil illi occlusum, nec obseratum, nec obsignatum potest esse. Fœneratorem palam, in medio foro, luce media, ad te venientem

potes

potes tribus verbis repellere si dicas ejus opera opus non habere. Immo tibi molestus non erit, si poteris pati ne sis ipse illi molestus. Si lædi ab illo non vis, illum adire noli. Quid facilius? Hoc facile, dices, difficillimum sæpius concinnat non una peristasis. Quænam illæ sunt? Quid te cogit perfugium habere ad hominem generis humani hostem certissimum, & plane homicidam? immo & minimo minus quam parricidam, quatenus te, qui es illi frater, necat. Dura & imperiosa, inquies, domina, vel vehemens potius dea, nempe Necessitas. Ergo ut in necessitate tua adjuvari queas, ac sublevari, & ab extremo miseriæ onere quod tibi incumbit respirare, curris ad fœneratorem. Qui fit autem, ut quem tui refrigerii gratia in medio ardore, atque impetu sævientis egestatis tum interpellaveras, idem nunc post aliquot annos elapsos, de eo queratis tanquam tui exitii, & calamitatis indubitatissima causa? Vide ne injusta sit tua querela. Tunc perieras, nunc demum peris. Tempus in medio lucratus es. Sed & videamus, quis in culpa istius ultimæ perditionis tuæ, tu an ille quem incusas. Vereor ne calculis bene positis, & subducta probe summa, temet ipsum tuæ perniciei fabrum esse dictet recte putata ratio, non eum quem adjutorem tibi extremo necessitatis casu quæ-

sieras

sieras & inveneras, qui postea, sed tuo ipsius vitio, tuarum factus est fortunarum everſor. Quam multa sunt quæ juvant cum modo sumpta, eademque si modus in his sumendis excedatur, nociva & pernicioſa evadunt, non earum rerum culpa quæ sumuntur, sed eorum qui sumunt. Fœnus, ut ignis est. Accede ad ignem; si commoda intercapedine id feceris, quantum satis erit, calefies. Si propius te admoveas & adplices, ut prope tangas, uret. Si te obfirmaveris ad diutius manendum, amburet tandem. Statim recede ubi nimis calidum sentire cœpisti, nihil nocebit. Non secus est de fœnore. Qui ejus subsidio uti vult ad emergendum ex angustiis paupertatis quibus constringitur, si temporaria est illi difficultas, ubi liberatus ea fuerit, creditorem suum absolvat, protinusque ab eo recedat tanquam ab igne cui se præ nimio frigore aliquis propius admovere coactus fuerat, sed simul ac calore membra regelata sensit, absistit longius. Contrarium facere constat pleroſq; eorum, qui confugiunt ad opem mutui fœnebris, ut copia aliena suæ medeantur inopiæ. Quod ad id accedunt tanquam ad ignem, nullum eos ambustionis inde maneret periculum, si tempori abscederent, simul ac refotos ac refocillatos se viderunt. Sed dulcedine illecti retinendæ alienæ pecuniæ, qua tanquam

sua

sua utuntur, indormiunt securitati suæ, vel inertiæ potius, & quasi frigore torpentes non prius vim ignis, cui admoti sunt, sentiunt, quam sese pæne crematos, & consumptos animadverterint. Ad summam, concluſa hæc omnis ratio eo tendit, ut certo certius sit non alios perditum ire fœneratorem quam qui jam perditi sunt, aut perdi volunt. Multi etiam tanquam in mediam flammam se sponte conjiciunt, & quantam possunt invenire vim pecuniæ mutuaticiæ nihil accipiendo parcunt, dum libidinibus & profusionibus indulgeant, qui mos est prodigorum ac nepotum. Quis de his aliter judicet, aut dicat quam ultro perire velle? Nec pereunt ipsi tantum, sed etiam suos in eamdem ruinam trahunt fœneratores, feram, sed seriam, agentes pœnitentiam, quod nimis creduli fuerint creditores. Hoc idem faciunt, qui & fraudandi animo nomina contrahunt, quorum est & non pœnitenda multitudo. Certe quicunque se alieno ære onerant, aut sciunt jam inde ab initio se id quod accipiunt non posse dissolvere, aut sperant posse. Si sciunt se solvendo non esse, antequam sumant, pejores hoc ipso sunt cives habendi fœneratoribus, quia fraudatores, & sic pro furibus, immo & pro latronibus puniendi sunt. Hi crimine absolvunt fœneratorem, quia majoris ipsi criminis

rei

rei manifesto tenentur. Qui confidunt se futuros solutioni pares, & animum habent reddendi quod acceperunt, plerumque id præstare impediuntur variis de causis. Quosdam sua inertia prohibet & ignavia, aut Siren quædam improba, sed improvida, alieno fruendi, quod postea cum majore animi dolore ac difficultate reddendum sit. Quod possunt, non posse volunt, & quemadmodum non nisi urgente necessitate se intricarunt, ita nequeunt se extricare nisi vi coacti. Hi fœneratores ut insimulare non possunt, sic propter eos non oportet ut vapulet fœnus, quasi causa sit eorum infortunii, quod sibi solis imputare debent. Alii cum spe ac fiducia quam semper habuere refundendi quod mutuati sunt, etiam bona voluntate non destituuntur, verum ea deseritur interdum facultate, quam calamitas improvisa, atque ex transverso impacta destruxit. Vellent si possent, & posse olim crediderunt. Nunc in luto hærent, non suopte peccato, sed ob adversam fortunam. Interim usuræ cutrunt, & pergunt peragere decreta fatorum, jacentemque sic obruunt, ut penitus demersum nunquam postilla caput allevare sinant. Habent isti sine dubio quod querantur, sed de mala sua sorte, non de malitia fœneratoris. Absque illius iniquitate fuisset, ab istius importunitate se facile liberassent.

rassent. Qui neminem ad se invitum venire compellit, qui neminem bonis evolvit nisi volentem, quomodo culpam sustinebit mali quod fecit rogatus invitanti? Haud sane magis quam si quis, ut olim sæpe, mortem sibi inferre cupienti, nec audenti, manum commodaret. Quod si nolentes aliquos neci dat auctor fenoris, non alios certe id cogit pati quam qui mortualem suarum fortunarum diem vel facto suo debent adscribere quia lenti, vel fato quia calamitosi. Idque etiam dicendum de illo improbo fœneratore qui non alium fœnerandi modum servat quam suum, sibique placitum quem habet pro lege. At qui legibus se morigerum præbet, non majorem meretur reprehensionem negotiationis hujus, quam mercator suæ. Hic mercium, ille pecuniarum quæ & ipsæ merces sunt, negotiator est. Quinetiam si mercaturam cū fœneratione, sive fœnebri mutuatione comparari placet, in ea comparatione recte pensitata, perspiciemus eam nec magis necessariam esse quā fœnus, nec magis laudandam. Non de illa loquor mercatura quam arillatores vel cociones olim Romanis dicti, faciunt, qui ab aliis mercatoribus emunt quod vendant carius. Nec enim ullo modo illa utilis civitatibus censenda, nec ulla laude digna, quin potius & pernicioſa judicanda est & pro sordi-

sordidissima habenda, nedum in comparationem & contentionem de utilitate aut honestate cum fœnore debeat venire. Sed illam honestiorē sumamus quæ ex longinquis regionibus advecta infert mercimonia, & cum lucro suo, atque ementium pariter commodo ea vendit. Quis non eam vel maxime necessariam judicabit? Aut quis negabit summis, quia tam necessaria sit, laudibus afficiendam? Ego sum qui utrumque negem. Nam si ad illam simplicissimam, integerrimam, & sanctissimam vitam redeamus, quo nos vocare videntur isti qui adeo scrupulosi sunt, ut de fœnore tanquam de summo peccato pronuntient, nec honestatis nec utilitatis laudem ullam merebitur. Primū valde aliena est ab ea simplicitate ac puritate quam Christiana professio requirit, si eam velimus æque perfectam exigere, ut in primi sæculi Christianis fuisse novimus. Illi certe non magis mercaturæ faciendæ operam dabant quam fœnori exercendo, quia virtutibus quas Christus in suis postulat, nimis inimicam crederent. Deinde multæ olim gentes Christianis priscis in virtutum exercitio minime pares, quæ tamen fortitudinis & temperantiæ aliquam gloriam adeptę sunt, mercatoribus aditum ad se patere noluerunt. Lycurgus in sua republica non alia de causa pecuniæ aureæ argenteæque usum abdicavit,

vit, solumque ex ferro, eoque inutili ad ferrarias fabricas vi aceti reddito, retinuit, quā ut mercatores inde abigeret, qui solent ad luxuriam potius facientia invehere quam ad vitam necessaria. Cæsar in secundo de bellis Gallicis commentario scribit, Nervios qui Belgicæ populi fuere tum fortissimi, nullum aditum ad se voluisse esse mercatoribus, nihil passos vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus relanguescere animos, eorumq; remitti virtutē existimarent. De Belgis in genere alio loco dicit, minime ad eos mercatores sæpe commeasse, nec ea importasse quæ ad effœminandos animos pertinent. De Suevis, qui bellicosissimi inter Germanos, etiam refert, mercatores quidem admisisse, sed magis eo ut quæ bello ceperant, quibus venderent, haberent, quam quo ullam rem ad se importari desiderarent. Esseni, Iudææ populus vel secta, qui monachismo Christianorum, ut quibusdam placet, normam dederunt & formam, interiora regionis longe à littoribus, quia nocent, incolebant, pecuniam & commercia nesciebant, nunquam ad eos mercatores ventitabant, & tamen vivebant, & quidem, quod ad rem facit, innocentissime. Quod mercaturis implicati haud ita facile potuissent. Saltem ita videntur existimasse. Plura possem exempla referre gentium quæ

nec ipsæ negotia emporica noverunt, nec mercatoribus exteris aditum ad se præbuerunt. Quod tot igitur nationes sine mercatura vixere, argumento est singulos sine illa vivere, & respublicas stare sine mercatoribus posse. Quod eam à civitatibus suis legum ii conditores ejecere qui optimis illas institutis fundatas habere voluerunt, signum est non adeo esse commendandam, quin continentiæ, temperantiæ ac fortitudini magis contraria videri debeat, non solum, quia importat quæ pertinent ad animos enervandos, sed & quia avaritiæ causas dat. Quæ avaritia pecuniæ studium habet, ut inquit Sallustius, quam nemo sapiens concupivit. Ea enim quasi venenis imbuit corpus animamq; virilem effœminat. Ideo & Christiani antiqui mercaturam, ut maximam avaritiæ adjutricem & administram, maxime aversabantur, quæ omnis virtutis idcirco putanda est hostis, quatenus omnium vitiorum merito existimatur mater & radix, vel Apostolo teste. Quę tamen à me eo animo non dicuntur ut mercaturam censeam in eo politiæ statu quem hoc tempore sequimur, à reipublicæ finibus esse tanquam extorrem expellendam, sed ut ostendam, si illa retinetur, nihil causæ esse cur non etiam fœnerationi locus detur, nec magis bonis moribus noxię, nec minus commerciis utili.

Vbi

Vbi sunt nunc qui negant divertere mores ejus qui furatur & ejus qui fœneratur, eo argumento, quod uterq; habet alienum? Quis alienum æs facere & habere dicitur? Num fœnerator? Non, sed qui ab illo fœnus accipit. Is quamdiu vult alienum retinet, quamdiu retinet, pro usu ejus & de suo quod pactum fuit, aliquid elargitur, pauxillulum pro maxima summa, mercedis nomine. Nec aliter potest in alieno & conducto habitare inquilinus, nisi & ipse de suo aliquid locatori rependat. Si porro furtum est quacunque causa & titulo alienum ambire & habere, qui ita sentiunt, non sentiunt se totum orbem Christianum furibus implere, ita ut nullus ejus angulus vacet fure. Nullas artes sine furti crimine dabit exercendas, quia omnes jacebunt cessabuntque si faculam extinxeris qua spes earum opificibus affulgeat ex alieno lucrandi. Quis ad maximas unquam pecunias pervenit quin suis adjunxerit alienas, aut si nullas habuit suas, quin totum ex alieno in suum sinum converterit? Quanto plus quisque in bonis habet atque amplissimo gaudet patrimonio, tanto plus sese, aut illos quibus hæres fuit, de alieno quæsisse, sibique adplicasse tacitus prædicat. Vnde nisi hinc, pecuniosi sunt advocati, bene nummati medici, opulenti mercatores, locupletissimi publicani? Quæ

ergo invidia est & inde divites esse fœneratores? Quod scelus hic eorum proprium in communi omnium peccandi libertate, hoc est, de alieno ditescendi? Inde etiam vivunt doctrinarum professores, inde & victitant ludimagistri, atque omnes minorum gentium pædagogi. Illis ipsis qui ex altari debent vivere, quod datur, ex alieno datur. Quid in minutis moror? An principes & reges aliæ res, id quod sunt, fecere quam alienæ? Potentissimis hodie regnis, si quod suum ab ultima antiquitate non est, eripueris, ad quæ initia, Deus bone, revertendum habebunt! Exemplo sit omnium quotquot fuere unquam maximum Romanum, si bona olim fide id factum fuisset, ad Romuli casam rediturum. Vastissima vides in ostiis & exitu suo flumina? Qui opibus ea spoliaret quas eundo adquisierunt, aut retro ad fontes unde mere sui prodeunt recurreret, miraretur ex tam tenui ab origine vena tanta incrementa, quæ ex alieno tota. Ipsa illa sancta mater Ecclesia Romana quæ nunc tanquam de suo ditat suos, non hoc facere posset, nisi de alieno ditata prius fuisset, piorum piarumque veteris ævi donis, oblationibus, & legatis. In hac universitate tam late diffusa alieno beneficio ac munere subsistentium, etiam illi quos minime oporteret alienæ quadræ debent quod edunt. Hi sunt

sunt qui mendicatis non tralaticiam austeritatem venditant escis. Hoc enim tempore sanctitatis habetur instar & religionis, mendicitatem ex voto profiteri quasi humilitatem. Quod antiquitas Christiana ignoravit, cujus politia civilis ne mendicantes quidem validos potuit ferre, nedum Ecclesiastica tulisset, cum hæc mendicitas voluntaria in valente pigritiæ potius testimonium præbeat, quam sanctimoniæ. Onerosa denique est civitatibus quibus incumbit, & suo demenso defraudat legitima, hoc est, infirma mendicabula. Non ita veteres Ascetæ, sive singulares velis & vere μοναχὸς, quales à principio fuere omnes, sive in commune sub uno præposito viventes. Ad horum cœtum & κοινόβιον nemini adgregari fas erat, & sub eadem cum reliquis regula constitui nisi qui se scire aliquam artem probaret, unde posset, si solus esset, vitam tolerare. Saltem isti aliquid suum dabant ut alienum acciperent. Nam vænalia in urbem deferebantur, quæ singuli per septimanam manibus erant operati, ut ex eo sustentaretur communitas. Eremitæ hodierni qui in priscorum Anachoretarum solitudinem & singularitatem successerunt, an quos imitari se dicunt ad vivum expressos eos repræsentant? Cellulas suas habent non longe ab urbibus aut pagis amplioribus, aut via publica

blica ædificatas in sylvulæ secreto, vel monticuli recessu, ne nomen ex toto mentiantur. Inde in viam quoties visum est descendunt ut à viatoribus stipem, aut in urbem ac vicinos pagos commeant, ut ab incolis ad victum necessaria corrogata, pera vel bisaccio in cellulam reportent. Sic illis vita de alieno tota, nihil in vita operantibus. Quæ pars est injusticiæ duplex, ut qui societatem humanam deserunt, nihilque in eam conferunt, de alieno tamen tanquam ipsi aliquid agentes quod hominum communitati conducat, omnia mutuentur. Non ad hoc instar vixere prisca gens Eremicolarum, quorum sectam nomine potius adumbrant nostri, quam exemplo & re exprimunt. Illi enim cum à vitæ societate recessissent, nihilque operæ, nihil studii, nihil facultatum in eam conferre laborarent, altero tamen injusticiæ genere vacabant, quod ii incurrunt, qui tanquam fuci immunes ad aliena sedent pabula. Et hi quidem certe qui nomen idem hodierno die gerunt, vix se furti crimine alienos poterunt probare, si verum est omnes esse fures qui ex alieno aliqua capiunt commoda. Sed illi primis noti sæculis quales nobis describuntur Eremiticæ & Anachoreticæ vitæ conditores, Pauli & Antonii, soli venient extra communia ponendi, nihil cuiquam debentes, nec ulli mortali acceptum ferẽtes quod comedebant, quod vivebant, soli proinde ex universo hominum genere furti non obligandi, quia nihil alienum sumebant. Sive illis hanc viam vitamque præiverit Elias, sive monstraverit Iohannes, ad hoc genus & exemplum revocanda esset Christianitas omnis, si nemini nato quicquam liceret alienum sperare, aut tractare sine furti suspicione. Quinimmo eo necessario veniendum esset, si hoc credi & obtineri deberet, nullũ jure posse tenere quod cujusquam alterius fuisset, quin peccatum se ad mortem committere existimaret. Depulsi ab hac spe & facultate quæstus faciendi quo victus quæritur, aut opes parantur, quantum est hominum artificum, aut aliorum qui alieno carere non queunt ut vivant, in deserta ac sola loca omnes secederent, baccis, radicibus, aliisque agrestibus & sponte nascentibus rebus victuri, quoniam nihil aliud ipsis suppeteret, unde innocenter & sine crimine se alere possent. Qui juberet medicum gratis facere medicinam, medentem ægrotus tu haberes nullum, & vocatus tibi diceret, æger cura te ipsum. Advocatus nullus adesset suis clientibus si gratuitum ipsis patrocinium præbere cogeretur, & causidicinæ potius renuntiaret, quam ut advocationem commodaret, solitus eam vendere. Dic mercatori, & si potes persuade,

suade, nec recte eum facere, si pluris suas vẽdat merces quam emit. Si te irridere non poterit, & obsecundare præceptis vi majoris imperii coactus necesse habuerit, deseret mercaturam. Cui ædes erunt propriæ, mercede alii ad habitandũ locandæ, si quis eum vetet cui obedire debeat, inquilinum admittere à quo aliquid pro conducto exigat, vacuas potius relinquet, licet in ruinam ituras, quam ut sine pretio quemquam in suo sinat habitare. Si operam requisas fabri, aut operarii, aut bajuli, quam velis gratuitam tibi præstari, frustra id quæres quod non sis reperturus. Quid igitur faciet qui neque ædes gratis habitandas reperiet, neque ædificandas gratis poterit curare, neque ullam mercem, aut rem ullam ad victum necessariam uspiam gratis præbendam inventurus est? Sub dio degat, quæ sponte fert tellus ad victum usurpet, alienæ opis ac rei nullius usquam indigeat, quia uti ipse alieno non queat sine peccato, nec quisquam sit qui ultro ei velit præbere. Nam cum mercede nefas est, sine mercede non est tanti ut quisquam habeat ac servet, quod alteri communicare gratuito debeat. De mutuo hoc idẽ ut dicamus, ratio ipsa suadet. Sine mutuo vix possit, ut omnes consentiunt, societas humana consistere ac durare, ut nec sine iis rebus, quas ante attigimus. Vis mutuo locum esse

esse in rebus humanis, ut & illis quæ supra retulimus? Da illi quo vitale esse possit, atque inter homines diurnare. Id quale sit, ex iis quæ in aliis diximus, facile perspici potest. Nam si gratuitum facere volueris, feceris nullum. At præstat esse aliquod etiam cum accessione reddendum quam nullum, quoniam nisi sic reddatur, nullum est futurum quod detur. Nec illis fortasse assentiendum, qui hanc propriam esse naturam mutui contendunt, ut sit gratuitum, non enim aliud proprie mutuum posse appellari. Ego vero, ut hanc quæstionem alibi fusius discutiendam hic omittam, æque naturale esse scio in referenda gratia, si recte eam relatam velis, & nisi ingratus sis, plus reddere quam accepisti. Quasi mutuum non sit, nisi in libra, quod reddi oportet, paribus momentis examinata ponderetur cum eo quod acceptum est, ne illud præponderet & propendeat, vix mutui nomine dignum si non datis reddita juste ad lancem respondeant. Ut in redamante ardentior vis affectus non raro existit, quam in eo qui prior amare cœpit, quatenus interdum Ἀντέρωτος acriores animo subjicit amoris faces, quam Ἔρως ipse, non propterea tamen amor ille minus est mutuus, quia major est, immo tanto magis. Nec mutua beneficia majore mensura repensa, aut officia, desinunt esse

ea de causa mutua. Cum enim mutuum sit proprie quod refertur, non necesse est, ut hanc appellationem servet, par pari semper referri, ut in rationibus reddendis paginæ acceptorum pariare debent cum paginis expensorum. Cum naturale ergo etiam videatur, aliquid in referenda gratia, quæ mutuo fit, ad mensuram addere, non multo minus secundum naturam erunt mutuationes pecuniæ fenebris, quia non gratuitæ, quam gratiæ relationes quæ cum augmento procedunt. Nam nec ipsæ videntur gratuitæ, licet tales non exegerit cui referuntur, sed sponte sibi tales indixerit qui refert. Sed nec magis, si quid judico, gratuita opera censeri naturæ conveniens debet, quam mercenaria. Non enim unius modi & indolis à natura facta omnium hominum ingenia. Alii benigni & liberales procreati sunt, alii maligne parci & avari. Quidam sibi se natos tantum putant, quidam omnibus. Sunt grati & memores multi acceptorum beneficiorum, pleriique ingrati & immemores. Ita vero usu venit non sæpius, sed sæpissime, immo semper, ut quos natura ad benefaciendum promptos creavit, eosdem ad gratiam redhibendam pro benefactis fecerit propensissimos. E contrario non alii magis ex sua sibi indole, ingrati animi notam vulgo subeunt, quam qui in beneficiis dandis ab eodem

eodem illo ingenio, quo sunt nati, tenaces & lenti apparent. Ejusdem quippe genii est benefacere alicui libenter, & sibi ab alio factum meminisse, & contra. Nam qui nemini gratificari volunt, ut vicem cuiquam reddant à quo gratiam acceperint, vix à se impetrare possunt. Ubique eadem mens est, idem animus, in dando ac reddendo malignus æque & ingratus. Et sane si quis recte æstimet, duo sunt genera liberalitatis, unum quod in dando versatur beneficio, alterum quod in reddendo. Sed hic qui reddit liberalis non est habendus, nisi addat ad mensuram accepti. Hoc enim ex voluntate, quod adjicit, proficiscitur, extra quam non est liberalitas. Quippe cum is qui par pari reddit quodammodo id teneatur reddere, ac veluti ex causa debiti. Nec sane integrum est viro bono, quod debet, non reddere. Si plus reddit, quia id in ejus potestate est facere, vel non facere, liberalitati ejus imputandum est, quia voluntarium est. Ut beneficia igitur exæquentur, & par sit in dando & reddendo liberalitas, mensura majore, qui reddit, debet reddere, quia fere solum illud quod amplius redditur ex liberalitate est. Hoc qui non potest præstare, ab illo non debet expectari ut in dando sit liberalis qui in reddendo non est. Si natura benefici cum paribus semper rem habere

bere contingeret, aut si omnes essent tales, egregia quædam inter homines officiorum & beneficiorum faciendorum ac recipiendorum exsurgeret concertatio. Utraque pagina ubique par esset datorum & acceptorum. Immo, ut mos est ac natura gratiæ quæ refertur, ampliore semper mensura eam referre contenderet qui deberet. Si vero omnes essent ejusmodi, ut qui alienum appetunt cupidissime, & suum nemini impertiuntur nisi invitissimi, ratio dandi & reddendi pari etiam numero & gradu procederet, hoc est, nulla foret. Quis enim locus tum relationi gratiæ, ubi nullus esset dationi? Nunc autem cum ea sit mixtura ingeniorum & naturarum, ut aliæ bonæ, aliæ malæ reperiantur, aliæ, ut stellæ in cælo, maleficæ, aliæ beneficæ, sæpe accidere necesse fuit, ut malis boni benefacerent, hoc est, ingratis. Hoc dum crebrius in civitate usu veniret, quia beneficentia multorum exinde frigore feriebatur, quos pigebat tam male collocare quod boni facerent, ne boni propter malos, grati propter ingratos paterentur, quod suadebat æquitas naturalis, ut gratia relata superet ante datam, id jus etiam ac lex in mutuo induxit. Iubet Hesiodus in præceptis bene vivendi, quæ quis acceperit à vicino utenda, cumulatiore mensura, si modo possit, reddere. Hęc etiam

natura

natura est agrorum fertilium, ut multo plus afferant colono quam acceperunt. Quam multi sunt porro, qui donis ac muneribus, quos sibi profuturos sperant, deleniunt, atque in antecessum devinciunt? Quanto magis tales in eos esse debemus, qui jam aliquid in nos boni contulerunt? Qui sponte quod æquum est non facit, id ut vi legis coactus faceret, justum visum est legislatori. Atque inde usuræ introductæ, quas proinde non minus esse naturales liquet, quia lege jussæ, quæ deberent esse voluntariæ, & essent, si boni semper bonos nanciscì possent quibus benefacerent. Sic origo plane à jure naturali. Modus quoque earum exigendarum voluntarius esse debuit, ut erat gratiæ persolvendæ, cum penderet à voluntate ejus qui mutuum acceperat. Sed eadem res & vitium, quod libertatem in reddendo constrinxit, eam in exigendo pariter cohibuit. Cum liberum erat gratiam pro usu pecuniæ mutuo sumptæ quantam quis vellet reddere, nullam reddebant mali. Ideo lex eos ad reddendam eam compulit, naturali æquitate nixa. Eo tempore autem quo arbitrarium fuit, non plus reddere in mutuo aut plus reddere, nihil tum mali dare solebant, ne in mala nomina inciderent sibique similia. Postea ubi lex imposuit necessitatem reddendi mutui cum accessione usura-

rum,

rum, qui gratis non sustinebant esse benefici, ubi mercedem viderunt paratam, & ipsi ad benefaciendum accesserunt, ea spe, ut plus ad se rediret boni quam quantum dedissent. Sed hic quoque illis quod à sollemni & naturali improbitate non discederent, & modum non tenerent in avare constituendis pecuniæ quã dabant mutuam usuris, & iis immodicis acerbe exigendis, præscribenda fuit lege mensura, quam non excederent. Ita impositus fœnori modus est jure civili, cum fœnus ipsum à jure naturali ortum sit. Fatendum tamen est, illi modo imponendo non tantum avaritiam improborum causam præbuisse, sed etiam morem regionis ex circumstantia temporis & loci, rerumque ipsarum quæ darentur mutuo, prout copia esset aut difficultas rei nummariæ, & quatenus fruges mutuo dandæ majores expeterent usuras, propter incertum earum pretium, & instabilius quam pecuniæ. Neque enim credendum est minus voti immodicos fuisse, aut minore cupiditate flagrasse fœneratores libera stante republica quam Cæsaribus regnantibus. Illo tempore semunciarium fœnus in usu fuit, quod ducentis annis sortem æquat, cum sub imperio Cæsarum centesimæ fuerint legitimæ, quæ centum mensibus capitis summam æquiparant. Hanc diversitatẽ non modo

modo fecit avaritia fœnerantium, quæ omni tempore eadem, sed temporũ & ipsius reipublicæ diversus status & conditio. Vellem hæc attentius considerassent Theologiæ & juris canonici doctores, non tam pręcipites ad usuras condemnandas cucurrissent. Saltem non pro horribili & nullis sacris piando delicto id habendum decrevissent, cujus negotiatores à limine Ecclesiæ idcirco arcendi & cõmunione Christiani sacramenti privandi forẽt. Si omnem πλεονεξίαν cum Apostolo damnant, recte faciunt, qui & instrumentum ad eam provehendam magnopere idoneum amoliuntur ac submovent. Verum non hoc tantum, sed etiam alia quæ huc faciunt, nec minus etiam faciunt, amovere pariter deberent. Cur fœneratio sola plectitur, cum mercatura maneat non solum pœnæ immunis, sed etiam vacua reprehensionis? Si satis illis esset fœnerandi professionem, ut sordidam & inhonestam notare, huic non invitus & punctum quo notaretur adderem. Non plus honestatis nec minus sordium habent pleræque artes quæstuosæ, quædam etiam turpiores & magis probrosæ, ne dicam infames. Ipsa illa mercatura quæ res emit ut carius vendat, quid sordidius potest reperiri, cum nullum genus ejus sit magnopere honestum? Si ad Christianos Ecclesiæ primitivæ ascendimus, ut

ut eorum suffragia petamus, & sententias perrogemus, non eos illi generi mercaturæ quod diximus, magis favere deprehendemus quam fœnori. Utroque pariter abstinebant, qui se totos Christo addixerant, nec tamen damnabant qui utrumvis exercerent. Atqui nulli decentius potuerant eam damnare, quam qui illam non usurparent, nec quicquam aliud quod ad lucrum, quæstumque faciendum usurariæ simile aut par esset. Nunc contrarium fit. Age, parumper animo & cogitatione fingamus, diem constitutam esse ac prædictam per omnes orbis Christiani oras, qua in medio stare debeat capitis condemnatus aliquis fœnerator famosus, repetito in usum jam pridem desuero supplicio, lapidibus obruendus. Nimirum ad famam repente concurrent & convolabunt omnes Canonistæ, & Theologi ex unis castris, & plurimi ex alteris, non solum spectaculo interfuturi & oculos pasturi, sed etiam ipsimet miserum pro virili crudeli morte multaturi. Hora instante, ecce jam paratis & intentis ad supplicium omnium animis oculisque, de subito Deus aliquis tanquam ex machina pronuntiet à solis esse lapidandum qui purum purgatumque pectus ab omni avaritiæ labe habere sibi fuerint conscii. Sed nec alium quemquam spectatorem pœnæ adesse opor-

oportere nisi quis ex cõscientia sua certus sit nihil in se posse merito tale quicquam statui. Quid jam ex ea denuntiatione futurum credimus? Putamusne aliquem tam duri oris, & tam firmi pectoris fore, qui post illud edictum oculos adjicere sustineat tanquam spectator, aut lapides tanquam carnifex conjicere? Nempe facturos idem omnes liquet quod olim Pharisæi qui mœcham in adulterio deprehensam Christo obtulerunt, postquam interrogantibus quid ea merita esset, & an aliud in eam, præter lapidationem à lege decretam, decerneret, respondit, *Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat.* Quid tum accidit? *Audientes id unus post unum exibant incipientes à senioribus, ac remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.* Ita sine dubio solus etiam remansurus fuit, si quem ex suis Iudæi Domino proposuissent, fœnoris illiciti convictum. Quod enim Christus in adultera dixit fecitque quam lex Mosis supplicio lapidationis addicebat, multo magis in fœneratore dixisset fecisset que, quanto levius est peccatum fœnerationis quam adulterii, & quanto plures avaritiæ morbo solent tentari, quod fœnori causam præbet, quam libidine, quæ adulteros facit. Certe quamvis vetitum fœnus Iudæis fuisse constet, inter ipsos tantum fuit vetitum, cum exteris & alienigenis permissum. Nec agi-

mus porro quæ pœna lege Dei per Mosem fœnori impermisso fuerit imposita, ex quo non gravem fuisse, aut nullam verius, conjici potest. Corporalem quidem non fuisse satis compertum est. Sed ne pecuniariam quidē, ut dupli aut quadrupli. Illud certum, est, intestabiles fuisse fœneratores ex Codice Sanhedrin cap. III. cum aleatoribus, & his qui columbas ad volatum erudiebant. Si tamen fœnoris exercitionem dimitterent, admittebantur ad testimonium dicendum. Sic apud Romanos sub Imperatoribus ex lege Diocletiani, *improbum fœnus exercentibus, & usuras usurarum illicite exigentibus infamiæ maculam lex irrogabat.* Intra modum lege permissum id agitanti impune fuit. At prætoris edicto olim non comprehensi inter infamia notandos qui illicitum fœnus agitarent. Sola quadrupli pœna multari eos mos fuit. Pro modo Hebræis erat, quod lex Mosis concedebat, peregrinis sine modo fœnerari. Modum lege licitum transgredi existimabatur, qui Hebræo, hoc est, fratri fœneraretur. In eadem porro causa apud illos fuit, qui accipiebat fœnore ut qui dabat, pariterque intestabilis habebatur. Quod confirmat, usuram, si crimen est, ut sane est cum legitimum modum exuperat, ex eorum esse delictorum genere, quæ utrumque ex æquo attinent,

nent, agentem & patientem, ut alio loco docemus. At primis Ecclesiæ Christianæ temporibus cum publica pœnitentia vigeret, inter pœnas Ecclesiasticas & Canonicas, quæ pœnitentibus irrogabantur, quibusque pro criminum modo tempus brevius aut longius exomologesis faciendæ statuebatur, nullam actam unquam pro fœnore pœnitentiam, maximam minimamve, satis constat. Ex quo luce clarius apparet non tantum hoc peccatum visum illis fuisse sanctissimis purioris sæculi patribus, quantum postea videri voluerunt isti juris canonici recentioris, qua auctores, qua interpretes. Hęc fusius disputata, & argumentis dilatata, possem dicere veris, sed dicam probabilibus, ideo præmittere libuit, ut animi lectorum præparentur, ad accipiendā hanc invidiosam odiosissimi plerisque fœnoris, quam instituimus, defensionem. Nec par est ei me sperare æquiores futuros multos quam ipsi sunt fœnori, nisi rationibus, quas in ista veluti ejus apologia, præstruximus, fracti, meliorem induant mentem, & molliorem facilioremque recipiendæ veritati, quam in ipso opere plane ac plene adstruimus. Si qui afferent meliora, non ero trahendus, sed duci me patiar, statimq; victus veris dedam me, si ejusmodi fuerint, ut approbationem extorqueant etiam repugnantibus. Sed nova

prorsum esse oportebit, quibus sim concessurus, & alia quam quæ hactenus à viris doctissimis fuere allata. Nam si eadem iterum producantur, aut non multum dissimilia, non eam vim habebunt, quæ manum dare me, assensumq; his commodare cogat.

Scripsi Leydæ Idibus Ianuariis,
CIↃ IↃ C XXXVIII.

Leonis,

Leonis, cognomento Philosophi, Novella, qua vetitum patris Basilii constitutione finem, ab omnibus retro Imperatoribus Christianis permissum, iterum ipse permittere ac restituere coactus est, desumpta ex Codice Novellarum ejus.

Περὶ τῶν ἐπὶ τέκνῳ τῶν χρέων τῶν δουλείων ἀποκοπῆς.

Διάταξις πγ'.

Ο ΑΥΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΤΥΛΙΑΝΩ ΤΩ ΑΥΤΟΥ.

ΚΑΛΩΣ μὲν ἔδοξεν, τοῖς δεομένοις τὰ ἀναγκαῖα χορηγεῖν, καὶ τὸν ἐλεήμονα νόμον ἐκδοῦναι περὶ τῆς ἀποκοπῆς τῶν χρεῶν, ἐπὶ τῷ μηδὲν ἀδικεῖσθαι τοὺς δανειστάς. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος τὸ ὕψος τῶν ἀναγκαίων τόκων εἰς πεντήκοντα νομίσματα ἐπεβάλετο, ἡμεῖς δὲ ἑκατὸν νομίσματα τὸ ἀπαίτημα ἐδέξαμεθα· ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ πάντων ἐποίησε τῶν ὀφειλόντων ἢ ἀπὸ ἐνιαυτοῦ ἢ ἀπὸ δύο ἐτῶν· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῶν ἐπὶ τρισὶν ἢ τέσσαρσιν ἐτῶν ὀφειλόντων τὸν τόκον ἐκτείνομεν. Τοὺς λεγομένους δὲ δουλείους τόκους πεντήκοντα δὲ νομίσματα ὁ ψῆφος ὑπὸ κεφάλαιον ἔθετο. Καὶ τοῦτ' ἐποιοῦμεν ὁ ἐλεήμων ἡμῶν βασιλεὺς καὶ γονεύς, τὸ κεφάλαιον τοῦτον εἰς ἑκατὸν νομίσματα πολλάκις διατιθέμενος. Γίνεται οὖν τοῦτο δι' ἄλλο τι πλὴν ὑποθήκης, ἢ αὐτὸς τὸ ἀργύριον, ὡσεὶ ἔλεγεν τὸ ταμιεῖον, αὐτὸς ἢ τὸ χρέος φέρουσα. Ὁ γὰρ περὶ ἐλπίδι τοῦ τόκου αὐτὸς τὸ δάνειον αὐξήσειεν, πλείονα δὲ νόμισμα λάβοι τὸ μὲν δίκαιον κέρδος ἐξαιρῶν· εἰς δὲ δανειστὰς ἐκβιάζοιτο, ἀφιλάνθρωπόν τινος καὶ ἀμείλικτον αὐτὸν τοῖς δεομένοις τοιούτοις φιλανθρωπείας κρίνοντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς βέλτιστον, καὶ τὸ ἔπος, ἀληθέστατον εἶναι φάναι· αὐτίκα λαμπάδιον. Καὶ ἀστεῖον λέγεται τὸν ἐπιπολάζοντα τοῦ βίου κρατεῖν, ἐξ οὗ τὸ δίκαιον οὐκ ἀνίησιν, ἀλλὰ καὶ αὐξανόμενον. Οὐκ ἔχοντες αὐτὸν τὸν νόμον οὐκ ἐν οἰκείοις, μὴ γένοιτο. Λέγεται γάρ, ὥσπερ εἶπον, καὶ ἐφικτὸν ἢ ὕψος αὐτῶν τὸ ἀναγκαῖον, τὸ καλὸν ποιοῦν, ἀμείψασθαι, ἀνηκούστους ἐπὶ τόκῳ τῶν χρεῶν τῶν δουλείων αὐτοῖς ἀφιέντας, καθὼς τοῖς πολλαπλασίοις ἔδοξε τοῖς μετ' αὐτούς. Φημὶ δὴ τὸν λεγόμενον δοὺς τρίτος ἐκκόπτω, ὅπερ ἐπὶ κεφαλαίου ἐν ἑκατὸν νομίσμασι διὰ παντὸς ἐν τῷ νόμῳ τοῖς δανείσταις εἰς κέρδος χωρεῖται.

Versio Latina ejusdem Novellæ.

Ut usurarum usus procedat in mutuationibus.

Constitutio LXXXIII.

Idem Imperator eidem Styliano.

SI à Spiritus legibus ita se mortale genus regi sinet, ut humanis præceptis nihil indigeret, id vero & decorum & salutare esset. At quoniam se ad Spiritus sublimitatem elevare, divinaque legis vocem amplecti non cujusque est, ac vero quos virtus ducat, numero valde pauci sunt: bene sese adhuc res haberet, si saltem secundum leges humanas viveretur. Quæ vocantur pecunia creditæ usuræ, ubique à Spiritus decreto condemnantur. Id sciens pater noster, æterna memoriæ Princeps, usurarum solutionem sanctione sua prohibendam putavit. Atqui propter paupertatem res illa non in melius, quem tamen finem Legislator proposuerat, sed contra in pejus vergit. Qui enim antea usurarum spe ad mutuandam pecuniam prompti fuerunt, post latam legem, quod nihil lucri ex mutuo percipere possint, in eos qui pecuniis indigent, difficiles atq; immites sunt. Quinetiam ad facile jurandum, quodque id fere consequitur, ad jusjurandum abnegandum, id occasionem præbuit. Breviter, propter redundantem in humana vita perversitatem, non modo non profuit legis virtus, sed etiam obfuit. Quanquam igitur ex se legem culpare, quod quidem etiam absit, nequeamus, propterea tamen quod humana natura, quomodo diximus, ad illius sublimitatem non perveniat, egregium illud præscriptum abrogamus, ac in contrarium statuimus, ut aris alieni usus ad usuras procedat, idque quomodo veteribus legislatoribus placuit, ad trientes centesima nempe, qua quotannis in singulos solidos singulas fœneratoribus siliquas pariunt.

Per veteres Legislatores, intelligit Principes Christianos qui à Iustiniani temporibus vixerunt, ipsumque adeo Iustinianum, qui primus usuras legitimas cum prius essent centesimæ, vel usque à Constantini ævo, ad trientes centesimæ reduxit. Quod autem dicit Leo Spiritus Sancti calculo ubique usuras condemnationi subjacere, de veteri tantum testamento id intelligendum in opere nostro docemus. Quod si & de novo intellexit, erravit. Verba porro legis quibus pater ejus fœnus sustulerat, extant apud Harmenopulum, lib. III. Tit. VII. Quam tamen veteres omnes libri quos contuli, ipsi Leoni inscribunt ad hunc modum:

ΝΕΑΡΑ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΥΡΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ, περὶ τόκων ἀποχρεώσεως.

Εἰ καὶ τοῖς τῶν ἐμῶν ὑπάρξει δόκιμόν ἐστιν τὸ τῶν τόκων ἐκλιπεῖν ὄνος, ἀπὸ τοῦ θείου πνεύματος ἀκολουθεῖν τὰ ἐμοὶ τὰ Χριστιανῶν πολιτεύματα ἀπολυτικὸν ἔστιν τοιοῦτον ἐκφῆναι, ὥστε τοῦ θείου νομοθετήσαντος κελεύσαντος, διὰ κενοδοξίαν ἢ ἀμετρίαν χαλεπαίνοντες, μηδεὶς μεδαμῶς ἐξέστω τῷ μεδεμίᾳ τόκους ἐπὶ τόκοις τόκοις ἐκλαβεῖν, ἵνα μὴ τὸ νόμου φυλάττῃ, νόμου θεοῦ δὲ βδελύσσεται. ἀλλὰ καὶ ὅσοις δέσποις λαῶν, τοῖς τὰ χρέα λογοδοτῆσαι.

Etsi majorum nostrorum pleriique visum est, tolerandam esse usurarum præstationem, forte propter creditorum duritiam & inhumanitatem, nos tamen ut nostra Christianorum Rep. plane indignam & aversandam censuimus, tanquam jure divino interdictam. Ideoque nostra vetat serenitas, ne cuiquam omnino in ullo negotio liceat usuras accipere, ut nedum juri servando studiosius addicti sumus, legem Dei violemus. Sed & si quis vel tantillum ceperit, sorti debebit imputare.

Lex illa divina Mosaica est. Ideo Canones Apostolorum, veteresque omnes tam generales quam locales Synodi in Oriente & Occidente habitæ solis Clericis usuras interdixere, permissas Laicis. Quod non fecissent

cissent si Christi mandato veritas scissent. Dum enim Clericis solis interdicendas sanciunt, eo ipso cæteris permittunt.

Canon XLIV. Sanctorum Apostolorum.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τοὺς ἀπὸ τόκων τοὺς διαλαμβάνοντας, ἢ πανσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, usuras à debitoribus exigens, aut desinat aut certe damnetur.

Canon XVII. Nicænæ primæ Synodi Oecumenicæ.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῇ κλήρῳ ἐξεπέσοντες, τῇ τῶν κανόνων ἐκκλησιαστικῶν καὶ τῇ ἀρχαίᾳ συνηθείᾳ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιστάσεως τοῦ θείου πάσχα ἐκπεσεῖν ἐν τῷ κλήρῳ, τὸ ἀγαθὸν οὗτον ἔδοξεν ἐκείνοις ἐπὶ τούτοις, καὶ ὅσοι ἐξ ἐπιστάσεως ἀκαιρότερον ἐκπεσεῖν ἐν τῷ κλήρῳ, ἢ ἐν ἀγνοίᾳ τῶν κανόνων λαμβάνουσι, ἢ ἐν ἀπονοίᾳ τινὶ ἢ φιλαργυρίᾳ ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ τῷ ἀρχιερεῖ τῆς ἐπαρχίας ἐπιτρέπεσθαι, ἢ ἄλλως ἐπεὶ δὲ ἐπιτοῦτο, μόνοις κληρικοῖς ἔσται, καθαιρουμένοις τοῖς ἀπὸ τοῦ κλήρου τοῦ ἁγίου καθολικῆς ἐκκλησίας.

Quoniam multi sub regula constituti, avaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique divinæ scripturæ, dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram; mutuum dantes centesimas exigunt: iuste censuit sancta & magna Synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem, usuras accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel qualibet modo negotium transigens, aut hemiolia id est sescupla exigens, vel tale quid prorsus excogitans turpis lucri gratia, dejiciatur à Clero, & alienus existat à regula.

Canon X. Synodi Sextæ in Trullo Oecumenicæ.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ τοὺς λεγομένους ἐκκλησιαστικοὺς λαμβάνων ἢ πανσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

Episcopus, presbyter vel diaconus, qui usuras vel quæ dicuntur centesimas accipit, vel cesset vel deponatur.

CLAVDII SALMASII DE VSVRIS LIBER.

CAPVT I.

Mutui etymon. Ab eo incipiendum de Mutuo tractaturis. Idem esse interdum etymon cum definitione & definitionis instar habere. Theophilus etymon & definitionem esse docet, qua Testamentum dicitur esse testatio mentis. Vt vera definitio ita falsum veriloquium. At in Mutuo quod de meo tuum fiat nec veriloquium videri nec definitionem veram. Vox est Sicula Μοῖτον. Vnde Mutuum. Varro & Hesychius emendati. Μοῖτον λῆμμα quid sit. Μοῖτον esse χάρις, hoc est, gratiam qua pro beneficio accepto refertur. Græcus etiam δωρέαν pro eo dici. Ita & Latinis donum pro remuneratione, & merceda. Quæ dii offeruntur, sive sacrificia sive preces sint, dona etiam dici. Alia esse ἰλαστήρια, alia χαριστήρια. Donaria. Donativa. Dona militaria. Δωρεῖς Græcis pro χαρίζεσθαι. Grates χαρίτες. Duplicem esse gratiam, qua datur & qua redditur. Proprie olim dictam χάριν qua reddebatur. Χάριτες & ἀπόχρεως ὑπέρογκος & ἀπέρας. Δῶρα & ἀνάθεμα. Μοῖτον esse propriè gratiam qua refertur, & ἀμοιβάδα. Inde mutuum ἀμοιβαῖον. Mutationis habere significationem ut & ἀμοιβάδα. Non idem specie reddi in mutuo sed genere. Paulus Iurisconsultus emendatus & explicatus. Sufficitur

aliud pro alio in mutuo reddendo. Inde suffectio apud Paulum pro functione reposita. Mutitare apud Agellium esse mutua convicia agitare. Ovidium expositus. Romanorum mos mutitandi per Megalensia. Ἀμοιβὴ Græcis etiam usurpata in eadem notione qua Latinis Mutuum. Inde & versura quoque pro mutuo. Mutuum proprie esse ex parte reddentis. Abusivam esse loquutionem qua mutuum dare dicit. Mutuo dare & accipere veteres dixisse. Mutuare pro mutuum dare, vox Latinum. Idem esse quod mutuari, id est, mutuum accipere. Alia multa.

DE mutuo dicturis, & mutuo quidem fœnebri, hoc est, fœnore, an licitum sit & quatenus licitum & quo jure, civili an naturali an divino, aliquo ex his tantum an nullo an tribus simul, ab etymo videtur incipiendum. Intellecta enim vocabuli proprietate facile erit verum quoque ejus definitionem invenire & falsas refutare, consequentiasque omnes absurdas quæ inde adversus fœnus ducuntur pariter refellere. Ex eo quippe quod mutuum quidam dictum volunt quia ex meo fiat tuum nonnulli argumentati sunt, injustum esse fœnus, & proinde illicitum. Iniquum enim videri ut pro usu ejus pecuniæ quæ jam tua est ac mea esse desiit, quicquam à te exigam. Nihil moror Jurisconsultos hujus veri sequi auctores esse leg. 11. D. de rebus creditis. Nimirum illi ipsi sunt qui testamentum ex eo appellari scripserit, *quod sit testatio mentis*. Quod si esset, æque dici posset & *fragmentum* esse mentis fractionem, & *Lomentum*, lotionem mentis. Sed ut plerumque etymum instar definitionis habet, si falsum est illud quo testamentum dicitur testatio mētis, definitio saltem vera. Ita si pro etymo recipi non poterit, pro definitione utique

utique valebit. Nam & Theophilus in Institutionibus lib. II. cap. De testamentis, cum hanc ipsam vocis testamenti proprietatem adducit, definitionem eum Etymologia eandem facit: ἀπὸ τοῦ διαθέσθαι, inquit, ἀναγκαῖόν ἐστιν τὸ τοῦ διαθήκης ὄνομα, ἵνα ἐτυμολογήσω. ἡ δὲ διαθήκη πῶς μυρίους λέγει; ἀντὶ τοῦ, σύντομός ἐστιν διήγησις τῆς ἐτυμολογίας, *quod testatio mentis sit*. Ad quem locum male notat doctissimus Jurisconsultus, etymologiam igitur esse, non definitionem, cum dicitur testamentum *testatio mentis*. Utrumque dicit auctor & etymologiam esse, & definitionem, id est, ὅρον. Certe sit ut definitio accipitur, verum est, si ut etymologia, falsum. At in mutuo, quod *ex meo tuum fit*, neque definitio vera neque etymologia. Nam in mutuo dando quod meum est non facio tuum, cum ea conditione tibi dem ut ad me redeat. Et bene doctissimus Varro, mutuum ita definit, l. IV. de Ling. Lat. *Si datur, quod reddatur, mutuum*. Quæ est verissima in hoc mutui definitio. Quod ita tibi dedi, ut mihi reddatur, tuum fieri me nolle inde palam est. Ut sæpe autem definitio alia est ab Etymo, ita nunquam debet contraria esse etymologia definitioni aut definitio etymologiæ nominis. Si falsum itaque est in mutuo, *de meo fieri tuum*, neque verum potest esse hoc mutui etymon quod affertur. Contra rei quippe naturam facit, cujus proprietatem explicare debet. Dicemus autem in sequentibus, cur & quomodo in mutuo pecunia credita fiat accipientis, & tamen proprietas non amittatur, nec mutet dominum. Vocem esse Siculam *mutuum* quæ ad Romanos cum aliis multis manavit, asserit Varro ibidem. Cui in hac re eo magis credendum est, quod non nisi invitus solet Romanarum dictionum origines e Græco arcessere, adeo ut plerumque ineptire malit, quam veras originationes fateri. *Si datur*, inquit, *quod reddatur, mutuum est, quod Siculi Μάϊτον*. Ita scribit Sophron, Μάϊ-

τὸν ἴλλυρον. Ita legenda nunc mihi videntur Græca Sophronis verba, ut & apud Hesychium, μοῖτον ἴλλυρον. Ubi μοῖτον Siculis idem esse interpretatur, quod est Græcis cæteris χάρις. Ergo μοῖτον ἴλλυρον, idem quod ἰμερὸν χάρις. Proverbium esse Siculum, Hesychius, ut vulgata ejus verba sunt, significat, sed corruptissima esse semper judicavi, nunc vero & quomodo sint emendanda video, ad hunc nimirum modum: Μοῖτον ἴλλυρον, χάρις ἰμερὸν Σικελοῖς. ἢ γὰρ χάρις μοῖτα, πρὸς χάριν. Proverbium quin fuerit Siculis, non valde repugnarim, quo gratiam caram esse, & in pretio habendam declarabant. Sic Plato ἴλλυρον posuit pro eo quod est in honore & pretio, lib. v. de Legibus: ὃ δ' ἐστὶν φαμὲν τὸ νόμιμον καλὸν, οὐ πᾶς μὲν ἴλλυρον, πᾶς δ' ἄπαις ἀνάγκαις ἐδούλευσεν. Sic Sophroni μοῖτον ἴλλυρον, *gratia cara & pretiosa*. Et Aristoteles de Rhetorica lib. II. cap. XIII. ἴλλυρα ἀγαθὰ pretiosa bona, & magni æstimanda: ἐὰν δ' ἐκ ζημίας τὸ ἴλλυρον ἀγαθὸν, ἀνάγκη ἧσσ' εἶναι τὴν δόξαν αὐτῶν τοιαύτην. Quibus autem gratia magni fit, hi sunt qui gratiam pro beneficio referre studeant. Μοῖτον porro Siculis ita gratiam significat, ut ex vero dictionis sensu τὴν ἀμοιβὴν potius designet. Nam & inde verbum μοιτᾶν apud eos idem quod Græcis ἀμείβειν. unde Latini suum fecerunt, *mutare* quod prius dicebant *moetare*. ut *coerare* & *oetier*, pro curare & uti. Et χάρις etiam Græcis eam habet significationem, ut sit id quod reddit quis, & rependit pro beneficio accepto; quæ Latinis quoque propria *gratia* est quo quis se gratum & memorem beneficii testatur. Cicero in Dialogo Lælius, vel De amicitia: *Ut enim benefici liberalesque sumus non ut exigamus gratiam, neque enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus.* Ubi vides signanter *gratiam* ab eo dici id quod rependitur ac refunditur pro beneficio. Sic *gratiam referre* idem quod vicem reddere, ac beneficium beneficio pensare. Ita & χάρις

Græcis

Græcis non tantum beneficium est quod alicui datur, sed illud quod redditur. Hesychius: χάρις, δωρεὰ, καὶ ἀμοιβὴ μὴ διεγράπτως. Dicitur quidem sic & ipsa *διεγγεσία*, ut & Latinis *gratia*. unde apud Senecam, *perit gratia, & relatio gratia*. Epist. LXXIV. ἡ χάρις καὶ ἡ ἀμοιβὴ τὸ χαίρειν. Ita τὸν χάριν definit Aristoteles lib. II. Rhetoricôn cap. IX. ἔστω ἡ χάρις καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑποκρίνειν τῷ δεομένῳ μὴ αὐτὸν ἕνεκα, μηδ' ἵνα τι αὐτῷ τῶν ὑπαρχόντων. ἀλλὰ ἵνα τοῦ αὐτοῦ τυχεῖν. Gratuitum itaque beneficium est quo bonum tantum & commodum accipientis quæritur, non dantis. Si beneficium acceptum pensetur beneficio pari ab accipiente, tum χάρις quoque est quod rependitur, & δωρεά. Hanc proprie χάριν antiqui dixere. Quam & δωρεὰν Hesychius exponit. Inde & δωρεὰν Græcis adverbium est, quod Latini *gratis* dicunt. Et istud quidem de omni re quæ gratuito datur. At δωρεὰ etiam ut χάρις pensatio beneficii. *Donum* interpretatur Hesychius, & remunerationem post beneficium. Quod δωρεὰν enim exponit cave censeas accipiendum pro munere vel beneficio quod primum datur: immo id est quod refertur ac rependitur. Nam & δωρεὰν Græci pro remuneratione posuerunt, atq; etiam pro mercede ac pretio quod bene meritis redditur quacunque de causa. Pollux lib. VI. cap. XII. Ἐπὶ δ' αὐτοῦ λέγοιτ' ἂν δωρεὰ, μισθὸς, ἀθλον, χάρις, μισθὸς, ἐπιχάρμα. Deinde commemorat mercedum nomina in eodem capite quæ variis artium professoribus dantur, aut etiam opificibus, ut medico τὰ σώτρα, ludimagistro τὰ διδακτρα, militi τὰ ἀκροθίνια, Athletæ τὰ ἆθλα, opifici, τὰ ἐπιχάρμα, id est, manupretia, nuntio τὰ διαγγέλια, bajulo τὰ κόμιστρα, beneficio τὰ χαριστήρια. Ergo χάρις & δωρεὰ pro retributione & compensatione beneficii ponuntur Græcis. Græci Gloss atores: δωρεὰν, ἀμοιβαῖα. Hinc & δῶρα, à quo δωρεὰ, pro stipendio militum apud Homerum Iliad. ε.

Τὰ Φρύγων δῶρα ποιᾷ τὸν τρόπον ἐξ ἰδιώτης Λατίς. —

Vbi grammatici: δῶρα οἱ λοιποὶ πάντα δίχα τῶν ἰδιωτῶν μισθοφορᾶς. Sic vocem Hebraicam מחיר quæ pretium significat, & mercedem. Hellenistæ aliquando etiam vertunt δῶρον. In aliquot aliis vocabulis Hebraicis μισθὸν & δῶρον reddiderunt pro eodem. Omnes quoque oblationes & sacrificia tam quæ de frugibus terræ fierent quam quæ de pecudibus, sive igne consumenda essent, sive non essent, δῶρα itidem appellarunt, cum id quod in Hebræo מנחה dicitur tum id etiam quod קרבן appellatur. Sed & vota precesque ac gratiarū actiones similiter nomine δώρων intellexerunt. Quæcunque autem Deo offeruntur ab hominibus duorum ferme sunt generum, aut enim ad placandum eum propitiandumque comparata sunt, qualia vocantur ἱλαστήρια, aut ad grates ei agendas, quæ χαριστήρια appellantur. Quæ ad grates persolvendas adhibebantur, quæque ad δωρεακὸν genus pertinent, Græci δῶρα magis ut & Latini *dona* dixerunt. Vnde & *donarium* ubi dona apponebantur diis & appendebantur, ut ἀναθήματα varia votivæque tabulæ ad gratias his agendas & memoriam beneficii ab his accepti contestandam. Cornelius Fronto: *Donum quod diis datur, inde ubi dona ponuntur, donarium appellatur.* Glossæ veteres: *Donum*, δῶρον, χάρισμα, ἀνάθημα, χαριστήριον. Item: *Donaria*, χαριστήρια, ἢ καὶ ἀναθήματα. Nonius Marcellus: Dona consuetudine *hæc habentur quæ aut propitiandis diis dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur, sed auctoritate pro ultione positum manifestum est.* Si dona sunt in consuetudine loquendi quæ pro benefactis homini ab homine redduntur, quidni & per quæ Deo grates agimus? Ita tamen etiam dici quæ ad propitiandum dantur non negem, uti & χάρις pro beneficio etiam ponitur. Vtin hoc versu: Δῶρα γὰρ ποιεῖ καὶ ἀθανάτους βιαιάλλους, & in

& in aliis locis sexcentis. Sed & quod pro ultione usurpari hanc vocem notat, mercedis & pretii significationem ei ab antiquo inesse ostendit. Quæcunque enim in bonæ rei remuneratione dicuntur, etiam in malæ locum habent, ut *gratia, pretium, merces, præmium*, ita ergo & donum, ut apud Virgilium: *Quas illi philomela dapes quæ dona parabit.* Χάρις igitur & δωρεὰ ac δῶρον ut Latinis *donum*. id est, quo refertur gratia beneficio ab eo qui beneficium accepit, vel merces quæ pro opera præstatur, ut *dona militaria* & *donativum* quod militibus pro opera fortiter navata dabant imperatores. Vnde & δωρεῖσθαι Grammatici χαρίζεσθαι, & Glossæ *donare* similiter χαρίζεσθαι exponunt, quod æque de relata, ut de collocata gratia dici potest. At *grates* Latinis, quæ sunt χάριτες, nunquam dici invenies nisi quando persolvendæ sunt aut agendæ sive diis sive hominibus ob beneficium quod præcessit. Glossæ: *Grates*, χάριτες. Hoc igitur proprie μοῖτα fuit Siculis, nempe idem plane quod χάρις, quæ redditur, non quæ datur, quæque alio nomine est ἀμοιβή, id est, mutatio vel mutuatio, immo mutuum. Non enim ille revera mutuum dat qui dare incipit sed qui datum reddit, mutuum facit. Ex parte quippe reddentis mutuum, & μοῖτα, non ex parte primi dantis. Postea per usurpationem etiam de dante id dictum est, quia ea spe dat ut recipiat. Eodem modo χάρις Græcis & Latinis *gratia* quæ inde descendit, cum antiqua notione vicem beneficii significarent, ut omnia invertuntur, pro ipso beneficio à posteris acceptæ sunt. Inde ut amorem amori respondentem & mutuum vocarunt ἀντιχάριν, sic etiam gratiam quæ priori gratiæ respondit & par pari refert ἀνθάρισαν dixere, quam Attici, ut notant veteres Grammatici, appellabant χάριν ἀμοιβαίαν, id est, mutuam gratiam, ut notat ad Homerum Eustathius. Andronicus Rhodius lib. v. cap. VI. δὴ δὲ τῶν καὶ χαρίσασθαι ἴσον ἐν ἐκείνῳ

πῶν πολλῶν ἐφρύαξε, ἵνα αἱ χάριτες πανταχοῦ ἀλλήλαις ὦσι. At Aristoteles in Nicomachiis quem τὸ ἀντιπεπονθὸς non meminit ἀντιχάριν ἀπαιτοῦντος. Sic enim habet: διὸ καὶ χαρίτων ἰσότης ἐμποδὼν γίνεται· ἢ γὰρ ἀντιπεπόνθασιν, ἢ τὸν τῶν ἰδίων χάριν. Ergo χάρις etiam τὸ ἀντιπεπονθὸς significat, id est, ἀντιχάριν. Sic ἀντιδοῦναι Græci & ἀντιδοσίαν, cum δοῦναι & δόσις utriq; notioni sufficeret. Hinc *gratum alicui facere, & gratificari* etiam Latini dixere, ut Græci χαρίζεσθαι de eo qui primus beneficum se alicui præbet, cum de illo qui se gratum ostenderet & gratiam, id est, vicem referret, dici potius deberet, absque quo non fit mutuum. Inde ἀχαριστεῖν & ἀχαριστεῖσθαι de beneficii memore aut immemore. Cum enim hæc vox à *mutando*, idque verbi à Siculo μεῖτον quod est in eadem ipsis significatione, derivetur, nisi ἀμοιβὴ interveniat nullum est mutuum. Ergo *mutuum* proprie est ἀμοιβαῖον. Hinc *mutuus amor*. qui paria facit inter amantem & amatum, qui si à parte tantum amantis veniat, nec à parte amati reddatur, non dici potest mutuus. *Amo te*, dixero, & respondeas, *mutuum fit*. ut ille apud Comicum, te amantem tui redamare significas. Si dedero igitur quod non sim recepturus, non est mutuum, si quod sis mihi redditurus, est mutuum. Tota itaque vis ac proprietas mutui in eo sita est, ut reddatur quod acceptum est. Mutationis autem & ἀμοιβῆς significatio, unde μεῖτον & *mutuum* dicuntur, inde pendet, quod non idem redditur sed aliud. Qui gratiam refert pro beneficio, non idem tenetur beneficium reddere, quod nec plerumque posset, sed aliud debet. Alias si ei qui vitam mihi conservavit non referrem gratiam referre nisi quando & ipsi vita conservata esset opus, nunquam fortasse referrem. Nunquam enim id usu eveniret, ut aut ille opus hoc beneficio haberet, aut ego possem retribuere. Nam ut ait post Aristotelem Andronicus, ἐδυνατεῖτο τὸν χάριν τὸν αὐτὸν ἀπονεῖμαι τῷ ἀντιχάριτι, ἀπ' ἀνάλογον.

ἀνάλογον. *Non potest gratia eadem esse cum relatione gratiæ, sed proportione par esse debet.* Unde & in pecunia danda quam vicissim recipiam & in aliis speciebus quas utendas alicui concesserо, ideo mutuum de his dicitur, quoniam eædem specie reddi non possunt, sed satis est easdem genere reddi. Quod enim datur ad utendum ut idem recipiatur, non dari mutuo id dicitur, sed commodari. Recte Paulus leg. II. de rebus creditis: *Mutuum damus recepturi non eamdem speciem quam dedimus, alioquin commodatum erit aut depositum, sed idem genus. Nam si aliud genus, veluti ut pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum.* Quæ sequuntur ibidem apud Paulum fœde contaminata sunt, nec mirum si ex his se extricare non quiti sunt Jurisconsulti legum intelligentissimi: *mutui datio consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensura consistunt, quoniam eorum datione possumus in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt, per solutionem quam specie. Nam in cæteris rebus idem in creditum ire non possumus quia aliud pro alio invito creditore solvi non potest.* Tota loci difficultas in illis consistit, *quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem quam specie.* Quæ alii explicare conantur de unius rei functione vice alterius. Alii ut faciliore defungantur explicatione, mutant ea ac transponunt. Nonnulli etiam *functionem* hic accipiunt pro præstatione vel pensione. Sed quid opus, cum addiderit, *per solutionem?* Solutio quippe idem quod functio. Quale enim istud esset loquendi genus, *quæ functionem in suo genere recipiunt per solutionem?* id est, solutionem per solutionem. Præterea *functio* in tributorum & vectigalium pensionibus potius locum habet quam in mutui præstatione. Unde *functio tributaria* in Codice Theodosiano & alibi. Quis enim *functionem usurarum* dixit, aut *debiti functionem?* Aliud est quod habetur apud Ulpianum

leg. 111 D. de Dot. coll. *fungi dotis collatione*. Certe dotis collatione fungi recte dicitur qui dotem confert. Æque bene aliquem loqui putarem qui diceret præstatione usuratum fungi de eo qui usuras præstaret. Sed *functio* simpliciter, pro usuræ vel mutui solutione, nullo mihi modo probari potest. *Functio* enim est proprie ἐν φορᾷ δικαίου, quæ etiam *fusio* appellata. De quo nos alibi. Cum explicari, ut legitur, ea lex non possit, nihil propius quam ut alia lectio reponatur quæ interpretationem aliquam saltem admittat. Eam me puto reperisse sic emendando: *quia in genere suffectionem recipiunt per solutionem, quam in specie.* Ubi subintelligendum est, *potius* vel *magis*, tralatitia loquendi consuetudine bonis auctoribus, ut, *mulier bona tacita quam loquens.* Quæ usu pereunt & consumuntur ab utente qui mutuo accepit, cum necesse tamen sit ea reddi ei qui dedit, necessario oportet alia suffici in locum consumptorum quæ restituenda sunt. Nec enim aliter fieri potest. Quomodo enim quod consumpsisti possis repetenti ex pactione reddere nisi aliud subroges ac sufficias? Non enim illud ipsum quod abusus es potes reddere, sed aliud debes ejusdem qualitatis & naturæ. Species igitur eadem non potest reddi, sed debet genus idem. Si nummos dedero, dabis nummos: si frumentum, frumentum. At idem non potes specie, redde ergo idem genere, quamvis aliud specie. Hoc est quod Paulus voluit, *res quæ mutuo dantur, in genere suffectionem potius per solutionem recipere quam in specie*: id est, cum solvuntur ac redduntur, suffici quidem ac subrogari in vicem cōsumptorum genus idem potius quam eamdem speciem. *Suffectio* est ὑποβολιμαῖος, ut *suffectus* ὑποβολιμαῖος. Non est quod laborem pluribus eam correctionem confirmare, quæ nisi stultis alii nemini potest improbari. Permutatio porro in mutuatione duplici modo spectatur, non solum ex reciprocatione quadam qua res datæ à dante ad accipientem transeunt, ac deinde ab accipiente ad dantem redeunt, sed etiam ex suffectione per solutionem alterius speciei quam quæ est data. Nam species specie in reddendo permutatur, pro abolita quippe alia supplerur. Inde Agellius, qui *mutua* inter se convivia agitarent, ut mos erat Romæ, Megalensibus, *mutitare* ea dixit, id est, frequenti mutatione reciprocare, vel quod idem est, mutuatione. Sic autem ille lib. II. cap. XXIV. *Legi nuper in Capitonis Ateii coniectaneis senatus decretum vetus C. Fannio & M. Valerio Coss. factum, in quo jubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter se dominia agitarent, jurare apud consules verbis conceptis non amplius in singulas cœnas sumptus esse facturos quam centenos vicenosque aeris.* In senatusconsulti verbis, *mutitare* sine dubio positum fuit, quod Agellius, mutua inter se dominia agitare exponit, vel ipse potius Ateius Capito. Quod verbi nollem mutatum à viris doctis in *mutuitarent*. Sic enim iterum apud eum ea vox legitur lib. XVIII. cap. II. *Quam ob causam patricii Megalensibus mutitare solitis sint, plebes Cerealibus.* Mutua convivia nonne sunt ἀμοιβαῖα? At unde hæc nisi ἀπὸ τοῦ ἀμείβειν à mutando vel mutitando, ex quo & ipsum *mutuum* dictum est, quod in mutatione vices dandi reddendiqi efficii alternantium consistit? Ovidius IV. Fastorum morem istum *mutitandi* per Megalensia narrat, ex quo constat *mutandi* vel *mutitandi* vocabulum de conviviis quæ tunc agitabantur mutuis, usurpari solitum, sed ejus mutationis, sive mutitationis aliam causam reddit:

Cur vicibus factis ineunt convivia, quaero
Tunc magis, indictas concelebrantque dapes?

De Megalensibus loquitur. Vicibus factis convivia indicta & inita, sunt *mutua*. Cur ea mutitarent, vel muta-

mutarent, rationem subjangit, simulque ostendit mutata vel commutata invicem ex convivia vulgo tum dici solita:

Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit,
Captant mutatis sedibus omen idem.

Quod mutarent sedem in hujusmodi convivii alterque alterius domum cœnatum iret, ex eo vult mutandi vel mutuandi verbum originem accepisse, quia felici omine sedem Berecynthia mutasset: captabant hac mutitatione sive sedium mutatione idem omen. Quod satis leve, ac frivolum puto. Et longe melius Capito, mea quidem sententia, qui *mutitare* pro mutua inter se convivia celebrare interpretatur. Nam & *mutare & commutare verba cum aliquo* veteres dixerunt pro eo quod Virgilius dixit, *acceptas audire & reddere voces*. hoc est, ἀμοιβαίοις λόγοις inter se loqui. Ut apud Ovidium in Metamorphosi 11.

—— vetices, nec mutua nostris
Dicta refers.

Hinc & *commutationes verborum* apud Agellium pro sermonibus mutuis ac reciprocis. Si in venditione & emptione ubi est qui dat & accipit, permutatio fit, unde & ἄμοιβον pretium est apud interpretes septuaginta, quod in permutandis mercibus adhibetur. In mutuo sane propter vices dandi ac reddendi æque permutationem fieri dicendum. *Mutuatio* ergo mutatio est, & inde nomen. Nam ex μοῖτος quæ est χάρις ἀμοιβῆς verbum μοιτᾶν, à quo Latinum mutare. à verbo deinde muto *mutuum*, ut à pasco *pascuum*, divido *dividuum*, & similia. Quod adeo verum est ut Græci ἀμοιβὴν nomine quod æquivalet Siculorum μοίτᾳ, mutuum sive rem mutuo datam appellarint. Hesychius: Ἀμοιβαί, χάριτες καὶ παιδιαί. ἀμοιβὴν τὸ ὁπωσοῦν. χρεία. Nemo nescit χρεῖα Græcis idem esse quod creditum vel debitum ex causa creditu & mutui, æs alienum ex mutuo contractum, ut pluribus

pluribus dicturi sumus in sequentibus. Nec alia fortasse quærenda vocis *versura* pro mutuo originatio. Nam versura est ἀμοιβὴ sive mutuum. Et *versuram facere* dicitur qui pecuniam sumit mutuam. Ex parte autem reddentis sic dictum docuimus mutuum ut nisi sit qui reddat quod accepit, non fiat mutuum. Vicis igitur habet significationem. Nec enim qui dat aut credit alteri pecuniam suam ut eam recipiat, mutuam eam dare proprie dicendus est, sed qui reddit. Abusiva itaque illa loquutio qua passim *dari pecuniam mutuam* legimus apud auctores Latinos. Purius ac melius loquutos veteres constat, qui dicebant, *mutuo dare pecuniam & sumere*. Hoc est, ad mutuum vel ea conditione ut redderetur mutua. Sic *fœnore dari & accipi* dicebatur, id est, ad fœnus, ut aliquid præter sortem mercedis nomine pro usu pecuniæ cum mutuo redderetur. Plautus in Asinaria.

Nam si mutuo non potero, certum est sumam fœnore.

Inde & *mutuari*, & *mutuare* veteribus de eo qui mutuo pecuniam sumeret, hoc est, ad hoc acciperet, ut mutuum in restituendo faceret. Cæcilius in Asoto:

Ad amicos currat mutuatum, mutuet mea causa.

Idem enim *mutuare*, & *mutuari*, ut *fœnerari* & *fœnerare*. Veteres quippe verba patiendi pro agentibus libenter usurparunt. Ex his & *mutuari* pro *mutuare*: *fœnerari* pro *fœnerare*: *pignerari* pro *pignerare*. Mutuare itaque proprie est mutuo pecuniam vel aliam rem accipere, ad hoc nempe accipere quam reddas mutuam. Recentior autem Latinitas inter mutuare & mutuari distinxit, & *mutuare* quidem posuit pro mutuum dare, *mutuari* pro accipere. Quæ distinctio prorsus caret ratione, nisi dixeris ad Græci moris imitationem introductam. Ut enim illi δανείζει de eo dicunt qui dat mutuo, & δανείζεται de eo qui accipit, sic isti *mutuare* similiter pro δανείζειν usurparunt, *mutuari* vero pro δανείζεσθαι. Tunc istud *mutuari* oporteret

patiendi

patiendi non solum habere formam, sed etiam significationem, & sic differre ἀπὸ τοῦ *mutuare* agente quemadmodum δανείζεσθαι differt ἀπὸ τοῦ δανείζειν. Certe *mutuare* hoc sensu pro mutuum dare occurrit in Codice Theodosiano & Justinianeo aliisque auctoribus illius ævi. Quod etiam optimus priscarum Glossarum auctor observavit: *mutuat*, κιχρᾶ, δανείζει. *Mutuum dat*, δανείζει. *mutuatur*, κιχρᾶται, δανείζεται. Quod ultimum, est, mutuum accipit. Atqui veteribus idem est *mutuare*, & *mutuari*. Nempe τὸ δανείζεσθαι. Sic etiam quidam recentiores distinxere inter *fœnerare* & *fœnerari*, ut illud esset δανείζειν, hoc δανείζεσθαι. Quod contra usum & auctoritatem est antiquiorum. Utut sit, mutui datio improprio loquendi usu appellata, cum nulla sit proprie mutui notio nisi in restitutione. Sic multa per abusum in sermonem invecta in omnibus linguis. Idemque evenit in voce χάρις apud Græcos & *Gratia* apud Latinos, ut ante ostendimus.

CAP. II.

Græci Δάνειον *vocant à parte dantis, quod Latini Mutuum & Siculi* Μοῖτον *ab reddentis. Inde verbum* δανεῖν *&* δανείζειν, *mutuum dare.* Δάνος, *datio vel donum. Hinc* δάνειον. *Danere vetustis Latinis pro dare. Dare id proprie quod repetas.* Δαρεῖσθαι *& donare quod non recipias. Græcis vero* διδόναι *est donare non reddituro.* Δάνειον *idem quod mutuum, & proprie quod par pari refertur, sine usuris. Ea re differt mutuum à fœnore. Mutuum ab amicis, Fœnus accipitur ab ignotis & trapezitis vel Nummulariis.* Δάνειον, *duplex,* ἔντοκον *&* ἄτοκον, *fœnebre & non fœnebre.* Δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, *fœnerari.* Δανείζειν *absolute, mutuo dare. Postea etiam usurpatum pro mutuo dare sub usuris. Sic etiam Latinis mutuum, pro fœnore positum sive mutuo fœnebri.* Δανεισθὼ *utrumque*

utrumque significare, tam debitorem quam creditorem, ut & χρήστην. *De voce Fœnus, quid proprie significet, & unde dicta. Non à fœtu videri appellatam sed à Græco* ποῖνος, *quod idem est ac* ποινή, *ut* τῖμος, *&* τιμή. Ποινὴ *non solum pœna & multa, sed merces. Sic* τιμὴ *& pro pretio & pro pœna. Ita etiam pretium, præmium, merces, donum & similia Latinis æque in mali ac boni remunerationes. Sic apud Arabes* رشاء *pro munere ac mercede & pro usura. Fœnus non simpliciter usura, sed mutuum cum usuris. Nauticum fœnus quare dictum. Loca varia auctorum de hac voce explicata. Apud Tertullianum fœnus pro simplici mutuo. De Arabum voce* سلف *& de* عوض, *Fœnore pecuniam occupare, fœnore locare, fœnus exercere, pecuniam exercere, pecuniam in fœnore habere. Aliquando tamen & pro usura, quia nunquam fœnus sine usuris. Varro & Festus explicati. Hic etiam correctus. Centesimum fœnus de terra fœcunda reditu, quomodo accipiendum. Multi auctores expositi. Vlpianus emendatus & explicatus. Aristoteli* δανεισμὸς *de mutuo,* Τοκισμὸς *de fœnore.* Τοκισταὶ *apud eumdem Aristotelem qui Latinis fœneratores.* Δανεισταὶ *comparati* τοῖς ἀργύταις. *Apud alios iidem cum* τοκισταῖς. *Theophrasto* δανεισικὴ ἐργασία, *fœneratio.*

Contrariam viam Græci institere Latinis in mutuo exprimendo. Ut enim illi mutuum à parte reddentis denominarunt, Siculos sequuti qui & μοῖτον dixere, id est, gratiam sive gratiæ vicem, isti e contra à parte dantis nuncuparunt δάνειον. Antiquum apud eos vocabulum δάνος, quod est datio vel donum. Et inde δάνειον, ut à τέλος τὸ τέλειον deductum est. Et inde verbum δανείζειν factum, quod tamen melius scriberetur δανίζειν, quomodo

modo & in antiquissimis manu exaratis exemplaribus scriptum reperitur. Nec enim à voce δάνειον id verbi formatum liquet, cum potius dicendum inde foret δανείζειν. Sive autem à δάνος ducatur, æque erit δανίζειν, ut à σκίλλω σκιλλίζω, sive à verbo primitivo δανῶ, sic δανίζειν ab eo futurum est ut ἀπὸ τοῦ χαμαὶ χαμαίζω. Quinimo, ut de hoc melius constet, brevem habet syllabam in δάνειον & δανίσω, quæ longa esse deberet, si scriberetur δάνειον & δανείσω. Lucillius in Epigrammate:

Φοιτᾷ λῷστε, δανίσας, τυπίσας τύπον, ὑδροπόλισσα.

Et apud Aristophanem: δάνειον μοι τρεῖς δραχμάς, secunda correpta. Nec obstat quod in Epigrammate Palladis scribitur,

Ἀλλ' ὁ μὲν οὐδὲ δάνειον ἐὼν ἔτι δίδοις ὃ μίσθως.

Nam ibi legendum, οὐδὲ δάνειον, quod à verbo οὐδανῶ, non ab οὐδανίζω derivatur. δεδάνειον ut χαμαὶ πεσεῖν. Atque hæc obiter. Primitivum itaque est δανῶ, unde δανίζω. Inde Latinum antiquum *dano* pro do, quo etiam usus est Plautus in Pseudolo:

Cui servitutem Dii danunt lenoniam.

Pacuvius apud Nonium:

Dii me etsi perdunt, tamen esse adjutum exputant.
Quum prius quàm interea spatium ulciscendi dannut.

Festus: *Dannut, dant.* id est, δανοῦσι. Hesychius. δανεῖ. δανίζει. Inde nomen δάνος pro dono apud Euphorionem: τό μοι δάνος ἄτιμον ἔλυσε. quod est δῶρον. Ut à πίλλω πιλλίζω sic à δάνος δανίζω. Quod Grammatici dictum κατ' ἀντίφρασιν esse putant, quasi οὐ μὴ δῶσι, quia non donatur ab eo qui id nō sit recepturus, sed datur reddituro, quod est *mutuum*. Certe hæc etiam differentia ponitur apud Latinos inter *dare* & *donare*. Hoc enim οὐ τοῦ ἀναπαίειν dicitur: at *dare*, est *quod reposcas*, ut in Terentium Donatus notat. Sane si δῶρον id est Græcis quod aut mercedis loco datur, aut pro beneficio redditur, aut dis offertur, in his omnibus

omnibus sic dari certum est ut repeti non possit. Hinc δωρεᾶς est χαριζέσθαι, & δωρεὰν χάριν, gratia nimirum quæ non datur ut repetatur. Δῶρον ab antiquo δόω, δόσω. Unde δόσις & δόλιον. Hinc & δῶνος & δόλωνος, quod Græci ponunt pro donare quod non recipias. Inde apud Aristotelem in Nicomacheis. ὡς ἐ δόσις ἀπὸ χάριτος. *Dare* Latinis alio sensu, si fides Grammaticis, & eodem quo Græcum δανῶ. Δάνος vero vel δανῶ aliud est à dono vel δῶρον, quia datur à repetituro & ad tempus, quæ est vera mutui notatio. Theophilus & cæteri omnes Græci juris interpretes, *mutuum* Latinorum per δάνος reddunt Et rectè id quidem. Quod sine usura mutuum datur, ita proprie dicendum. Nam & *mutuum* prima ac propria sua significatione id designat quod ex æquo reddendum sit, & par pro pari, idemque & δάνειον. Qui enim putarunt, δανείζειν esse fœnore dare, falsi sunt. Nihil quippe aliud est quam mutuum dare, & quidem sine usuris. Id enim olim mutuum. Nonius: *Mutuum à fenore hoc distat quod mutuum sine usura, fenus cum usuris sumitur, & est accepti fetus, unde & fenus dictum est, ut Græce τόκος quasi partus mutui sumpti.* Citat deinde versum Plauti ex Asinaria. quo & planum nempe fiat, mutuum à fœnore distingui:

Nam si mutuo non potero, certum est sumam fœnore.

Ita accipiendum est apud Terentium in Phormione, ubi *sumere argentum* de mutuo debet intelligi, quod opponitur fœnori:

GE. *Non ratio, verum argentum decrat* DE. *sumeret*
Alicunde. GE. *Alicunde? nihil est dictu facilius.*
DE. *Postremo, si nullo alio pacto, vel fœnore.*

Alicunde, inquit, sumeret, nempe mutuum sine usuris, aut si id non poterat, saltem vel fœnore. Ab amicis mutuo sumebatur, à trapezitis fœnore. Hinc illæ querelæ apud comicos amatorum adolescentum qui mutuum se nec unum argenti nummum invenire

posse gemunt. Quod de mutuo ab amicis sumendo intelligitur. Nam mensæ Trapezitarum omnibus patebant pecuniam fœnore accipere volentibus. Nonius: *Honestius mutuum, quod sub amico affectu fiat meum tuum usu temporis necessarii.* Saltem ille melius, quod non simpliciter in mutuo, de meo tuum fieri dixit, sed usu temporis necessarii. Et verum illud de mutuo à fœnore distinguendo, & quod ab amicis sumeretur. Suidas: Δανεῖσαι, τούτου τὸ χρῆσαι ἀνρετώτερον. Τὸ μὲν γὰρ χρῆσαι ἐπὶ φίλων, τὸ δὲ δανεῖσαι ἐπὶ τοῦ τυχόντος. Verbum χρῆσαι de mutuo accepit, quod ab amicis datur. Sed fallitur quod δανεῖσαι fœnoris proprium esse voluit, & respexit ad usum sui temporis. Δάνειον, ut sit fœnus, addendum est, ἔντοκον, ut recte in veteribus Glossis earum auctor observavit: δάνειον, *mutuum.* δάνειον ἔντοκον, *fœnus.* Ergo δάνειον ἔντοκον, est mutuum usurarium, vel fœnebre. Δάνειον simpliciter mutuum, quod sine usura datur. Quod adeo certum est, ut veteres Græciæ auctores raro δανείζειν absolute pro fœnerari usurpent, sed sæpius addere soleant, δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, mutuum dare sub usuris. Plato de legibus v. μηδὲ δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, ὡς ἐξὸν μὴ ἀποδιδόναι τὸ πρᾶγμα τῷ δανεισαμένῳ μήτε τοῦτον, μήτε κεφάλαιον. Aristoteles in œconomico v. δάνεισαι τῇ πόλει ἐπὶ τόκῳ. Appianus lib. 1. de bello civili: νόμου τινὸς παλαιοῦ προαγορεύοντος μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκοις. *Cum lex quædam vetusta vetares fœnore dare.* Quid opus erat, addere, ἐπὶ τόκοις vel ἐπὶ τόκῳ si δανείζειν significationis suæ vi id exprimeret? Immo δανείζειν est simpliciter dare & largiri. Hesychius: δανείζει, μεταδιδοῖ, τοῖς ἐνδεέσι κιχρᾷ. Largiri & egenti commodare. Alio loco δανεῖν, ἀγαθουργεῖν bene facere explicat, vel δανείζειν. Perperam in Hesychio legitur κακουργεῖν. quod ab illis suppositum est qui ex temporis sui usu δανείζειν idem esse putarunt quod *fœnerare.* Nec aliter ea voce usi sunt septuaginta

ginta interpretes quam pro simplici absque usuris mutui datione. ut Exod. cap. XXII. ἐὰν δὲ ἀργύριον ἐκδανείσῃς τῷ ἀδελφῷ τῷ πενιχρῷ τῷ παρὰ σοί, οὐκ ἔσῃ αὐτῷ κατεπείγων, οὐκ ἐπιθήσεις αὐτῷ τοκον. *Si mutuum dederis fratri tuo egeno qui apud te est, non impones ipsi usuram.* Ergo ἐκδανείζειν est mutuum sine usura dare. Auctor libri sapientiæ Siracidis hoc verbum ita semper accipit, de mutui datione citra usuras, ut cap. XXIX. ὁ ποιῶν ἔλεος δανεῖ τῷ πλησίον, καὶ ἐν ἐπιχύσει τῇ χειρὶ αὐτοῦ τηρεῖ ἐντολάς. Non soleo alio sensu sumere apud Lucam cap. VI. καὶ ἐὰν δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα. Quæ de mutuo gratuito & non usurario palam est intelligi debere, cum dicat, peccatores peccatoribus mutuum dare, ut paria recipiant. At in mutuo fœnebri non par pari redditur, sed cum accessione. De quo loco infra pluribus erit agendum. Hæc prima & vera mutui ratio, qua datur aliquid, ut τὸ ἴσον recipiatur. Altera, quæ τὸ πλέον reddi sibi postulat, quæ est usuraria. Utramque breviter attigit Aristoteles lib. VIII. de Moribus cap. XV. ubi amicitiam quæ utilitate probatur, & propter emolumentum conciliatur describit: κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκὼς ἀπὸ χρήσας. *postulatque recipere aut par pro pari aut amplius, tanquam quæ non dono dederit, sed mutuo.* De eo tamen amicitiæ genere loquitur quæ moralis est, quam ἠθικὴν appellat & utilitatem sectatur, non in certis & constitutis rebus & pactis sed οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς. Duo enim genera facit amicitiæ quod utile est spectantis, alteram ἠθικὴν, alteram νομικὴν. Quæ legalis est, ex pactione & conventione quid sibi dari aut reddi debeat constituit. Et hoc duobus modis. Aut enim de manu datur, & de manu accipitur. Quod genus ad mercaturam pertinet, & cocionaturam, & ἀγοραῖον vocat idem Aristoteles, id est, cocionatorium, & nundinatorium. τὸ γὰρ μὴ δοῦναι εἰ μὴ αὐτίκα

δίκης εἴη λαβεῖν ἀν χρεὼς ἐκ χρέους, πάντα ἀγοραῖον. Nam ἀγοραῖοι, Aristotelis sunt mercatores vel cocionatores qui in foro vendunt, & emunt. quos & κατηλους aliter vocabant, de quibus infra. Hinc illa Sophoclis apud Scholiastem Pindari sic legenda:—

—οὔτε φαύλῃ χάριτι,
Τὴν μὲν δίδωμι χρεὼ, τὴν δ' ἀκριβῆ λαβεῖν.

At ejusdem amicitiæ legalis ob quæstum institutæ alteram speciem tradit, quæ non de manu in manum dat & accipit, sed dat ut post tempus recipiat, & certum quid pro certo. Hanc liberaliorem esse dicit, & quod interpretes non animadverterunt, mutui dationem respicit. Aristoteles lib. VIII. cap. XV. τὸ δὲ ἐπὶ χρείαν, καθ' ὁμολογίαν ἐστί, τὸ δανεικὸν ἐστι. De mutuo plane accipiendum. At moralis amicitia ob utilitatem contracta nullis pactis aut conventis invicem mutua beneficia agitat, sed ex sola voluntate bene faciendi, quæ tamen & sibi benefacta sua reddi postulat, aut pari mensura aut etiam majore. Andronicus paraphrastes pro illis Aristotelicis, καὶ ὁ μὲν τὸ χρήσιμον φιλῶν ἢ ὁ δι' ἡδονὴν τῇ τοιαύτῃ εἶναι, legisse plane videtur ἀφιλίαις. Nam τὸ χρήσιμον & εὔχρηστον appellat, sed ut puto perperam. De quo tamen alibi. Quod illa autem mutui species quæ repetit amplius quam dedit pro usu pecuniæ quam commodavit, passim magis frequens ac celebris facta, rara contra altera, & paucorum hominum, hinc absolute δανείζειν Græcis, & δανείζεσθαι, item *mutuum dare*, & *mutuari* Latinis usurpari cœptum est pro fœnerari & fœnore accipere. Nec solent Jurisconsulti hæc verba in alia notione sumere quam de mutuatione sub usuris facta, etiam si nomen usuræ vel fœnoris non sit adjunctum. Quod & comici veteres Latini qui de Græco suas verterunt fabulas, observant in Græca dictione potius quam in Latina. Cum enim mutuum à fœnore distinguant, *danistam* pro fœneratore dicunt

unt & *genus danisticum* pro fœneratorio. Festus, *Danista, fœnerator.* Pollux lib. III. cap. IX. ὁ δανειστὴς, δανεισμὸς ἢ τόκος. Inde & ἡμερόδανειστὴς, fœnerator qui diarium fœnus exercet, non menstruum. Plutarchus libri inscripsit περὶ μὴ δανείζειν, ubi δανείζειν posuit absolute pro mutuo pecuniâ sub usuris accipere. Alias δανειστὴς etiam pro debitore accipitur, ut & χρήστης, qui tam de eo dicitur cui fœneratum est, quam qui est fœneratus. Ammonius: χρήστας· καὶ δανειστὰς λέγεσθαι, καὶ τοὺς τοκογλύφους. Helychius: Δανειστὴν, τὸν δανείσαντα, καὶ τὸν δανεισάμενον. Qui mutuum dat & qui accipit. Nunc de dictione *Fœnus* videamus, quid ea proprie significetur, & unde facta sit. A fœtu dictam volunt antiqui Grammatici, qui Varronem omnes sequuti sunt, ut Græci τόκος ἀπὸ τοῦ τίκτειν. Verba ejus referuntur ab Agellio & Nonio, qui ab Agellio ea sumpsit mutua: *Fenus ab eo dictum, quod pecuniam pariat increscenti tempore, quasi fœtus, aut fœtura. Nam & Græci τόκον dicunt ἀπὸ τοῦ τίκτειν.* Ita Nonius, qui & verba Varronis producit, ut & Agellius, ex lib. III. de Latino sermone: *Fenus autem dictum à fetu quasi fetura quædam pecuniæ.* Scribebant eam vocem per *a*, ut ex eodem Varrone constat ex lib. IV. de eodem Latino sermone, atque etiam detracto *a* pet e solum, ut *fenus*. Ἀπὸ τοῦ φαίνειν nescio quis nugator apud Agellium vocatum autumat, & φαινεστρατος scribit, quia *fenerator* Latinis. Sed ineptum est fallumque etymum *fenus* a *fetu*. Quomodo enim hoc fenus é fetu nasci ac produci potest? Haud magis sane quam fetus é fenore fieri. Non dubium quin à Græco originem duxerit, unde res ipsa traducta est. Græcis πῶϝος idem quod ποινὴ, ut πῖϝος veteribus quod recentioribus πιεῖ ut apud Archilochum, μέτρα πίμπρη ἀντιγράφου, nullo pretio illato. Sic ἦϝος, quæ postea ἠώς, & χθιϝός, quæ χθιὲς, & alia sexcenta. Ex πῶϝος igitur natum illud Latinis *fœnus*, ut *Fidus* ex

Æolico πινδής, & *fides* ex *pindes*. Ita enim Æoles, unde Latini, pro πίνδος. Ceterum ποινὴ vel ποινὼ Græcis non solum pœnam vel multam notat aut pecuniam qua depecticebatur, is qui aliquem occiderat, cum cognatis vel affinibus mortui, sed etiam quod in mercedem ac pretium, præmiumque vel compensationem cujuslibet rei dabatur. Sic Troi Juppiter præstantissimos illos equos dedit ex immortali semine, ut illi essent pro pretio Ganymedis filii quem ad se rapuerat. Homerus Iliad. E.

Τοῖσι γὰρ ἵππους δῶκε Τρωὶ πὸς Διὸς ἀντὶ Γανυμήδους
Δῶρ' ἅ οἱ πάντα γαμικὰ διαμπερὲς ἐστίν.

Similiter & aliis in locis ea voce usus est, ἀντὶ ἀμοιβῆς, ἀντιμισθίας, & ἀντιποίνου. Frequens quoque Pindarus in ea dictione ποινὴ, hoc sensu usurpanda. In Nemeonicis Od. 1. κερδέων μεγάλων ποινὰν λαχὼν ἐξαίρετον, ὀλβίοις ἐν δόμοις ἐν ὀλίγῳ μέρει τελεσφόρον ἔπαθε ἄεθλον. Ubi ποινὰ ἐξαίρετος, præcipua merces & eximium præmium laborum Herculi datur Hebe uxor. Omnia ejusmodi vocabula quæ retributionem denotant, tam in malo pro pœna, quam in bono pro præmio & mercede Græcis Latinisque pariter sumuntur, & vicissim alternant mala pro bonis ut bona pro malis. Ut hic ποινὴ quæ pœna est, alias est merces. E contrario μισθὸς quæ merces est & præmium, pro pœna ponitur Callimacho in Lavacro Minervæ. qui nudam eam viderit, μισθὸν τὸν ἐδὼν μεγάλον, dicit, id est, magna pœna proposita. Et alibi:

— μεγάλην ἐπεμέτρησε μισθόν.

Gloriationis suæ magnam tulit pœnam. Τιμὴ pretium est, & pro pœna similiter poni solitum. Unde πανάτιμον, & ἀτίμητον, quod multa est. Sic Latinis *pretium* in malo. In Epistola Hypsipyles ad Jasonem:

Perfidiæ pretio, qua nece dignus eras.

Ita enim libri, quod qui mutarunt insciti pretio, quibus flagris digni erant? Notum est illud Comici.

pretium

pretium ob stultitiam fere. Livius Achille apud Nonium: *Si malus imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis.* ipse recte interpretatur, *pœna exitum.* Sic gratia æque in malo. Comicus: *qui referam illi sacrilego gratiam.* Priamus apud Poetam Pyrrho, qui natum Politen ante oculos ipsius interfecerat:

At tibi pro scelere hoc pro talibus ausis
Dii, si qua est cœlo pietas quæ talia curet,
Persolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita.

Ita & *dona* alibi, apud eumdem, quæ ut δῶρα Græcis, pro mercede operæ bene præstitæ, aut pro gratia benefactori reddi solita, ad mali retributionem & pœnam traducta:

Quas illi Philomela dapes quæ dona parabit.

Ultionem Nonius exponit. Pariter & ἀμοιβὴ Græcis & vindictam, talionemque maleficii designat, & præmium pretiumque beneficii. Non minus & ποινὴ vel ποινὼ utrumque. Nam idem quod ἀμοιβὴ. Et inde *fœnus.* Sic Arabibus ab eadem radice ربا *Riba* usuram significat, & cum alia vocali رباء *Raba* gratiam. Similiter apud eos رشوة munus & mercedem significat & pro usura quoque sumitur. Sic iisdem Arabibus قرض pœna & merces simul. Hinc اقرض fœnerari. Ideirco & fœnus idem quod *mutuum* significat. Mutuum quippe ἀμοιβὴ, sed illud cum usura, nimirum *fœnus*, hoc sine usura, nempe *mutuum.* Ex eo mutuum à fœnore distinguunt comici. Fœnus autem non simpliciter usuram pecuniæ creditæ significare, ut hactenus est creditum, sed rem ipsam quæ mutuo data est, & æs alienum sub usura contractum, exemplis patefaciendum est. Tacitus de moribus Germanorum: *Fenus agitare & in usuras exten-*

extendere ignotum, ideoque magis aversantur quam si vetitum esset. Ita obiter menda liberamus Tacitum. Nam sensu caret, quod editum est, *ideoque magis servatur.* Fenus non potest ibi esse pro simplici usura. Quid enim esset, *usuram agitare, & in usuras extendere?* Fenus eo loco plane est δάνειον ἔντοκον, ut mutuum est δάνειον ἄτοκον. Idem auctor lib. VI. Annalium, *ut debitores fœnoris duas partes solverent*, dixit, pro quo Suetonius, *æris alieni duas partes*, in eadem re narranda. Ergo *fœnus* est æs alienum, ac debitum usurarium. Titulum Codicis & Digestorum *de Nautico fœnore*, Græci interpretes non verterunt περὶ ναυτικοῦ τόκου, sed περὶ ναυτικοῦ δανείου. At δάνειον non est usura, uti jam satis supra monstravimus, sed debitum sub usura. Operæ pretium autem attendere cur tam in digestorum compilatione quam in codicis tractatus de usuris communibus, ita hunc titulum habeat, *de usuris*; qui vero tractat de trajecticia pecunia, non inscriptus sit, *de nautica usura*, aut *nauticis usuris*, sed de *nautico fœnore*. Hoc nemo dum animadvertit, sed est verissimum quod observavi, ideo *nautici fœnoris* titulo inscribi digestum, de trajecticiæ pecuniæ usuris, quia in communi mutuo usuræ successive currunt & pro rata temporis solvuntur seorsim ab ipsa sorte, cum in trajecticia pecunia, de sorte simul solvenda cum usuris in exitu navigationis fiat conventio. Quia igitur de certa summa usurarum nomine repetenda simul cum ipsa capitis summa, ubi navis rediisset, inter partes conveniebat, ideo *de nautico fœnore* inscribitur, quia totum nimirum fœnus simul & semel solvebatur, hoc est, sors ipsa cum usuris de quibus convenerat. In vulgari porro mutuatione ubi usuræ separatim penduntur pensionibus statutis, nec repeti sors potest quamdiu præstantur usuræ, idcirco *de usuris*, tractatum earum placuit inscribi. *Fœnus* igitur in fœnore nautico usuras simul & sortem comprehen-

prehendit, quod simul erat solvendum post navigationem peractam, ut infra pluribus sumus dicturi contra sententiam doctissimorum Jurisconsultorum. Quinimmo & in leg. III. quæ Diocletiani est, Cod. de Nautico fœnore, ita prorsus ut diximus accipi debet: *Cum proponas te nauticum fœnus ea conditione dedisse, ut post navigium, quod in Africam dirigi debitor asseverabat, in Salonitarum portum nave delata fœnebris pecunia tibi redderetur.* In his verbis *Nauticum fœnus* quod datum dicitur, non potest capi pro usura nautica. Id enim dedit creditor, qui usuram dedisse non queat intelligi. *Pecuniam* ibidem *fœnebrem* vocat quod initio dixit *nauticum fœnus*. Nam idem etiam genere redditur in trajecticiæ mutuo, quod datum est. Et *pecuniam* Jurisconsulti plerumque pro ipsa mutui sorte ponunt. Clarum ergo est hic *nauticum fœnus* dici pro pecunia fenerata sub usuris nauticis. Cyprianus in libro de Lapsis fœnus manifeste posuit pro pecunia credita quam augent usuræ: *Episcopi plurimi quos & hortamento oportet esse ceteris, & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas provincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari, esurientibus in ecclesia fratribus non subvenire, habere argentũ largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus fœnus augere.* Et aperta res est, si *fœnerari* est δανείζειν, *fœnus* esse τὸ δάνειον, & quidem ἔντοκον. Nam gratuitum & ἄτοκον proprie mutuum. Tertullianus tamẽ quia τὸ δάνειον simpliciter *mutuum* significat, etiam *fœnus* pro mutuo usurpavit, & *fenerari* pro mutuum dare, lib. IV. adversus Marcionem: ubi *fructum fœneris* vocat, quæ est usura, & *fœnoris redundantiam* his verbis: *percurre sequentia Ezechielis de eodem viro justo. Pecuniam, inquit, suam fœnore non dedit, & quod abundaverit, non sumet: fœnoris scilicet redundantiam;*

extendere ignotum, ideoque magis aversantur quam si vetitum esset. Ita obiter menda liberamus Tacitum. Nam sensu caret, quod editum est, *ideoque magis servatur.* Fenus non potest ibi esse pro simplici usura. Quid enim esset, *usuram agitare, & in usuras extendere?* Fenus eo loco plane est δάνεον ἔντοκον, ut mutuum est δάνεον ἄτοκον. Idem auctor lib. vi. Annalium, *ut debitores fœnoris duas partes solverent*, dixit, pro quo Suetonius, *æris alieni duas partes*, in eadem re narranda. Ergo *fœnus* est æs alienum, ac debitum usurarium. Titulum Codicis & Digestorum *de Nautico fœnore*. Græci interpretes non verterunt περὶ ναυτικοῦ τόκου, sed περὶ ναυτικοῦ δανείου. At δάνειον non est usura, uti jam satis supra monstravimus, sed debitum sub usura. Operæ pretium autem attendere cur tam in digestorum compilatione quam in codicis tractatus de usuris communibus, ita hunc titulum habeat, *de usuris*; qui vero tractat de trajecticia pecunia, non inscriptus sit, *de nautica usura*, aut *nauticis usuris*, sed de *nautico fœnore*. Hoc nemo dum animadvertit, sed est verissimum quod observavi, ideo *nautici fœnoris* titulo inscribi digestum, de trajecticiæ pecuniæ usuris, quia in communi mutuo usuræ successive currunt & pro rata temporis solvuntur seorsim ab ipsa sorte, cum in trajecticia pecunia, de sorte simul solvenda cum usuris in exitu navigationis fiat conventio. Quia igitur de certa summa usurarum nomine repetenda simul cum ipsa capitis summa, ubi navis rediisset, inter partes conveniebat, ideo *de nautico fœnore* inscribitur, quia totum nimirum fœnus simul & semel solvebatur, hoc est, sors ipsa cum usuris de quibus convenerat. In vulgari porro mutuatione ubi usuræ separatim penduntur pensionibus statutis, nec repeti sors potest quamdiu præstantur usuræ, ideirco *de usuris*, tractatum earum placuit inscribi. *Fœnus* igitur in fœnore nautico usuras simul & sortem comprehen-

prehendit, quod simul erat solvendum post navigationem peractam, ut infra pluribus sumus dicturi contra sententiam doctissimorum Jurisconsultorum. Quinimmo & in leg. iii. quæ Diocletiani est, Cod. de Nautico fœnore, ita prorsus ut diximus accipi debet: *Cum proponas te nauticum fœnus ea conditione dedisse, ut post navigium, quod in Africam dirigi debitor asseverabat, in Salonitarum portum nave delata fœnebris pecunia tibi redderetur.* In his verbis *Nauticum fœnus* quod datum dicitur, non potest capi pro usura nautica. Id enim dedit creditor, qui usuram dedisse non queat intelligi, *Pecuniam* ibidem *fœnebrem* vocat quod initio dixit *nauticum fœnus*. Nam idem etiam genere redditur in trajecticiæ mutuo, quod datum est. Et *pecuniam* Jurisconsulti plerumque pro ipsa mutui sorte ponunt. Clarum ergo est hic *nauticum fœnus* dici pro pecunia fenerata sub usuris nauticis. Cyprianus in libro de Lapsis fœnus manifeste posuit pro pecunia credita quam augent usuræ: *Episcopi plurimi quos & hortamento oportet esse ceteris, & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas provincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari, esurientibus in ecclesia fratribus non subvenire, habere argentū largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus fœnus augere.* Et aperta res est, si *fœnerari* est δανείζειν, *fœnus* esse τὸ δάνειον, & quidem ἔντοκον. Nam gratuitum & ἄτοκον proprie mutuum. Tertullianus tamē quia τὸ δάνειον simpliciter *mutuum* significat, etiam *fœnus* pro mutuo usurpavit, & *fenerari* pro mutuum dare, lib. iv. adversus Marcionem: ubi *fructum fœneris* vocat, quæ est usura, & *fœnoris redundantiam* his verbis: *percurre sequentia Ezechielis de eodem viro justo. Pecuniam, inquit, suam fœnore non dedit, & quod abundaverit, non sumet: fœnoris scilicet redundantiam;*

tiam, quod est usura. Prius igitur fuit, ut fructum fœnoris eradicaret, quo facilius assuefaceret hominem ipsi quoque fœnori, si forte, perdendo, cujus fructum didicisset amittere. Ubi clarum est *fœnus* ab eo appellari sortem ipsam creditam, & hujus fructum, usuram. De fœnore perdendo, id est sorte, ideo dixit, quia ante citaverat verba Euangelii secundum Lucam: Et *si fœneraveritis à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis?* Quæ verba non de amissione usuræ sed de ipsa sorte amittenda & non speranda debent intelligi, ut infra ea explicabimus, quomodo & ea Tertullianus clare accepit in his quæ attulimus. Cujus hæc mens est, deum in veteri testamento usuram vetuisse, qui est fructus mutui sive fœnoris. In novo autem etiam his mutuum dandum præcipere qui fœnus ipsum, hoc est sortem, nedum usuras non essent reddituri. Sed & supra *fœnus* sic posuit: *aperiens aperies illi manum, fœnus fœnerabis illum quantum desiderarit: fœnus enim nisi petenti dari non solet.* Non usura est ibi fœnus, sed mutuum. Non enim usura datur à creditore sed à debitore. præterea eo loco deuteronomii quem citat Tertullianus mutui datio præscribitur sine usuris: ἀνοίγων ἀνοίξεις τὰς χεῖρας σοι αὐτῷ, καὶ δανείζων δανείσεις αὐτῷ ὅσον ἂν ἐπιδέῃ. Nam δανείζειν id esse Græcis quod mutuum dare sine usuris, satis in superioribus exposuimus. Verbum Hebræum ibi est עבט, quod est proprie ἐνεχυράζειν vel mutuum dare sub pignoribus. In Arabico interprete Erpenii تسلف quod est, mutuum dabis sine spe alicujus inde præter sortem recipiendi emolumenti, ut lexicographi Arabum notant. Nam سلف *Selph*, mutuum est cum par pari redditur sine usuræ accessione. Alias tamen & pro mutuo usurario sumitur hæc vox. Immo & pro usura apud Persas qui ab Arabibus eam acceperunt, ut infra sumus dicturi. At Saadias Gaon verbo

verbo usus in عوّض quod est similiter mutuum dare ab عوض quod est permutatio vel suffectio cum aliquid datur pro alio, ut fit in mutuatione. Δανείζειν igitur hoc apud Græcos, quod Tertullianus ubique vertit *fœnerari* etiamsi nulla inde usura speranda sit, quia fœnus illi ut & plerisque Latinis auctoribus idem quod mutuum. Ex his collige quam longe à vero absint qui hactenus crediderunt fœnus esse usuram, quique non dubitant jactare, se *usuras* quidem admittere, sed *fœnus* minime. Fœnus, est creditum, non τόκος. Nec in illis loquutionibus *fœnore dare* & *fœnore pecuniam occupare*, fœnus pro usura accipiendum, sed pro mutuo fœnebri. Nam *fœnore pecuniam dare* & *fœnore accipere*, sic dicitur, ut *mutuo accipere*, & *mutuo dare*. In loco quidem Ezechielis Græce habetur, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ ἐπὶ τόκῳ οὐ δώσει, cui respondet Latinum, *pecuniam suam fœnore non dedit*, non tamen inde sequitur, *fœnus* esse usuram. Dat pecuniam fœnore qui eam fœneratur, hoc est sub usuris mutuam dat. At non dicunt Latini *pecuniam usura dare*. Aliud ergo fœnus, aliud usura. Tertullianus qui in versione Ezechielis Latini *fœnus* accepit pro simplici & gratuito, quod apud eum sequitur, καὶ οὐ πλεονασμὸν λήψεται, de usura interpretatus est, quæ est abundantia fœnoris, hoc est augmentum supra fœnus creditum. *Pecuniam suam fœnore non dedit, & quod abundaverit non sumet, fœnoris scilicet redundantiam, quod est usura.* Non observavit Tertullianus qui Hebraicæ linguæ imperitus fuit in illis Ezechielis verbis duplici appellatione usuram vocari; una qua fit relatio ad debitorem, & appellatur נשך *Nescech*, à morsu; altera qua significatio rei refertur ad creditorem, & dicitur תרבית *Tarbith*, id est abundantia vel accessio. Quod utrumque simul ibi positum à propheta, ut infra docebimus. Qui fœnore pecu

pecuniam occupare dicitur, dici non posset Latine usuris eam occupare; non enim est occupata usuris, sed credito, ut usuras ipsi pariat. Sic pecuniam agris mercandis occupat apud Columellam qui ea agros mercatur, ut inde fructus percipiat ex agrorum nempe cultu. Locat pecuniam fœnore, qui credendo locat ut mercedem hoc est usuram recipiat. *Usura locare pecuniam*, nemo dicat. *In fœnore pecuniam* habet, qui eam habet in rebus creditis. nec enim eam in usuris tantum habere existimandus est, sed etiam in sorte ipsa. Valerius lib. VIII. de Considio quodam: *Cum centies atque quinquagies sestertii summam in fœnore haberet, neque de sorte quemquam debitorum suorum, neque de usura à suis appellari passus est.* Sic pecunia in fœnore esse Varroni dicitur lib. V. de Lingua Latina quæ est in credito, vel ut loquuntur nostri Jurisconsulti, quæ in creditum ivit: *Ab hoc pecunia quæ in fœnore est, sors, impendium quod inter se jungat.* Ita enim scribendum. At in usura esse pecuniam quæ in fœnore est, quæro quis dixerit. Ergo fœnus & sortem & usuram comprehendit. Ex pluribus aliis loquendi generibus apud bonos auctores usitatis id colligere licet, aliud esse fœnus, aliud usuram, & æque ab usura differre, quam mutuum ipsum. Hinc est quod *trientarium* quidem *fœnus* solent appellare, *usuras* vero *trientes*. Usuræ quippe trientes sunt quæ trientem centesimæ dant, at *trientarium fœnus* est, quod trientes usuras reddit. Idem de *fœnore unciario* quod usuras uncias exigit, & *semunciarium* semuncias. De quo infra pluribus. Unum adhuc addam, *fœnus exercere?* passim apud auctores idoneos occurrit de his qui fœnerationem faciunt. Dic pro eo, *usuras exercere*. non liceat. At *pecuniam* similiter *exercere* apud Jurisconsultos nostros legas, de his qui otiosam eam non sinunt, sed fœnore locant. pecunia itaque credita est fœnus, & utrumque sic exerceri dicitur,

citur, ut terra quæ colitur ut fructum reddat. Unde apud Poëtam:

At si triticeam in mensem robustaque farra
Exercebis humum.

Et alibi:

Exercet tellurem, atque imperat arvis.

Exercetur itaque ager, non fructus. Eodem modo exercetur pecunia & fœnus, non usura. Græci quoque ἐργάζεσθαι de eadem re dicunt, & ἐργασίας τοῦ νομίσματος, cujus exercitionis & operationis opus & effectum est usura. Unde usura Græcis ἔργον appellatur, quæ sic differt à fœnore, ut opus ab operante. Nam fœnus est quod dat usuram, eaque re distat à mutuo proprie appellato, quod gratuitum est & usuram non producit. Ut brevius fiat, fœnus est mutuum ἔντοκον, mutuum vero est fœnus ἄτοκον. Et recte Nonius cujus verba jam supra retulimus, *mutuum à fœnore hoc distat, quod mutuum sine usuris, fœnus cum usuris sumitur.* Si fœnus sumitur cum usuris, ab usura differt. Quis enim dicat, usuram cũ usura sumi? Quæ subjicit, non videntur convenire: Et *est accepti fœtus, unde & fœnus dictum, ut Græce τόκος quasi partus mutui sumpti.* Sed ita intelligendum, ut de usuris hoc dixerit, quæ sunt accepti fœnoris fœtus, unde fœnus dictum est. Et sic omnino scribendum: *fœnus cum usuris sumitur, & sunt accepti fœtus, unde fœnus.* Et fœnus cum usuris sumitur, & usuræ illæ sunt accepti fœnoris fœtus, unde & fœnus appellatum. Idem tamen sensus ex vulgata exoritur si referatur πρὸς τὸ σημαινόμενον, quasi præcessisset usura. Idem Nonius alibi scripsit, *fœnus ab eo dictum est, quod pecuniam pariat, increscenti tempore quasi fœtus est aut fœtura.* Ergo fœnus est quod pecuniam parit, id est usuras. Nec Varronis verba alio sunt trahenda, qui fœnus dictum scripsit *à fetu, & quasi fœtura quadam pecuniæ parientis & increscentis.* Pecunia credita

dita pariens & increscens fœnus est, cujus fœtus & fœtura usuræ, à quo fœtu ac fœtura *fœnus* nominatum. Aliud credat qui leget hæc apud abbreviatorem Festi. *Fenus appellatur naturalis terræ fœtus, ob quam causam & nummorum fetus fenus est vocatum, & de ea re leges fenebres. Fenus & feneratores & lex de credita pecunia fenebris à fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Græcos eadem res τόκος & dicitur.* Frustra aliquis mihi persuadere cupiat hæc esse Festi. Ne Paulo quidem adscribenda, quamvis non bene de eo sentiam, probat vetustissimus meus liber in quo ista tantum leguntur: *Fenus & feneratores, & lex de credita pecunia, fenebris à fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Græcos eadem res τόκος dicitur.* Ut hæc se habent, nihil faciunt adversus ea quæ superius exposuimus, & fenus & feneratores lexque fenebris à fetu nominantur, quia nummi crediti alios pariant. Hoc certe verum. Nam fœtificat fœnus & usuram parit, ideo à fœtu dictum. Sed illa quis sani scriptoris, sanus qui sit ipse, esse audeat afferere? *fenus appellatur naturalis terræ fetus.* Video tamen quid voluerit, quicunque ille scripsit. Terræ fœcunditate nobiles cum fœnore quinquagesimo & sexagesimo fata reddere dicuntur. Hinc ille ineptus fœnus naturalis terræ fœtum esse adnotavit. Plinius lib. v. cap. IV. *Libyphœnices vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio* CCL M. *passuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra.* Ecce quod occasionem præbuit illi fatuo quisquis fuit, ut diceret *fœnus* appellari naturalem terræ fœtum. Alibi idem Plinius dixit cum quinquagesimo fœnore messes fertilitatem soli reddere, & cum centesimo quintodecimo, lib. XVIII. cap. XVII. Immane quantum diversum sit hoc centesimum soli fœnus ab usura nummorum centesima. Hic sane, quod obtervandum, *centesimum fœnus*

fœnus dicitur, ut in trajecticia pecunia *nauticum fœnus*, ubi simul cum sorte usura persolvitur. Ita cum terra perhibetur centesimum fœnus reddere, non de usura id intelligendum mera ac nuda, nec enim fœnus usura, sed semina simul quæ vicem sortis habent, cum incremento, quod usuræ loco est, reddit. Hæc duo simul juncta centesimum fœnus efficiunt. Semen enim etiam in illo centesimo fœnore comprehenditur. Atque ea loquutio ideo tolerabilis est quia fœnus, id est sors, sive semen quod jactum est, reddit centesimum, hoc est centesima pars est, incrementi quod terra ex eo edidit. Alias si *centesimam usuram* substitueris pro centesimo fœnore, nugas ageres. Et hallucinatus est plane Solinus qui *centesimam frugem* cum incremento maluit dicere, præ Plinio *centesimo fœnore*. Hoc modo unum & centesimum fœnus terra reddidisset. Sed & ineptum prorsus illud de centesima fruge, nec ferri potest. Centenam enim frugem dicere debuisset, ut Græci solent, qui ἑκατόνταν & ἑκατόνταπλα terram κατάγειν dicunt, hoc est, ut Plinius loqueretur, ducentesimum & trecentesimum fœnus, nempe fœnus ipsum sive sortem seminis quæ ducentesima pars est vel trecentesima usuræ vel incrementi. Ita fœnus erit interpretandum ubicunque aut apud poëtas, aut apud oratores occurret, agrum sementem cum fœnore reddere, quia sortem simul cum usuris refundit, id est fœnus, Græce δάνειμα. Cicero de senectute: *Habent enim rationem cum terra quæ nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore plerumque majore cum fœnore.* Nunquam terra sine usura reddit, quod accepit, plus enim reddit quam accepit sed aliquando, inquit, majus fœnus reddit, aliquando minus, hoc est usuram cum semente ipsa majorem vel minorem. Manilius lib. v.

Arvorum ingenerat studium, ruris que colendi.

Semi-

Seminaque in fœnus sulcatis credere terris,
Vsuramque sequi majorem sorte, receptis
Frugibus innumeris, atque horrea quærere messi.

In fœnus semina terræ committuntur, id est fœnore, ut usura major sorte inde percipiatur. *In fœnus dare*, idem *quod fœnore dare*, nempe ita dare, ut fœnus, id est creditum, vel sors ipsa cum usuris recipiatur. Ut mutuo qui dat, ea lege dat ut sortem recipiat, id est pecuniam quam dedit in pari summa. At si usuræ, aut in usuram pecuniam quis dare diceretur, ita videretur dedisse quasi recepturus tantum usuram pro usu pecuniæ, non ipsam pecuniam. Atque hæc est ratio cur in usuram dari pecunia nunquam soleat dici, sed in fœnus aut fœnore, vel mutuo. Nam qui in fœnus dat, ita se dare intelligit ut soreis ipsius summa cum usuris sibi restituatur. Si quando autem fœnus pro usura positum reperietur, inde erit quod fœnus proprie est mutuum cum usuris, unde & pro usura accipitur. Nunquam enim fœnus sine usura. Hinc & pro usura potest usurpari. Et sic accipiendum leg. unica Cod. Theod. de Usuris rei judicatæ, *duplum fœnus*, pro duplici usura. Et *quantitas sortis quantitati fœneris adæquetur*, id est usuræ. Aliter tamen potest in omnibus locis exponi. Apud Livium lib. VI. legimus Manlium Capitolinum *produxisse homines quadringentos quibus sine fœnore expensas pecuniæ tulisset*. Hoc vult, non dedisse illis pecuniam fœnore, sed gratuito mutuam dedisse, vel ut veteres loquebantur *mutuo*, apud quos *mutuo sumere pecuniam*, & *fœnore sumere* ita differunt ut illud sit sine usuris sumere, hoc cum usuris. Ergo mutuum opponitur fœnori apud Latinos, ut gratuitum commodatum opponeretur non gratuito, id est, locato. Sed cōmodatum est proprie, cum res alicui data est utenda nulla mercede constituta, ut & mutuum nullis usuris statutis. Quod autem & *fœnore obrutæ plebs*, *circumventa*, *demersa*, apud eumdem Livium sæpe occurrit, non *fœnus* ibi significat usuras, sed æs alienum, hoc est sortem cum ipsis usuris. Nam & ære alieno oppressus, mersus, obrutus, æque frequenter in auctoribus, & in ipso Livio se offert. Inde *ærarius mergus* Lucilio de fœneratore, qui ære alieno mergeret inopes. Sed & apud eumdem *fœnore laborare civitas* invenitur, uti & *ære alieno laborare*. At nunquam reperias dici, *usuris laborare*, aut *usuris demersam vel obrutam esse plebem*. Non enim usuræ solæ obæratum gravant ac premunt, sed etiam sors ipsa quæ reddenda est. Livius lib. VII. *Non eadem domi quæ militiæ fortuna plebi Romanæ. Nam etsi unciario fœnore facto levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque ineibant.* Hinc patet cur aliquis fœnore circumventus & demersus dicatur: quod de ipsa sorte potius accipi debet, quam de usuris, quæ interdum levissimæ sunt. Certe utrumque ad opprimendum facit debitorem qui in solvendo lentus est, aut omnino solvendo non est, sors cum usuris, hoc est fœnus. *Vnciarium fœnus factum*, dicit quia non liceret fœnore dare pecuniam nisi sub usuris unciis. Quod jam supra explicavimus. Idem Livius lib. VI. *An placeret fœnore circumventam plebem, ni totius sortem crediti solvat, corpus in nervum ac supplicia dare?* Ita ibi scribendum. Nec enim propter usuras non solutas quæ tunc admodum leves erant, utpote uno in centenos nummos anno pendendo taxatæ, sed propter sortem ipsam si ei solvendę impares essent in nervum & compedes adducebantur. Sequitur ibidem: *Atqui nec agros occupandi modum nec fœnore trucidandi plebem alium patribus unquam fore affirmabant, nisi alterum ex plebe consulem custodem sui libertatis facerent.* Fœnus, id est, pecunia credita sub usuris, trucidat quia cum incremento in dies augescente tandem est persolvendum. Nec aliter jurisconsulti, si recte capiantur,

tur, hanc vocem fœnus accepisse deprehendentur. Ulpianus leg. v. D. de reb. eor. qui sub tutela. *Idem prætor æstimare debebit utrum vendere potius an obligare permittat. Nec non illud vigilanter observare ne plus accipiatur sub obligatione prædiorum fœnoris quam quod opus sit ad solvendum æs alienum, aut distrahendum arbitrabitur, ne propter modicum æs alienum magna possessio distrahatur.* Ubi fœnus plane pro credito accipiendum patet. Ait prætorem æstimatorum utrum vendere prædia pupilli potius permittat an obligare. Si obliganda potius videantur, illud observandum ipsi ne plus accipiatur fœnoris sub obligatione prædiorum quam quod opus sit ad æs alienum solvendum, id est, ne amplius pecuniæ mutuæ sub usuris sumatur, quam quod opus sit ad æs alienum dissolvendum. Si autem distrahendum aliquid arbitrabitur, ne similiter plus distrahat quam quod sit necesse ad satisfaciendum ære alieno, ne propter æs alienum modicum, magna possessio distrahatur. Ut hic sensus ex verbis Jurisconsulti emergat, scribendum est: *Idem si distrahendum arbitrabitur*, vel: *aut ne distrahatur, si distrahendum arbitrabitur*, id est, ne plus distrahatur, quam quod opus sit ad solvendum æs alienum. Quod repetendum ex superioribus. In hac lege *fœnus* non potest pro usuris sumi, ut nec in illa constitutione Honorii Cod. Theod. si certum petatur de chirographis: *Et quamvis ad illuminandam hereditarii debiti fidem, & causas oporteat fœnoris adprobari, & pecunia baiulos hinc inde produci, his ac talibus si destituetur taciturnitas longinqua documentis, in evidenti est veteratorum calumnias non solum repetitione prævalidas, verum etiam severitate cohibendas.* Per fœnus cujus causæ approbandæ sunt non usuras intelligit, sed totum creditum quod ex chirographo petebatur, hoc est, sorte ipsam cum usuris. Symmachus l. I. Ep. XIX. *At nunc eruditissimus imperator*

& opum largus & honorum, quasi pro usura tibi prima detulerit, ita semper ad sortem fœnoris redit, id est, ad sortem debiti. Juvenalis Sat. IX. *viginti millia fœnus. Pignoribus positis.* Ubi fœnus pro credita pecunia sub usuris fœnoris sors, viginti millia. Plura tædet congerere, cum ad manum adhuc sint infinita quibus hoc probem. Ad summam, fœnus exercere levioribus aut gravioribus usuris Latini non dicerent si fœnus idem esset cum usura. Fœnoris porro & mutui discrimen ex ipsa utriusque origine elucescit, tanti est ad veritatem rerum eruendam, ipsos fontes ex quibus vocabula profluxerunt inquirere. Nam mutuum à Siculo μοῖτον, quod est χάρις & gratia. Inde mutuum pecuniæ usus gratuito commodatus, in quo reddendo nihil ultra accepti summam debetur, quam grati animi testatio, hoc est, χάρις. At *fœnus* è contra quia è Græco antiquo φαίνω venit, quæ est merces, vel pretium, vel etiam pœna, ideirco sic proprie appellarunt pecuniam creditam ea conditione, ut pro ejus usu medii temporis quamdiu maneret apud accipientem, solveretur aliquid mercedis nomine, quæ est usura. Ita etiam aliquando solebat pecunia dari mutuo, ut si intra præstitutum tempus non esset reddita, pro moræ pœna incrementum penderetur, quod instar etiam usuræ habuit, de quo infra dicturi sumus. Auctores tamen interdum hæc duo confundunt, & mutuum pro fœnore ponunt, quod est mutuum fœnebre, & fœnus pro mutuo, id est, gratuita pecuniæ mutuæ datione, ut Tertullianus. Græci veteres etsi δάνεισον quoque quod est proprie mutuum gratuitum pro usurario ponere soleant interdum, qui verborum tamen proprietates observarunt, διανείζειν de mutuatione sine usuris dixerunt, & τοκίζειν de fœneratione, sive mutuo fœnebri. Aristoteles in Politicis lib. I. cap. VII. ubi χρηματιστικὴν δεῖ, quæ ars est fœnerandi, carpit, ex tribus μεγίστοις generibus primum sta-

tuit τὴν ἐμπορίαν, id est, mercaturam quæ navigat: secundum τὸν τοκισμὸν, id est, fœnerationem: & tertium τὴν μισθαρνίαν. Ergo τοκισμὸς fœnus est, sive mutuum quod usuras parit. Idem in Moralibus ad Nicomachum lib. VI. cap. V. ubi contractuum qui inter volentes fiunt hæc genera ab ipso traduntur, ὠνὴ, πρᾶσις, δανεισμὸς, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις. Ibi δανεισμὸς est mutuatio gratuita, eaque diversa ἀπὸ τοῦ τοκισμοῦ, quæ est fœneratio. Idem lib. VIII. Ethicorum ad eumdem cap. V. scribit esse gentes circa Pontum feras, quæ sibi invicem Infantes mutuos dare soleant ad edendum: τοὺς δὲ τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις ἐς εὐωχίαν. Ibi δανείζειν est mutuum dare sine usura, & mutitare. Ideo antiquiores cum τοκισμὸν vellent significare, δανεισμὸν ἐπὶ τόκῳ appellabant. Ergo si δανεισμὸς simpliciter diceretur, erat mutuatio sine usuris. Comici Latini qui palliatas scripsere cum mutuum à fœnore discernunt, videntur in Græcis quos verterunt, δανεισμὸν ἀπὸ τοῦ τοκισμοῦ distinctum reperisse. Τοκισταὶ apud Aristotelem lib. IV. Nicomacheorum appellantur inter eos qui sordidas artes profitentur & illiberalem quoq; quæstum ex quocunq; negotio facere satagunt, cap. I. οἷον οἱ τὰς ἀνελευθέρους ἐργασίας ἐργαζόμενοι, καὶ περιστοιχοῦσι, καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τοκισταὶ, καὶ τὰ μικρὰ ἐπὶ πολλοῖ. Hi sunt omnino Latinorum fœneratores. At idem lib. X. ejusdem operis τοὺς δανεισταὶς comparat τοῖς εὐεργέταις. Utrosque ait magis diligere quibus mutuum crediderunt aut beneficium dederunt quam ab his amantur. Rationem addit quia debitores nollent esse quibus aliquid debent, ne scilicet reddant. Similiter & in quos aliquod beneficium collatum est, dolent extare, quibus gratia referenda est. E contra creditores & benefici ut suum recipiant, curam habent eorum salutis quibus & beneficium contulerunt, & mutuam pecuniam dederunt. Hujusmodi δανεισταὶς, vocat χρήσαντας

σαντας Andronicus, qui scilicet pecuniam utendam modo commodarunt, non sub usuris crediderunt. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, inquit, διὰ τοῦτο φασὶ φιλεῖν μᾶλλον τοὺς εὐεργέτας, δι' ἐν καὶ οἱ δανεισταὶ φιλοῦσιν οἷς ἐδάνεισαν μὴ φιλούμενοι ὑπὸ τῶν ὀφειλόντων. οἱ μὲν γὰρ χρήσαντες βούλονται τοῖς ὀφείλουσι τὴν σωτηρίαν καὶ πάντα τρόπον βοηθοῦσιν ἵνα αὐτοῖς τὰ χρήματα ἐπανέλθῃ. Confunduntur hæc tamen apud alios scriptores qui fere suppares illi ævo vixere, immo vel contemporanei fuere; ut apud Demosthenem aliosque oratores, & ipsum quoque Theophrastum, qui δανεισταὶ ἐργασίαν appellavit, fœnebrem negotiationem sive fœnerationem.

CAP. III.

Altera mutui gratuiti species Græcis usitata ἐράνου nomine. De ea per occasionem dictum. Ab amicis in amicos præcipue exercita. Hic etiam mos apud Latinos frequens conferendæ pecuniæ in amicorum aliqua fortuna adversa incendii aut ruinæ ædium, aut similium casuum. Ea collatio ab Erano Græcorum diversa. Æs collaticium proprie ἔρανος. Multis statuæ erectæ, & monumenta structa ære collato ob meritum tam ab amicis quam ab ipsis civibus. Hoc æs collatum ab Erano dispar. Qui Erano & collecta amicorum adjuti fuerant, ad inopiam temporariam sublevandam, id postea reddebant, cum abundarent. Non coacti Eranon reddere intra mensem, ut falso docti opinantur. Verba Harpocrationis de alio ἐράνου genere exponenda. Ab eo ἐρανισταὶ appellati, & ἐρανιστῶν collegium. Huic simile & θιασωτῶν. Vtriusque mentio apud Aristotelem in Ethicis Nicomacheis. Athenæus eamdem facit Thiasotarum & Eranistarum sodalitatem. Ἐρανίζειν & ἐρανίζεσθαι ita differunt ut δανείζειν & δανείζεσθαι. In lege Solonis συσσίτους vocari Eranistas. In

 omnibus

omnibus fere collegiis sodalitiis quæ conveniebant religionis & sacrorum causa epulas communes ex ære collaticio agitari solitas. Æs illud collaticium ex stipe menstrua quam singuli ex collegio conferebant, collectum. Fuisse & ἐμβάφων sodalitium. De more inter milites stipis conferendæ ad contubernalium sepulturam. Collegia alia voluptatis causa contrahi tantum solita, alia negotiationis & quæstus communis. Arcam omnia habuisse communem. Ἐρανικαὶ δίκαι, & ἐρανικοὶ νόμοι, ad Eranistarum sodalitatem pertinentes. Quid sit τηρήσεις ἐράνου. De tenuiorum collegio. Multa alia ad eam rem pertinentia. Græce σύστημα collegium. Aliud fuisse convivium de symbolis, aliud Eranisticum, aliud ἐπιδόσιμον. Quid differant symbolæ convivales ab Erano. Quid σύλλογος & συλλογή· συλλέγεσθαι & συλλέγειν. Lysias explicatus. Ἐρανισταὶ quinam proprie dicti apud Aristotelem, & reliquos veterum. Obiter idem explicatus de scenæ παρόδῳ. Andronicus Rhodius notatus. De Erano amicorum quod erat genus mutui. Aliquando & redditum cum usura ex Aristotele probatum. Alia multa. Theophrastus expositus & emendatus. Ἐρανίμπολοι qui.

PRæter mutuum superiori capite memoratum, aliud etiam fuit mutui genus gratuiti apud Græcos frequentati, quod ἔρανον nomine appellarunt. De quo occasione data hic etiam dicendum, ne quidquam relinquamus indictum quod ad materiam mutuaticiam facere videatur. Ubi quis ære alieno premeretur, aut inopia etiam alias laboraret, nec haberet unde viveret, ad amicos erat paratum refugium, qui quod poterant conferebant, ut eum liberarent, & sustentarent. Præcipue tamen ad æs alienum dissolvendum amicorum patebant facultates. Nam si cui non esset unde victum quæreret,

quæreret, ἐλεημοσύνη potius locum habuit quam ἔρανος. Inter utrumque hæc differentia, quod ἐλεημοσύνη dabatur non repetenda, ἔρανος vice mutui ad tempus conferebatur reddituris cum in re meliori esse cœpissent. Deinde honestioribus ἔρανος usurpatus, ἐλεημοσύνη in tenuiores erogata. *Æs collaticium* Latine liceat dicere, quod Græci ἔρανον appellant. Aliud tamen fuit quod *æris collaticii* appellatione Latini donarunt, quam ἔρανος Græcis, eo sensu quo diximus vocitatus. Ex ære collaticio statuæ ponebantur bene meritis, aut monumenta struebantur, vel ab amicis, vel etiam à civibus ob merita. Æs illud repeti moris non erat, nec ab illis cui id honoris habitum, nec ab eorum hæredibus. Hinc sæpe occurrit in antiquis saxis, *ære collato factum monumentum, statuæ positæ*, & alia hujusmodi. In antiqua inscriptione, *ære collato sepulti milites* leguntur. Et in historia Romana, *quadrantes à plebe collati in funus Valerii Publicolæ*. Alio etiam genere collationis usi Romani reperiuntur erga amicos, quibus aliquod acciderat infortunium domus ruina dejectæ aut incendio consumptæ, vel aliquid tale. Certabant omnes amici conferre quo damnum illud sarcirent, adeo ut multis utile esset domum sic amisisse, plus enim ex liberalitate amicorum colligebant, quam quanti esset ædium jactura. Unde illud Satyrici:

— meliora & plura reponit
Persicus orborum lautissimus, & merito jam
Suspectus tanquam ipse suas incenderit ædes.

In orbos præcipue, ut hinc videre est, & ex quibus aliquid sperare poterant, hoc studium conferendi jactabant. Non enim alia via mos erat recipi, quod isto modo collatum fuerat. Nec absimilis nasi, quod in Tongilianum contorsit Martialis, qui domum ducentis constantem incendio amiserat:

Collatum est decies; rogo non potes ipse videri
Incendisse tuam Tongilianæ domum?

Si decies istud sestertium ab amicis collatum restituendum fuisset aliquando, quid inde ipsi lucri accessisset? Non igitur id repetebatur. Et ea re differebat à Græcorum Erano, cui collationem illam comparant docti viri. In his autem collationibus non tantum pecunia erogari solebat, sed etiam materiæ ad ædificandum idoneæ, ut æs, plumbum, marmora, & alia hujusmodi, atque etiam quæ ædibus ornandis inservirent, ut statuæ, picturæ & similia. Juvenalis:

Ardet adhuc, & jam accurrit qui marmora donet,
Conferat impensas: hic nuda & candida signa,
Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti.

Per *impensas* cave accipias lumptus. Nam sequitur paulo post: *Hic modium argenti* Impensæ, sunt res omnes quæ ad ædificandum aptæ sunt, ut lignum, lapides, & quæ *materialia* vulgo vocamus. Sic etiam accepit Marcellinus lib. xxvi. *Ædificia erigere exordiens nova, vel vetusta quædam instaurans, non ex titulis solitis parari jubebat impensas, sed si ferrum quærebatur, aut plumbum, aut æs, aut quicquam simile, apparitores immittebantur qui velut emendes diversas reperent species nulla pretia persolvendo.* Ubi æs, plumbum, ferrum, & alia hujusmodi, impensarum nomine veniunt. Sicque ea vox apud eumdem exponenda lib. xxix. *Hac ratione opere velociter absolato, quod impensas ædificandi causa theatri diudum congestas, sufficientes ad id quod efficere maturabat, invenit.* Non ἀπὸ τῶ φυσικῶ impensæ istæ debent intelligi, sed pro omnibus rebus quarum in ædificando usus est, ut sunt lapides, ligna, æs, ferrum, plumbum & reliqua. Atque ita impensæ in loco Juvenalis exponendæ. Alias scio etiam sumi *impensam*, pro eo quod *mortarium* vulgo vocitamus, voce etiam antiqua hoc sensu, pro arenato quo farciuntur muri. Hinc pro farcimine

cimine etiam *impensa* legitur, & pro amylato, de quo nos alibi. Istæ igitur impensæ quas amici conferebant non repetebantur, & comparari possunt symbolis conviviotum, quæ ἀπὸ συμβολῶν dicebantur. Ubi autem pecuniam conferri moris erat, ad ἔρανον magis id accedebat, & ἐπίδοσις huic rei nomen erat proprium, ut infra dicetur. Omne quidem æs collatum dici potest ἔρανος, sed quomodo Græci id conferre consueverant, ejus dabatur repetitio, non æque apud Romanos. Opera igitur amicorum ære alieno liberatus, si quando ipsi postea abundare contingeret, tum reddere quod ab illis acceperat unicuique debebat. Quod hæc Theophrastea testantur in μεμψιμοίρου notatione: καὶ ἐρανον ἀναπεπεισμένον παρὰ τῶ φίλω, καὶ φάσκοντος παρ' ἑλαφρὸν εἶναι καὶ πάνυ ἀπεικὸς, ὅτι δεῖ τὰ δεδομένα ἀπολαβεῖν ἐκάστω καὶ χρείας τάττων χάριν ὀφείλειν ἀπὸ διαζυγείου. Non tamen ita reddi debuit hæc pecunia collata, ut intra mensem omnino restituenda esset, quemadmodum nobis persuadere vult vir doctus ad leges Atticas. Qua enim ratione cogendus esset ad hanc restitutionem intra tam breve tempus, qui commodum emerserat ex ære alieno amicorum beneficio? Unde tam cito conquirere potuisset pecuniam? profecto & ad alios amicos confugiendum ipsi fuisset qui alium ἔρανον inferrent ut priorem posset dissolvere. Verba Harpocrationis quæ fidem ei hujus rei facere visa sunt aliter sunt exponenda, & de alio ἐρανου genere: Ἐρανισὴς ῥήτωρ κυρίως ἐστὶν ὁ ἐξ ἐρανου μεταίχων, καὶ τῶν φερόντων, ἢ καθ' ἑκάστην μοῖραν ἐδέ κομίζετο, ἐπιφέρων. Primum hæc verba, καὶ τῶν φερόντων, ἢ καθ' ἑκάστην μοῖραν ἐδέ κομίζετο, ἐπιφέρων, & pensionem quam singulis mensis dependere oportebat, inferens, non possunt accipi de eo qui intra mensem quod debet, solvere cogatur. Hæc enim sermo est de pensione menstrua quæ quot mensibus præstanda est. Nec enim verum est quod addit, hanc ἔρανον fuisse

quasi creditam pecuniam quæ singulis mensibus exigebatur à creditoribus. Quid ea res, quæso, juvisset illum ære alieno obrutum quem amici stipe collaticia liberaverant, si eodem modo quo creditoribus solitus erat, similiter amicis solvere coactus esset per singulos menses quod illis debebat? Quid erat *versura solvere*, si hoc non erat? Tum enim creditor mutabatur, & sumpta ab alio pecunia mutua, alius absolvebatur. Nec quicquam facit, quod ex Polluce afferunt judicia ἐρανικὰ quot mensibus reddi solita, ut & ἐρανιστικὰ. quorum omnium ἐρανίστας fuisse *dicas* Pollux docet. Aliud quippe genus ἐράνου fuit de quo Pollux est interpretandus, ut & ille superius allatus Harpocrationis locus. Singulis certe amicis restituere debuit quod ab illis stipis collaticiæ nomine acceperat ad creditores absolvendos ille erani collector, sed cum suo commodo, ubi id facile posset, & postquam in re esset lautiore, nullo ad hoc præstituto tempore. Genus δανείσασθαι hoc sane fuit, quod non tamen ad libitum eorum qui contulerunt repeteretur, ut in credita pecunia solebant quandocunque vellent eam reposcere creditores, sed quando posset debitor. Alias durum fuisset, ut qui amicorum officio functi erant in amico liberando; iidem postea partes acerborum implerent exactorum in reposcendo mutuo, alieniori tempore, & cum facultates amici nondum paterentur hujusmodi collaticiæ stipis restitutionem. Nunc verba Harpocrationis expendamus, & explicemus, quæ non pertinere diximus ad hoc ἐράνου genus. Ἔρανιστὴς, inquit, ὁ δι' ἐράνου συλλέγων. Non hæc accipi debent, aut queunt, de illo qui collecticiam ab amicis stipem accepit mutuam. Qui particeps est ἐράνου, vocatur ἐρανιστής. At illo sensu potius dixisset, ὁ τὸν ἔρανον λαβὼν, vel συνθέκας. Profecto ἔρανος hic pro sodalitio, vel ἑταιρείᾳ debet intelligi, cujus qui particeps est, nuncupatur ἐρανιστὴς vel sane pro stipe ipsa collaticia, cujus

cujus omnes sodales erant participes. De qua Glossæ veteres: Ἔρανος, *stipes sodalium*. Hoc enim *sodales* etiam accipimus eos qui in collegium, sive sodalitium, cooptantur, non ut vir doctus voluit, æquales aut amicos qui pecunias conferunt ad emendum ex ære alieno amicum. Collegium sive sodalitium illud fuit Ἑρανισταὶ, qui coibant ad epulas una celebrandas, ut in commune jucunde essent. Collegii hujus ἐρανιστὰς meminit Aristoteles lib. VIII. Ethicorum ad Nicomachum, quo loco plura societatum particularium genera commemorat, quæ partim utilitatis & quæstus gratia, partim voluptatis ac delectationis contrahebantur. In hoc secundo genere ponit ἑταιρείας & ἐρανιστὰς, quorum illi propter sacrificia conveniebant in unum, hi propter epula communia. cap. XI. ἕνιαι δ' Ἑταιρειῶν δὲ κἀσυλλὸν διαίνουσι χάριτος, διασωτῶν καὶ ἐρανιστῶν· αὗται δὲ θυσίας ἕνεκα καὶ συνουσίας. Hi eranistæ sunt de quibus Harpocration. Nec enim ἐρανιστὴς apud eum possit esse is in quem confertur ἔρανος, ut viro erudito placet, sed aut ille qui particeps est erani, aut qui confert. Quod neutrum cadit in ære alieno obrutum quem amici stipe collaticia juvant, quique stipem ab illis emendicatam colligit. Ἐρανιστὴς quippe dicitur, qui ἐρανίζει, quique in amicum confert: at ἐρανίζειν in quem confertur. Sic δανείζειν & δανείζεσθαι differunt. Hinc Pollux lib. III. cap. XXVI. cum hujusmodi collectas exponeret quæ in gratiam fiunt obæratorum, ipsos obæratos qui eas colligerent, posse συλλογεῖς vocari notavit, nam ἐρανιστὴς aliud esse. ὑπόχρεως δὲ μόνον, inquit, ὁ συλλογεύς. ὑπόχρεως γάρ ἐστι ὁ ἐρανιστής. Certe aliud est ἐρανιστὴς, ut proprie significat eum qui φίλον ἐρανίζει, hoc est, qui amico stipem commodat, unde æs alienum dissolvat. Ut ille apud Antiphonem qui jactat se pecunias suas ad omnia honesta & splendida impendisse: λαμπρῶς χορηγῶν, πολλὰς ἑταιρίδων, μεγαλοπρεπῶς ἢ ὑπὲρ πολλῶν ἐμοῦ δικαίου. Ille vero

qui

qui juvatur stipe collecticia ab amicis emendicata, τοῦ φίλων συλλέγειν illam dicitur. Ergo ἐρανίζει, non ἐρανίζει. Sic apud eumdem Antiphontem, ἀδεηθέντων ἢ καὶ λαθόντος, καὶ ἔρανον τοῦ τῶν φίλων συλλέξαι, εἶτα ἀποδοῦναι ἐξ ἐρανίζειν καὶ δάνειον. Ita & δανείζει qui pecuniam mutuatur, δανείζει qui mutuam dat. Inde Sophistæ qui mercedes à discipulis corrogarent, ἐρανίζειν φίλους τοῦ μισθοῦ dicebantur. Ipsi discipuli ἐράνιζον τοὺς σοφιστάς. Non igitur ἐρανιστὴς apud Harpocrationem is esse queat, in quem nummi conferuntur, sed ille qui societatis est particeps, aut qui confert in societatem, unus nempe τῶν ἐρανιστῶν. De quorum societate & collegio Aristoteles loco ante citato, quos cum θιασώταις junxit, qui religionis causa coibant. Conjunxit pariter illos & lex Solonis apud Caium leg. IV. D. de Collegiis & corp. ἢ σύσσιτοι, ἢ ἑμέστριαι, ἢ θιασῶται. Ubi σύσσιτοι, sunt iidem qui & ἐρανισταί. Nam ad hoc coibant & sodalitatem contrahebant, ut in commune epularentur. Inde Pollux συσσίτιον & θίασον & ἔρανον synonyma facit lib. VI. cap. I. τὸ γὰρ συμβολὴν, πότον, συσσίτιον, συμπόσιον, ἢ θίασον, ἢ συνόδου τῶν ἐπὶ οἶνον, ἢ ἐπλεπτόλιον, ἢ ἔρανον. Et qui simul congregabantur in illis conviviis & computationibus, θιασῶται, συσσίτοι & ἐρανισταί, paulo post vocat: Τοὺς δὲ συνόδους, ἑταιρείους, ὁμοτίμους, συσσίτους, συμποτικοὺς, θιασώτας, ἐπλεπτολίτας, ἐρανιστάς. In illis enim sodalitiis & ἑταιρείαις quæ religionis & sacrificiorum causa conveniebant, quales erant θιασῶται, etiam epulæ cōmunes ex ære collaticio celebrari solitæ. Ideo & eorum societates δι' ἡδονὴν, & voluptatis delectationisque gratia contrahi dixit Aristoteles. Hinc θιασεύειν, διαιτᾶσθαι interpretatur Hesychius, & θιασεῦσαι, διαιτῆσαι. Qui θιασῶται etiam ἐρανισταὶ dici possunt, quia etiam stipem conferebant ad illa sacra obeunda, & convivia ineunda. Nisi quis putet ex reditu templorum eam impensam suffici consuetam.

Quod

Quod ut in quibusdam factum non inficior, ita in aliis certum id factitasse ex stipe collata. Athenæus lib. VIII. θίασον & ἔρανον idem esse scribit, & proinde θιασώτας & ἐρανιστὰς, eosdem facit: Καλοῦσιν ἔνιοι αὐτὸς, καὶ ἔρανον, καὶ θίασον καὶ συνωνίσας, ἐρανιστὰς, καὶ συνδειπνοῦντας. Aristoteles tamen, ut ante vidimus, separat. Sane, ut ἐρανισταὶ etiam fuerint, qui erant θιασῶται, non tamen omnes Eranistæ θιασῶται. Hi religionis causa conveniebant. Nam vel ipso teste Athenæo οἱ θίασοι nomen habent ἀπὸ τοῦ θεοῦ, quem Cretica & Æolica dialectus δεὸν dicebat. Unde Lacones qui θ in ζ vertebant, Σεὸν appellabant Deum. Hinc à θεὸς διδόναι & ἀπὸ τοῦ διδόναι θίασον ut à κερματίζειν κερμάτιον, clamator: & ab ἀγορᾶζειν ἀγόραιον empror. Unde apud Pherecratem κολακρέτιον qui multa emit. Vide Pollucem lib. VII. cap. II. Isti Thiasotæ convivia etiam ex erano celebrare soliti erant, hoc est, ex stipe quam singuli quot mensibus in arcam communem conferebant. Alii tamen erant ab Eranistis proprie nominatis. Sic enim dicti qui hujusmodi cœtus una convivantium concelebrare consueti, nulla sacrorum causa aut religionis, sed solum privatæ delectationis; cui ut sufficerent, conferebant singuli stipem eamque menstruam. Hi sunt σύσσιτοι in Solonis lege. Forsan & ἑμέστριαι in eadem dicendi, pro ἑμέστριοι. Nulla enim collegia ad hoc tantum instituta legi, ut una sepelirentur, & communia sepulcra haberent. Hoc enim potius singularum fuisse familiarum proprium comperi, ut monumenta haberent non aliis communia nisi qui ex eadem essent gente. Quia tamen ἑμέστριοι iidem sunt qui & σύσσιτοι & præterea vox est Cretensis, qua Epimenides eos vocaverat qui ejusdem mensæ in eadem domo erant consortes, nihil hoc ad Atheniensium σύσσιτα aut ἑρανους. Sic enim Epimenides appellavit, quos Charondas ἑμεστιοκοίτας οἱ συσσίτους, quod est canistri genus

nus in quo panis reponitur, quia una vescebantur, & quotidie una essent, omnes ex una familia ac domo. Aristoteles in Politicis lib. 7. cap. 11. ἡ μὲν οὖν εἰς τοῦτο ἑταίρων συναγωγὴ κοινωνία τίς ἐστιν, ἧς Χαρώνδας μὲν κλῆσιν ὠνόμασεν, Ἐπιμενίδης δ' ὁ Κρὴς ὁμοσσίαν. Nam κλῆσις est cibus, de quo infra. At σύσσιτοι isti sive ἑταιρικοί, de quibus lex Solonis, ex diversis domibus & familiis unum collegium constituebant non ut una semper viverent, sed ut aliquando una esse possent, Ὁμοτράπεζοι ergo retinendi. In hujusmodi porro ἑταιρικοῖς sodalitio mensuae etiam stipes à sodalibus conferri, ut apparet, solebant. unde ad sepulturam si quis ex eo corpore & collegio decederet, sumptus fierent. Ita & in militia Romana per singulas legiones saccus unus servabatur, *in quem tota legio particulam aliquam cōferebat sepulturæ causa, ut si quis ex contubernalibus defecisset de illo sacco ad ipsius sepulturam promeretur expensa*, ut ait Vegetius. In omnibus sane collegiis & corporibus, sive sacrorum causa societatem colentibus, sive professionis ejusdem, sive etiam ad Epulationes tantum communes comparata forent, collatio illa mensitua fieri consueverat ab unoquoque sodalium. In collegio ἑταιρικῶν quod convictus tantum gratia, & solennium inter sodales epularum erat institutum, id maxime obtinuit. Atque inde nomen. Omnes certe hujusmodi ἑταιρεῖαι, & sodalitates etiam quæ religionis & sacrorum causa conciliarentur, vitam in epulis jucunde agendam pro fine & proposito habebant, ut Aristoteles ait lib. 9. ad Nicomachum. Nam magna pars sacrificiorum illo tempore anni apud veteres instituta quo fructus erant collecti. Tum igitur genio indulgebant liberius & à laboribus requiem captabant per hujusmodi sodalitates. Hinc Firmicus eas fere semper cum epulis & convivis conjungit, aliisque quibus vitam hilariter traduci moris est, lib. v. cap. 11. *Sed ludis tantum, fabulis*

bulis ac joculationibus intenti, qui convivia, cœnas & sodalitates ament. Et cap. 17. *In cancro venus si fuerit inventa, quicunque sic eam habuerint homines, erunt epulis tantum, conviviis ac sodalitatibus intenti.* De hoc igitur collegio intellexit Harpocration cum ἑταιρικὸν interpretatur, esse proprie τὸ ἔρανον μετὰ τοῦ φαγεῖν· καὶ ἑταίρους τοὺς ἐρανίζοντας ἐπὶ φαγεῖν. Sic Marcianus leg. 1. D. de collegiis dicit permissum fuisse Cōstitutionibus principum, *tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coeant, ne sub pretextu ejusmodi collegium illicitum coëat.* Idem paulo post, leg. III. D. eodem meminit *collegii tenuiorum*, quo servos quoque recipi liceret. Ad hoc collegium ἑταιρικὸν pertinebant & judicia ἑταιρικά, quorum mentio extat apud Pollucem, & quæ mensitua fuisse docet, ut & ἑταιρικὸν. Nam & mercatorum quoque collegia & corpora fuere, ut ipse Aristoteles scribit in Ethicis ad Nicomachum loco jam supra citato, quæ utilitatis & quæstus gratia contraherentur, cum Thiasotarum & Eranistarum societates sola voluptas conciliaret. αἱ μὲν οὖν inquit, ἄνευ κοινωνίας καὶ αἱρέσεως ἐφίενται, εἶεν πολῖται μὲν οὐ τῷ αὐτῷ, ἃ αὐτοῖς ἐγγενόμενα χρήσιμα, καὶ ἐπὶ χρόνον. Hæ sunt ἑταιρικαὶ κοινωνίαι & ἔρανοι. In quibus & corpora collegiaque *Naviculariorum* reponenda, de quibus in Codice & in Inscriptionibus antiquis. Horum collegiorum etiam meminit illa lex Solonis à Caio allata, ἢ σύσσιτοι, ἢ διακονοῦντες, ἢ εἰς κρηπίλαιον εἰσφοροῦντες, ἢ εἰς ἱματισμόν. Sic enim emendamus. His omnibus collegiis tam utilitatis communis quam voluptatis ergo consociatis potestatem, ut Cajus ait, lex illa faciebat, *pactionem quam velint sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant.* Ὅτι καὶ τοῦτο [illegible] ἐπιτρέπει ἐὰν μὴ ἀποκλείῃ τινὰς ἐπιτρέπει δὲ ἀποφέρειν δικαίᾳ τρόπῳ. Hinc ex pactionibus quas sodales ejusdem ἑταιρεῖας facerent,

qua

qua ἐρανισῶν, qua διανεμῶν, qua ἐρανίζων, aut ἐρανίζειν, actiones nascebantur, & in jus vocabant & vocabantur. Ut inter Eranistas si quis stipem conferre ex pacto negaret, aut societatem deseereret aut aliis societatis conventionibus contrairet, judicium in eum reddebatur. Hinc δίκαι ἐρανικαί, quæ & ipsæ menstruæ haud minus quam ἐρανισταί. Pollux lib. VIII. cap. XIII. Ἔρανος, κοινὸν ἐρανιστῶν. ἐρανικαὶ δίκαι, ἐρανικὸς νόμος. ἐράνου φορά. ἐράνου κολλέκτη. Hæc omnia ad collegium & sodalitium Eranistarum pertinent. Nam κοινὸν ἐρανιστῶν est commune Eranistarum, hoc est, earum collegium, non *convivatorum symbolum*, ut inepte ibi interpres. Φορὰ autem & κολλέκτη est pensio menstrua ejus stipis quam conferre debebat unusquisque Eranistarum. Et ἀνελεήτου φορὰ dicebatur, qui pensionis collatione fungi amplius nolebat, desertor nempe sodalitii. Ut contra κοινωνικὸν τὸν ἔρανον, & πληρώσας τὸν ἔρανον, qui partes suas implebat in solvenda stipe, nec bonam ejurabat copiam. Hæc enim ἐράνου πλήρωσις auctoribus Græcis proprie dicta, cum quis collationi stipis eranicæ non deerat pro virili parte in sodalitio Eranistarum. Quæ non est accipienda, ut putavit Casaubonus, de collatione eorum quę vel publice pendi solent à civibus, vel ea quæ privatim amicis pauperibus, & afflictis præstabatur nomine Erani. Nihil enim istæ collationes ad Eranistarum collegium, de quo loquimur & in quo locum habuit ista ἐράνου πλήρωσις. Philostratus lib. VI. de vita Apollonii: ἀπὸ ἀμφὶ ἑπτακαίδεκα ἐκκλησίαν ἐν ὅρει γενέσθαι, ἀφ' ἧς ἐδεῖτο πλουσίους εἰς ἀνδρας, ἐδεῖτο ἐράνου πλήρωσιν, id est, stipis mensiruæ pensitationem quam debet in collegio Eranistarum. Sic πληρῶσαι ἔρανον apud alios oratores Atticos antiquos semper est exponendus de eo qui satisfecit pensioni Erani eamque adimplevit. Ut enim *promissum implere* dicitur qui promissioni satisfacit, ita & qui debitum solvunt, creditorique satisfaciunt

tisfaciunt, *implere debitum* dicuntur apud Latinitatis recentioris auctores. Anianus in expositione legis unicæ Cod. Theod. de usuris rei jud. *Debitor qui post emissum judicium à quo victus fuerit, debiti summam implere neglexerit.* Quod & apud alios invenies. Græci quoq; recentiores πληροφορίαν pro debiti solutione & satisfactione ponunt. Ἔρανος quidem etiam de ea dicebatur collatione quam cives pendebant, sed nihil illa ad hos Eranistas. Locus Platonis quem citat vir doctissimus in commentario ad Theophrasti Characteres, ex lib. XI. de legibus, non de eranis amicorum accipiendus est, sed de eranistarum collegiis: ἐρῶσι δὲ τίσιν ἥκιστ' βουλήσονται ἐρανίζειν φίλοι τοῖς φίλοις, καὶ δὴ καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος] τοῖσι δ' ἐρανίσασι, ὅτι τοιούτοις μάλιστ' οὐκ ἐπιτρέπει μεθύουσιν ἐπιβῆναι. Non enim ut censet vir summus, lex hæc statuit, ut eranon ab amico exigere liceat, sed ut amicus apud amicos possit convivari qui in hujusmodi eranistarum societatem admitti velit. Et notandum est, non eum dicere, τὸν βουλόμενον ἐρανίζειν φίλον τοῖς φίλοις, vel καὶ φίλων, sed τοῖς φίλοις. Lites quæ disceptabantur inter sodales Eranistas quas ἐρανικὰς δίκας vocabant, nullas in sua republica eo nomine esse vult Plato si qua discordia in corpore Eranistarum exiterit, nullasque actiones nasci sanxit ex collationum controversiis. In plerisque autem Græciæ civitatibus hujusmodi collegia Eranistarum fuere frequentata, quæ communem arcam habebant in quam quot mensibus, certam stipem qui ex eo corpore & sodalitate essent conferre solebant, non eo fini ut adjuvarentur illis collationibus si qui ex collegio cum adversa fortuna conflictarentur, sed ut Aristoteles dicit, δι' εὐωλίαν, ut in commune convivarentur & saliaribus se excipierent dapibus. Non dubito tamen quin si quem ex sodalitate aliquando ære alieno premi contingeret, ex communi sodalium pecunia sublevaretur.

Quod etiam habuisse puto omnium artium collegia & corpora quæ coibant negotiationis alicujus gratia. Cum enim stipem omnes in arcam conferrent communem, ea stipe collaticia, si qui necessitate aliqua constringebantur ex corporatis, juvari consueverant. Quodcunque autem genus stipis collaticiæ Græcis ἔρανος vocabatur. Nunquam certe apud Græcos sodalitates aliquas institutas adhunc solum finem crediderim, ut ex stipe collaticia, communis arcæ tenuiores sustentarentur. Alia de causa in corpus unum congregabantur, aut negotiationis communis gratia, aut religionis, aut etiam voluptatis ad convivia celebranda, tum ex collatione quæ in arcam communem inferebatur à singulis menstruatim, si quid superesset quod in Epulas non impenderetur, ea summa utebantur ad sublevandum casum sodalium, qui incidissent in aliquod infortunium. Sic accipio quod legimus apud Plinium in Epistolis, cui Trajanus consultus super Amisenorum libello oblato de Eranis, ita respondit, se eos quidem Amisenis permittere, *eo facilius si tali collatione non ad turbas & illicitos cœtus sed ad sustinendam tenuiorum inopiam uterentur*. Eo refero tenuiorum collegium cujus mentio apud Marcianum leg. I. & leg. III. D. de collegiis & corporibus, ubi dicit *imperatores constitutionibus suis permisisse stipem menstruam conferre dum tamen semel in mense coëant*. Cum coibant, semper una cœnabant ex stipe collaticia sodales, etiam si ad alia sodalitatis negotia expedienda convenirent, non ad cœnandum. Ubicunque porro stipis conferendæ mentio, aut mos extat, ibi ἔρανον fuisse dicendum est. Nam omnis collatio ἔρανος, qui nihil aliud est ex veriloquio vocis quam erogatio, contributio, aut fusio. Ἔρανος quippe δὸ τοῦ ἐρᾶν, συνεισφορὰ, δόσις, δῶρον, & similia. Ἐρᾶν autem non est hic amare sed fundere. Unde composita, ἐξερᾶν, κατερᾶν, effundere, infundere.

fundere. Hinc ἔρανος proprie fusio, id est, præstatio. Nam fusio est εἰσφορά. Hinc & pecuniam refundere pro reddere. Athenæus δὸ τοῦ συνερᾶν & συμφέρειν dicit ἔρανον dictum à conferendo. Thiasotæ porro & Homoraphi & quæcunque aliæ sodalitates quacunque de causa aut negotio coirent, hujusmodi utebantur collationibus & ut plurimum menstruis, arcæ communi infundendis. Præterea tamen sodalitas una sic dicta proprie fuit apud Athenienses & reliquas Græciæ civitates, τῶν ἐρανιστῶν, quæ non ob aliam causam convenirent, societate ad hoc tantum contracta, quam ut convivia & epulas coagitarent cōmuni sumptu curandas. Hujusmodi Epulæ ἔρανοι etiam appellari, ut ex Polluce supra ostendimus. Hesychius: ἔρανον, τὸ πολλῶν εὐωχία. Pollucem de illo Eranistarum collegio loqui lib. VIII. cap. XIII. περὶ ἐράνων & τῶν περὶ αὐτοὺς, ex eo liquet, quod similem esse Erano & Eranistis, τὴν συμμορίαν & τοὺς συμμορίτας ibidem dicit: ἐοίκασι δὲ τοῖς ἐρανισταῖς, & οἱ συμμορίται, καὶ συμμορία. Vide Harpocrationem. Ita Græci vocant cujuscunque societatis corpus, vel collegium, σύνταγμα ἢ φρατρίαν, aut πολιτικὸν σύστημα. Græci juris interpretes σύστηματα reddiderunt quæ in Digestis vocantur *collegia*, & quæ in leg. I. D. de collegiis dicuntur *collegia sodalicia*, in Basilicis Græce versa fuere συστήματα ἐτανρικά. Glossæ veteres: *Collegium*, σύστημα. Atque hæc de Eranistarum collegio quos & συσσίτους Attici dicebant, ut paret ex Solonis lege. Sicut in superioribus notavimus, Viri docti cum his confuderunt, qui de symbolis cœnabant. Quod genus etiam ἐράνου fuisse certum est, unusquisque enim symbolam suam conferebat; quod soliti tunc ut plurimum adolescentes facere, qui ex Ephebis excesserant. Ut est apud Terentium in Eunucho:

Heri aliquot adolescentuli coijmus in Pyræo
In hunc diem ut de symbolis essemus.

 Id est,

Id est, ἀπὸ συμβολῶν. Inde ἐρανίζειν dicitur, qui gratis apud aliquem cœnat, nulla re pro virili parte in convivium collata. Sed hæc convivia quæ de symbolis agitabantur non ultra epuli tempus duraturam inter convivas societatem inducebant. Soluto convivio, dissolvebatur etiam cœtus convivantium, nulla in posterum societatis aut sodalitatis lege constrictus nisi si quando pari conditione ad similes epulas congregari & convenire placeret. At ἔρανοι corpus erant, plurium hominum certo numero ea conditione in unum collegium consentientium, ut mensruas stipes singuli conferrent ex quibus una vel semel in mense vel pluries convivarentur, communibus sumptibus. Hujusmodi sodalitas certorum hominum ad convivia communia una agitanda contracta distabat ab illo convivarum cœtu, qui de symbolis una cœnitare aliquando consueverant prout occasio eos in unum compellebat, aut ipsorum libido. Præterea δεῖπνα ἀπὸ συμβολῶν, quod ita vocabatur, multum differebat ab Erano Thiasotarum aut Eranistarum, etiamsi de sodalitate ipsa vel collegio taceamus, quod nullum fuit in cœnis & conviviis de symbolis convivantium comparatis. Symbolæ quippe & ἔρανος multum differunt. Stipis collaticiæ nomen ἔρανος proprie convenit qua à pluribus per menses singulos collata, convivia inde Eranistarum instruebantur. At Symbolæ partes erant cœnæ, & mattyæ quas quisque convivarum in cœnam pro virili conferre & afferre tenebatur. Hinc Attici dicebant teste Polluce, de his qui magnas afferebant laurasq; symbolas, μεγάλας eas εἰσφέρειν συμβολάς, hoc est, ut ipse interpretatur, μεγάλως. Exempli gratia si tres una cœnaturi essent de symbolis, unus pro sua symbola leporem conferebat in medium, alter perdicem, tertius porculum lactentem. Hæ sunt symbolæ, longe ab Erano differentes. Id colligi potest ex his versibus Alexidis apud Athenæum lib. VIII.

Ἦξω φέρων συμβολὰς πάνυ καλάς.
Πῶς συμβολάς; ἰχθὺ ταρίχους ἢ Χαλκιδέας.
Καὶ τὰς ἀλλοκότους συμβολὰς ἡμᾶς ἥκειν χρεών.

Subjicit ibidem ipse auctor, Symbolam quam una potaturi in convivium afferebant apud Argivos vocari χῶς, id est, χοῦς, virtu nempe congium, at μερίδα, hoc est, partem, οἶσον. Nimirum partes ejusmodi quæ ederentur, ut pullus gallinaceus, pipio, turtur, armus ovillus, & similia. Male igitur Eustathius apud Homerum, qui ἔρανον cum συμβολῇ eamdem facit, & ἐρανιστὰς exponit τοὺς ἐξ ἐράνων, ἤτοι συμβολῶν, συνδειπνοῦντας. Item ἔρανον esse τὸν ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς ἔρανον καθάπερ καὶ ἐπιπόνως πολλῶν πολλὰ χαριζόμενον ἀλλήλοις. Certe si per συμβολὴν intellexit Eustathius καθάπαξ collationem, ut hoc explicat, id est, collationem vel præstationem, nihil ille peccaverit. Sed non ita Græci veteres. Nusquam συμβολὴν meminit Pollux in expositione τῶν ἐράνων, sed καθάπαξ, φορὰς, & εἰσφορὰς. Hesychius quidem ἔρανον etiam exponit τὸ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον. Quod non ita fortasse est interpretandum ut sit convivium ἀπὸ συμβολῶν. Nam numero multitudinis ita fere semper hæc convivia nuncupare Græci amant. Quia enim unusquisque symbolam suam conferret, ex pluribus symbolis constabant, ideoque ἀπὸ συμβολῶν appellata.† Sed συμβολὴ fortasse pro conventu, & multitudine πολλῶν συμβαλλομένων una coëuntium explicanda est apud illum Grammaticum. Quod etiam Erano convenit. Et sic plane Athenæus lib. VIII. ἔρανον δὲ εἶπε, καθὰ τὸ συμβαλλομένων εἰσφορὰν· ἀπὸ δὲ εἰσφορᾶς καὶ συμφέρειν ἔφασαν. Qui locus non est vulgo intellectus viris Græce doctissimis. Εἰσφοραὶ ibi sunt εἰσφοραί, illationes vel collationes. Sic εἰσφέρειν pro εἰσφέρειν apud Hesychium. Et εἰσφορήσεις, pro εἰσφοραῖς. Item, εἰσφερητὸς, εἰσφορικόν. Exponit igitur ἔρανον esse illationes ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων, ab his qui una congregantur & conveniunt ad cœnam. Hi & συναγείρονται

γάμῳσι dicebantur, & συνάγειν qui sic convenirent. Unde & συναγώγια convivia hujusmodi appellata. Quæ vox de omnibus epulis potest usurpari in commune celebratis, sive de symbolis fierent, sive ex ærano. Hæc erit ergo συμβολὴ quam intellexit Hesychius, sive pro ἐπιφορᾷ & συμβολοκοπίῳ, & collatione ipsa, quod non est rejiciendum, sive pro ipso cœtu. Ut ut sit, Eranos loge aliud convivii genus ab illo quod de symbolis dicebatur. Addit Athenæus, δεῖ δ' αὐτοὺς καὶ συμφέρειν ἐξ ἴσου. Per συμφέρειν, vel συνεισφέρειν explicat illud συνάγειν. De quo nos supra. Ἔρανος & convivium ipsum significat, & stipem quæ conferebatur. Ab hoc longe alia convivia de symbolis. Quas Latini ita etiam dixere retento Græco vocabulo, quia vocem non haberent qua proprie eam exprimerent. Symbolæ quidem collationes, sed generale istud nomen etiam ad pecuniam. At symbolæ illæ convivio-rum non in pecunia datæ & collatæ, sed in ipsis speciebus, & variis ferculis ciborum. Dicat aliquis, an non & ita convivia agitari solita ut etiam pecunia conferretur viritim à convivaturis? Hodieque hoc fit; quid ni & olim? Certe & olim factum, sed hujusmodi convivia dicebantur ἐπιδόσιμα, vel ἐξ ἐπιδόσεως, eoque diversa à symbolis. Athenæus lib. VIII. διαφέρειν δ' οἱ δοκοῦσι καὶ ἐπιδόσιμα τινα δεῖπνα ἄπερ Ἀλεξανδρεῖς λέγουσιν ἐξ ἐπιδόσεως. Eadem erant dicta & ἐξ ἐπιδόσεως. Sic vocata in quæ singuli pro parte pecuniam erogabant, non ut vir summus censuit quæ conferent ex ea pecunia quam conferebant sodales ultra id quod tenebantur ex pacto vel ex infelici jactu aleæ. Ἔπιδόσις simpliciter est contributio pecuniæ quæ etiam publice olim usitata erat apud Athenienses in ærarii inopia, cum pro se quisque quod vellet aut posset elargiretur, & in ærarium publicum inferret ad explicandam ejus angustiam. Ἐπιδόσεις fieri ac celebrari tum dicebantur, id est, intributiones vel contributiones.

nes. Inde exponendum illud dictum apud Athenæum lib. IV. de Phoco Phocionis filio, luxu diffluente ac nepotatu perdito: ἐπιδόσεων δέ, inquit, ποτὲ γενομένων περιελθὼν ἐς αὐτὸς ἐς τὸν συλλογισμὸν ἔφη, ἐπιδίδωμι κἀγώ. καὶ εἰ Δία δωσάσει ἐμπορεύσασθαι ἀνέβαινεν ἐς ἀγορᾶς ἔμπορος. Non animadverterunt viri docti hoc dicto Atheniensium alludi ad ἐπιδόσιμα convivia nepotū hujusmodi & gulæ magistrorum qualis fuit Phocus. Cum ille ἐπιδίδωμι dixisset, quo significabat se cum aliis quoque largiri pro virili ut subveniretur publicæ necessitati, populus ita risus est accepisse quasi diceret se in convivium id conferre quod cum congerronibus suis de more esset celebraturus, in quod stipem quisque pro se ἐπιδίδωσι solebat. Cujusmodi convivia ἐπιδόσεις dicta fuisse certum est. At vir summus in hac Atheniensium acclamatione ἐπιδίδωμι ea notione docet usurpatum, quasi pro crescere, & proficere positum esset. Quod naso caret, & plane etiam ratione. Ἐπιδίδωσι quidem est etiam increscere, & incremento proficere, & ἐπίδοσις incrementum, sed & pro illatione sumitur; ut ἐπιδίδωσι similiter pro largiri, dare, porrigere. Glossæ: ἐπιδίδωμι, porrigo. Item: ἐπίδοσις, porrectio. Latino-Græcæ optime: Porrigit, ἐπιδίδωσι, ἐκτείνει. Ἐπιδόσεις igitur convivia, vel ἐξ ἐπιδόσεως, & ἐπιδόσιμα, ea differebant ab illis quæ κατὰ συμβολὰς vocata, quod in iis species ipsæ ac cibi vel missus collati, in illis pecunia. Ἔρανοι vero erant proprie convivia ἑρανιστῶν qui sodalitatem ad hoc ineranr, & collegium composuerant ut una ex stipe collata à singulis epularentur. Convivium ipsum ἔρανος, & stipes ipsa eodem nomine. Unde ἐξ ἐράνου δεῖπνα. Nec aliter ἑρανισταὶ accipiendi quam de his sodalibus & collegiatis, quoties eorum apud veteres occurrit mentio, ut apud Aristotelem lib. IV. Nicomacheorum cap. II. εἰσὶ ἑρανισταὶ γαμικὰς εἰσφὰς, ἢ κωμῳδοῖς χορηγοῦσι τῇ πομπῇ, συμφέρειν εἰς φίλους. Hæc pro exemplo

adfert eorum qui in parvis atque ubi minime oportet sumptuosi sunt, & magnifici videri præter rem volunt, & φιλοτιμοι. Quæ verba minime intellecta interpretibus nō miror cum usq; adhuc quid essent ἐρανισται ignoratum fuerit. Eranistarum convivia ex stipe collaticia modica & non magno sumptu, ut hinc apparet. Erenisbat aliquādo, ut unus ex eranistis ceteros sodales convivio exciperet non cōmuni impensa ex stipe omnium collecta sed propriis sumptibus. Qui igitur Eranistas accipit pari apparatu, & magnificentia ac si nuptias celebret, φιλοτιμοτερον sumptus facere eum dicit Aristoteles & ad solam divitiarum ostentationem. Andronicus: Οἷον ἐρανιστὴς ἐαυτῷ πολυτελέστερος ἅπαντα ἐν γάμοις ἐποίει. id est, Et *Eranistas, id est, sodales suos & collegas magnifice excipit æque ac si nuptias faceret.* Vir doctus interpres perperam vertit: *qui symbolam in cœnam contulerunt.* Quomodo enim liberalis & splendidus possit videri aliquis in excipiendis conviis qui singuli symbolam in cœnam contulerunt? Nec enim puto hoc ἐαυτῷ dici ἐρανιστὴς qui convivio instruendo à cæteris eranistis præfectus esset, quod de communi impensa parare necesse haberet. Hoc quippe ineptum. Ille ἐαυτῷ proprie qui suo sumptu convivas accipit. At Eranistæ ac sodales, cum quibus sæpius convivaris ex ære omnium collaticio, si quando eos ad te invites non tam splendide accipiendi sunt & opipare, homines nimirum non & familiares, & ex eodem collegio, quam si nuptias celebrares. Hic enim sumptus fit φιλοτιμοτερον, & ridicula profusionis erga tales jactantia. Potuerit fieri ut & invicem mutua inter se faciant convivia Eranistæ. Ex. gr. ut unus hoc mense ex collegiatis totum collegium acciperet ex stipe collaticia hujus mensis, alter sequenti mense similiter suo munere fungeretur, & sic in orbem ceteri. Nam & Hesychius ἐρανος τὸ ἀπὸ μέρους δεῖπνον inter alia quoque interpretatur. Quod mutationem convivio-

riorum significat. Sive suo sumptu hoc facerent, sive communi, cum singuli sua vice omnes exciperent, non paria conviviis nuptialibus debuerunt esse ista Eranistica convivia. Sed nec sequentia illa apud Aristotelem, καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν, ἢ τῇ πομπῇ παρῴδοῖς ἐσθῆτα, satis assequutus est Andronicus, neque Andronicum interpres. Παρῳδῶ quid esset non ille intellexit, nec quid κωμῳδοῖς χορηγῶν. Non enim dixisset in sua Paraphrasi, καὶ τοῖς κωμῳδοῖς χορηγῶν πομπήν. Nec scio etiam quid sit quod voluit doctus interpres, qui vertit, *aut qui comicis ad se venientibus omnia præbet.* Norunt vel mediocriter Græce eruditi quinam dicerentur χορηγοὶ κωμῳδῶν, qui sumptus nimirum omnes facerent, quos comœdia aliqua in scena agenda postularet. Παρῳδῶ in scena fuit via vel transitus, dextra & sinistra, qua in proscenium intrabant actores. Pellibus sterni vulgo solebat, qui purpura eum sternendum curarent, ut Megarenses, stulte ac præter decorum magnificentiam ostentare dixit Aristoteles. Verba Andronici satis recte haberent si sic legerentur: καὶ τοῖς κωμῳδοῖς χορηγῶν πομπήν, καὶ χορὸν μισθῶν φιλοτίμως ἀναλίσκων ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ ὅσοι καὶν ἀφελῶσι, πολὺ ἐν τοῖς κωμῳδικοῖς μᾶλλον καιλίαν, ἢ ὁ παρῳδὸς ἐκεῖνος ἐστὶ ὁ πομπὴν, περιφυλάττων ἔχει, ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς. Per κωμῳδοὺς πομπεύοντας intelligit actores in scenam intrantes & transeuntes, & sic παρῳδὸν comœdorum exprimere voluit. At παρῳδῶ etiam dicebatur ingressus chori in scenam. De quo etiam hic posset accipi, & melius quidem. Παρῳδῶ in navi est via quam Latini *Agoram* vocabant, qua utrimque à puppe ad proram, & à prora ad puppim transibant nautæ. Ita & παρῳδῶ in theatro. Sed nec de aulæis theatri aut παρῳδῶ πομπεύοντος hic locus sumendus, ut fecit Andronicus, sed de πομπεύοντος. Sive enim de παρῳδῷ chori in orchestram procedentis accipiamus, sive de παρῳδῷ actorum, viam illam purpureis vestimen-

tis ſtratam intelligere debemus. Hoc enim honoris cauſa fiebat, ut ſubſterneretur pedibus ambulantium purpura. Sic apud Æſchylum reducem Agamemnonem excipit Clytæmneſtra in tragœdia cognomine. Nam de curru deſcendenti jubet ancillas veſtimenta purpurea ſubſternere.

Δμῳαί, τί μέλλετ' αἷς ἐπέστελλ' ἥδε πάλῳ
Πέδον πολυστόλοισι φοινίσσειν πόδα;
Ἐς ὑμᾶς ἡδίσθω πορφυρόστρωτος πόρος.

Hunc ille honorem recular, & ſolis Diis habendum eſſe monet:

Μοῦ' ἐστί μ' εἰκὸς φόβον τοιόνδ' ἐπισφάλειαν πόρου
Τιθέντ'. ἐκ θεὸς γὰρ οὐδὲ πρόσαλφὲς χρεών.

Sic Megarenſes τὸν πόρον dixerunt Chori, hoc eſt, ingreſſum in Orcheſtram purpura ſternendam curabant. Plus honoris choro exhibebant, quam actoribus. Plus ſumptus in chorum faciebant, & magnificentius eum ornabant. Inde χορηγοὶ dicti à parte qui ſumptus ſcenæ præberent in totam fabulam, non in ſolum Chorum, ut quidam arbitrati ſunt. Hinc apud Plautum in Trinummo: *ornamenta ab chorago ſumito.* Inde & choragium. Atque hæc obiter. Ut ad rem redeam, ſi quis eſt profecto qui ſe hactenus ſcire putavit quid eſſet ἔρανος & ἐρανιστὴς collegium vel ſodalitas, nunc his edoctus fateatur oportet ſe neſciviſſe antea quid eſſet, & qua ratione differret, cum à convivio de ſymbolis dicto, tum ab Erano quo amici ab amicis pecunia collecta in ſua inopia & difficultate æris alieni ſublevabantur. Hic Eranus, ut jam docuimus, fuit mutui quædam ſpecies gratuiti, qua velut ſtipem ab amicis corrogabat qui creditoribus non habebat unde ſolveret. Ubicunque porro apud Græcos auctores fit συνερανίστου mentio in Erano, non de Eranitarum ſocietate id intelligendum, ſed de collecticia illa ſtipe quam amicus inops ab amicis ditioribus veluti emendicabat. Lib. XIII. Athenæi hæc verba ſunt Lyſiæ de Æſchine:

ἵνα δ' ἐφάνης συνών ἐν τοῖς ἐρανισταῖς, ἴσως οἶμαι ἐπιλείπουσι φορὰς ἢ τοιαύτην τινὰ ἐπιδώσων, ἀλλὰ οὐδὲ τοῦτο τὸ πρόσχημα ἦν οὐδὲ σύλλογος ἐφαίνετο. Quæ Caſaubonus accepit de erano ad diſſolvendum æs alienum collato, & horum hunc ſenſum eſſe ait, *pecuniam omnem quam ab amicis poteſt Æſchines corradere nomine Erani, non impendi ab eo in ſolvendis bona fide reliquiis penſionum quas debet, ſed univerſam apud proximum cauponem periro.* &c. Hæc vera eſſe poſſent ſi συνέρανος idem eſſet quod συνάγων. Sed συνέρανος eſt convenire, coire in unum, συνάγω colligere & corradere quod de illis dicitur qui Eranon ab amicis colligebant. A verbo συνάγω fit nomen συναγὼ, id eſt, collectio. At ἀπὸ τοῦ συνέρανος ἀνάγκη, id eſt, cœtus & conventus hominum qui ad convivium cõgregantur, aut etiam ad alias res. Quod igitur dixit Lyſias de Æſchine, ἵνα δ' ἐφάνης συνὼν ἐν τοῖς ἐρανισταῖς, de conviviis quibus tanquam unus ex eranitis interfuit intelligendum. *Quibuſcunque*, inquit, *convivium ex eranitarum collaticia ſtipe inſtructis interfuit, penſiones quibus reliquatus eſt, non dependit.* Sic enim ἐπιλείπουσι φορὰς interpretari placet, penſiones ſive functiones quibus ipſe reliquator extitit. Ἐλλείπειν φορὰν dicebantur in collegio Eranitarum qui ἐπιλείπουσι φορὰς non ſolvebant: qui reliquationes penſionum faciebant. Multa alia ſunt loca auctorum quæ viri docti prave intellexerunt, quæ hic, ne ſim longior, non attingam. Satis eſt, quod ex iſtis, quomodo illa exponenda ſint, non nimis tardos inſtruximus. Eranus autem ad æs alienum amici diſſolvendum ab amicis collatus, alia res ut diximus fuit, & haud multum mutuo gratuito diſſimilis, immo mutui quoddam genus. De quo apud Terentium in Phormione:

Interea amici, quod polliciti ſunt, dabunt.
Inde iſte reddet.

Et neſcio an ita capienda ſint apud Plautũ hæc verba:

Nam ſi mutuo non potero, certum eſt, ſummam fœnore.

Ab

Ab amicis enim mutuo sumebatur, à trapezitis fœnore. Certe versus Cæcilii apud Nonium eo videtur plane trahendus: *Ad amicos curret mutuatum, mutuet mea causa.* Amicos dicit, non ad amicum. Quod enim amici multi mutuo dabant, erat plane ἔρανος, qui pecuniam amico commodabant ad aliquod tempus, quæ proprie χρῆσις pecuniæ dicebatur, id est, commodatum. Sed & omne mutuum χρῆσις Græcis, quod sine usura datur. Unde apud Suidam inter δανείσασθαι & χρήσασθαι discrimen quod hoc sit ab amicis mutuo sumere sine usuris, illud fœnore à quolibet, ut ab argentariis & nummulariis. Nec interest porro utrum amicus unus summam amico qua opus habet commodet, an plures conferant quam totam ab uno non possit auferre. Aristoteles certe de his eranis amicorum exponendus est in VIII. Ethicorum, ubi duo genera amicitiæ ob quæstum & compendium instituendæ genera statuit, unum νομικὸν, alterum ἠθικὸν. In illa venditio & emptio de manu in manū locum habet & etiam fœnus, sive mutuum fœnebre, ut diximus supra: in hac Eranus, cum amicus amico gratificatur, & pecuniam commodat. ἡ δ' ἠθικὴ, inquit, οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ δωρεῖται, ἢ ὅτι δή ποτε ἄλλῳ, κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον ὡς οὐ δεδωκὼς, ἀλλὰ χρήσας. Ubi δωρεῖσθαι non est donare, sed dare quod repetas, τὸ χαρίζεσθαι, ut ante explicavimus. Ex quibus patet etiam, in Erano sive mutuo amicorū interdum etiam, τὸ πλέον, id est, usuram exigi solitam, ὡς οὐ δεδωκὼς ἀλλὰ χρήσας, tanquam qui non donaverit sed mutuo dederit. Hinc τὸ χρῆσαι τοῦ δανεῖσαι μέρεσι τώτερον Grammatici fuisse observant, quod illud inter amicos locum haberet, hoc inter extraneos. Utcunque se res habeat, hoc inter ἔρανον & χρῆσιν distat, quod omnis ἔρανος etiam est χρῆσις, non omnis χρῆσις est ἔρανος. Quod enim mutuum à pluribus simul conferebatur, & quod unus à multis amicis colligebat, & mutuo ab illis accipiebat, id

id proprie ἔρανος Græce dictus. Quod unus autem mutuo dabat, id χρῆσις & mutuum, non ἔρανος. Vox enim ἔρανος Græcis quocunque sensu accipiatur, multitudinem designat. Cum pro epulis accipitur, non unius μονοτρόφου cœnam significat, sed convivium, & plurium una cœnantium cœtum. Sic & pro collegio vel corpore multorum sodalium sumitur. Si amicus adjuvandus veniret, fœnore laborans, aut alias inopia pressus, quem plures pecunia mutuo data sublevarent, reddenda quandocunque posset, ea pecunia ἔρανος, ex multis collecta, à multis in unum collata. Collatio est ex parte mutuo dantium, collectio ex parte accipientis, qui à pluribus eam summam corrogabat quam ab uno non posset obtinere. Hinc ἔρανον Grammatici, & συνεισφορὰν interpretantur, & συλλογὴν. Hesychius: ἔρανον, συνεισφορὰν. Item ἐράνου, συλλογοῦς. Sed & δέσιν πολλῶν esse dicit, vel ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον. Sed & ἀντιπόδοσιν explicat, & recte. Ut enim plures uni dabant, ita unus pluribus reddebat. Ἀντιπόδοσις autem est mutuum. Reddi solitum ἔρανον ut mutuum, supra docuimus. Demosthenes apud Lucianum se multis amicis ἐράνους συνδιαλύσασθαι dicit, hoc est, eos adjuvisse in dissolvendis debitis Erani nomine quem collegerant, contractis. Quinimmo & cum accessione, id est, usura aliquando id sibi reddi amici qui Eranon cōtulerant postulabant, ut ex verbis Aristotelis quæ supra retulimus, satis liquet. Nec sane mirum. Quid enim si ille qui Eranon acceperat, aliquo casu dives extitisset, & quidem omnibus illis à quibus pecuniam ante corraserat, locupletior, nonne justum fuit ut in reddenda pecunia, quam diutius si forte retinuerat, aliquid præter sortem usuræ nomine præstaret? Iniquum quippe esset tamdiu amicos suæ pecuniæ usu carere, & damnum forte eo nomine non leve perferre, nec quicquam vice interusurii accipere ab eo præcipue qui nunc in re foret maxime lauta

lauta & abundanti. Eleemosynæ tamen etiam speciem præ se tulit. Interpvias enim colligebatur, & si quis nollet amico ea in re gratificari, satis erat declinare de via cum à longe videret qui eranum colligebat, & recta domum contendere. Theophrastus in Characterismo illiberalis: καὶ φίλῳ ἔρανον συνιόντι καὶ συνεισφέροντι ἀπαγωνιῶν εἰς τὸ οἴκοθεν παραβάλλειν. Sic mulierculæ nostrates faciunt in plerisque Galliæ urbibus, quæ tempore quadragesimali collectas pro concionatoribus faciunt, urbem ea gratia perreptantes, solis quos obvios in plateis habent, negotium facessunt, & lacinia vestis apprehensa stipem exigunt. Quæ collectio nomen etiam ἐράνου potest ex merito sumere. *Stipem* quoq; Latini dicunt pro Eleemosyna, ut ante observavimus, iidemque Latini ἔρανον stipem solent reddere. Præter Glossarum auctorem Theophilus etiam id notat lib. II. Instit. cap. De rerum divisione: καὶ οἱ μὲν δόμεν ὑπολήψεσθαι ἀποστεροῦσιν εἰσπράττουσι, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἔρανος, ἐὰ μὲν μικρὸν χαιρόντων καὶ τὸ δόμεν συνεισφέρουσι. Ad summam Eranus Eleemosyna est si non reddatur, si reddatur, mutuum est. Qui poterant, jus & mos erat ut redderent. Theophrastus in characterismo dissimulatoris Eranum colligentes & mutuum rogantes jungit: καὶ αὖθις τοὺς διανεξομένους, ἐρανιζομένους ὑπὸ τῆς πολιτῶν, ἐὰν πολλῶν φέρῃ πολλῶν. Qui locus misere vitiatus, defectu aliquot vocum insuper Liborat. Nec enim ἐρανιζομένους Græci dicunt qui ἔρανον exigunt & colligunt, sed ἐρανιζομένους, ut ante adstruximus. Nam ἐρανιζόμενοι sunt à quibus exigitur, & qui præstant. Deinde quæ ratio, ut hic ἔρανον ac dissimulator, amicis mutuam rogantibus pecuniam aut stipem petentibus respondeat se nihil vendere? Hoc esset proverbio Græco locum facere: Ἄμας ἀπῄτουν, οἱ δ' ἀπηγέοντ' ἀκάφους. Ut integer sit & sanus, sic debet refarciri & legi: καὶ αὖθις τοὺς διανεξομένους, καὶ ἐρανιζομένους ἀπῶν ὡς οἴκοι χρήσεων εἶη. Πρὸς δὲ τοὺς

τοὺς ἀπολιπόντας ὡς ἐν πολλοῖς, καὶ μὴ πολλῶν φερόντων πολλῶν. Nunc omnia ibi plena & plana. In caritate præterea annonæ solebant apud Athenienses, qui inter cives essent opulentiores, pauperioribus subvenire, & sumtus ad vivendum suppeditare. Quæ subventio ἔρανος etiam appellationem induebat. Illustris de ea re locus apud eumdem Theophrastum ubi describit ostentatorem. Alazon ille ibi jactat se plus quam quinque talenta insumpsisse caræ annonæ temporibus, ad inopes civium sublevandos, & coram ignotis, ut ratio dicti sibi constet, jubet calculum poni, & summam subduci; qua subducta pro quinq; talentis decem impensa in Eranos pauperum inveniuntur. Verba, quibus hoc dixit, vulgo mendosissima, sic jam olim emendavimus: ἐξ ἀγορᾶς ἢ προβατοπωλίου, πολλοῦ σίτου ὄντος καὶ ψίφου, καὶ ποτὲ αὐτῷ καὶ ἑξακοσίας, καὶ μυρίας, ἐξ ἑκατὸν πέντε καὶ ἑπτὰ ἀνῃρημένου καὶ πολλοῦ ὄντος πάλαι ἐξ καὶ τὸν φίσκον ἐσπεισφέρειν εἰς ἔρανον αὐτῶν. Scribitur in excusis, καὶ ἑξακοσίας καὶ μίαν. Quæ vir summus vertit: *qui ut sexcentis reperiantur, calculo sigillatim multiplicato.* Quod nihil est. Si sexcentos ponas quibus ille ostentator se stipem dedisse profitetur, & singulis minam dederit, decem omnino talenta efficies. Hoc est, quod dixit, καὶ ἑξακοσίας καὶ μυρίας. Fuere porro qui non ipsi stipem illam colligerent ab amicis, quos fortasse verecundia impediebat, sed allegabant qui pro se rogarent. Hi tanquam Erani quo opus amicus habebat redemptores erant. Ut ecce verbi gratia aliquis opus habet centum aureis, quos ab amicis, quia plures sunt, potest corrogare. Existit qui hanc operam pro ipso velit sumere & amicos illos sollicitare ad stipem conferendam. Si plus colligat, hoc ipsius lucro cedit, centum tantum aureos quibus indigebat cui hanc operam navavit, dat. Hi ἐρανίσται πολλοὶ dicebantur. Hesychius: ἐρανίσται πολλοὶ, οἱ ἐξ ἐράνων ἐμπολῶντες. Non tam bene de his exponeretur, qui Eranos redime-

redimerent collatos ad conviviaEranistarum collegii. Certam illi stipem conferre solitt menstruam, certus erat conferentium numerus. Nullum inde lucrum poterat sperari collectori. Deinde in communem arcam omnes conferebant, quæ apud unum ex collegiatis, ut verisimile est, servabatur. At in Erano amicorum colligendo, cum alii plus, alii minus conferrent, & res voluntatis esset, qui colligendam hanc stipem alterius nomine conduxerat ea lege ut certam redderet inde summam, poterat quod supra eam summam corrasisset lucrari, mercedis nomine quia amicum onere quærendi & colligendi levasset.

CAP. IV.

Utrumque mutui genus, δάνειον & ἔρανον creditι nomine Latinis posse dici. Quod sub usuris & sine usuris creditur creditum esse. Creditum proprie dici quod creditur ea lege ut reddatur idem genere, non specie. In creditum ivi solis rebus, quæ pondere, numero & mensura constant. Credendi tamen vocabulum etiam ad commodatum & pignus porrigi. Creditum etiam differre à mutuo, ut genus à specie. Quomodo hæc concilientur. In lacrimas ire, & flammas & maciem & senium. Aliud creditum cum per se dicitur, aliud cum in creditum ire. Cum res sit accipientis in creditum ivi dicitur. Credendi vocabulum latius patere. Credita pecunia proprie de mutuo. De pignore ac deposito non dici. Fiduciam vocari pro pignerata, non creditam. De fiducia. An idem cum pignore vel hypotheca. Paulus in libro sententiarum corrigitur. Aliud fiduciatum & fiduciarium. In locato etiam in creditum ire cum res alia pro alia redditur. Alpheni explicatus. Crediti latissima significatio. Ita distingui à mutuo, ut Græci τὸ χρεῖον & δάνειον distant.

Aliud esse cum res in creditum abisse alicui dicitur, aliud cum quis ire in creditum. Utriusque loquutionis discrimen, non fuisse animadversum Iurisconsultis. Res in creditum abit debitori qua ab eo debetur. Creditor ipse it in creditum debitori qui ei pecuniam credit. Quæ ratio sit diversitatis in utraque loquutione. Relativa esse creditum & debitum. Creditoris appellatione comprehendi, quicunque aliquid ex quacunque causa debetur. Debitum id omne esse quod debetur, ut Græci ὀφειλημα. Stricte notione creditum de mutuo, hoc est, pecunia credita dici. Creditum ire pro credere antiqua loquutione. Forte ita reponendum apud Iurisconsultos pro in creditum ire. Ὀφλημα & ὀφείλημα Græce differre. Χρεῖα Græcis Iurisconsultis idem quod Latinis creditum, & δάνειον mutuum. Græcis antiquis idem esse χρεῖα quod δάνειον. Basilicorum auctores male δανιστὴν reddere creditorem, cum latissima significatione sumitur. Δάνειον etiam fœnus esse. Aliud esse usuram quam fœnus. De nomine usuræ. Latinis usum sic proprie appellari. Alias etiam mercedem dici quæ pro usu alicujus rei datur, ut vectura quæ pro vectione. Usuras nomine multitudinis potius appellari eam mercedem, quam usuram. Eo modo ab usura qui est usus, proprie à Iurisconsultis discerni. Usuras alias ex fœnore esse quæ proprie fœnebres, alias ex alia causa quæ non fœnebres.

UTrumque mutui genus, quod δάνειον dicitur, & quod ἔρανον, *crediti* appellatione apud Latinos venire posse, certum est. Immo quocunque modo pecunia credatur sive cum usuris, sive sine usuris, *creditum* est, dum modo ita credatur, ut idem genere reddatur, non specie. Nam si eadem species redderetur, tum in crediti non

caderet appellationem, sed in alium contractum. Id clare Paulus ostendit leg. II. De rebus creditis, his verbis: *Mutui datio consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensura consistunt, quoniam eorum datione possumus in creditum ire, quia in genere suffectionem recipiunt per solutionem, quam in specie. Nam in cæteris rebus ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest.* Ergo in creditum iri poterat solis illis rebus quæ pondere, numero, & mensura constabant, quia eorum datione aliud quoque pro alio creditor vel invitus accipere cogebatur, dummodo genus idem sufficeretur, etsi non eadem species redderetur. Ut si libram auri à te mutuo accepi, dum libram auri reddam, etsi non illam ipsam quam dedisti, sed auri alterius, satis erit, quia aurum est quod redditur, eodem pondere. Similiter si centum denarios dederis mutuo, totidem ego si reddidero, quamvis non eosdem denarios, nihil amplius poteris petere; & in creditum isse his denarios poteris dici. Æque id dicatur & in his quæ mensura consistunt. Dedisti mihi mutuo tritici modium. Debeo tibi reddere modium quoque tritici non ejusdem, sed eadem mensura. Extra eas res, quæ pondere numero & mensura continentur, quas quis alicui crediderit, non potest aliud pro alio creditori obtrudi. Ut si equum tibi commodavero, aut bovem pignori dedero, non poteris mihi alium bovem, aut alium equum reddere, sed illum ipsum quem dedi teneberis restituere. *Credendi* enim vocabulum etiam ad ea quæ commodato & pignori dantur extenditur. *Ergo*, inquit Jurisconsultus, *creditum à mutuo differt, quomodo genus à specie. Nam creditum consistit extra eas res quæ pondere, numero & mensura continentur.* leg. III. D. de rebus creditis. Idem tamen paulo ante dixit solis his rebus *in creditum iri posse, quæ pondere, numero, ac mensura consisterent.* Ergo creditum & mutuum

mutuum plane idem. Nam mutui datio, ut ipse dixit leg. II. D. eodem, in his rebus consistit quæ pondere, numero & mensura consistunt. Quomodo igitur hæc conciliari possunt & convenire, ut *in creditum eatur* illis tantum rebus quæ quantitate constant, in quibus & solis mutui datio consistit, & nihilominus *creditum* à mutuo differat, ut genus à specie? Si creditum est generis nomen, in creditum itur omnibus rebus quæ sub hoc genus cadunt, & proinde etiam illis quæ extra pondus, numerum & mensuram sunt, in quibus mutuum consistit, quod species est tantum crediti. *In lacrimas iri* dicuntur qui lacrimant. Ut apud Virgilium: *Ire iterum in lacrimas.* In hac loquutione *lacrimæ* non aliam significationem habent quam cum solæ per se pronuntiantur. Sic apud Ovidium, *in flammas abiit:* Nec *flammæ* hic alia notione dicuntur, quam si flammas absolute enuntiavero. Ita & *in maciem ire & abire* qui emaciantur, & *in senium ire*, qui senescunt, apud auctores eodem sensu legimus, quo *senium* per se, & *macies* usurpata reperiuntur. Solis Jurisconsultis licebit statuere aliud *creditum* esse cum solum dicitur, aliud significare cum *in creditum itur.* Etenim *in creditum iri* de mutui datione sola usurpatur quæ in rebus ponderis numeri & mensuræ consistit, *creditum* vero à mutuo differet, quia præter has res quæ mutuo dantur, etiam in his consistit, quæ pondere numero & mensura non continentur. Hoc tamen verum est. Nam & Alphenus leg. XXXI. D. locati, ita scripsit: *Respondit, rerum locatarum duo genera esse: ut aut idem redderetur, sicuti cum vestimenta fulloni curanda locarentur: aut ejusdem generis redderetur, veluti cum argentum pusulatum fabro daretur, ut vasa fierent, aut aurum ut annuli: Ex superiore causa rem domini manere: ex posteriore in creditum iri.* In creditum itur ergo tantum cum res sit accipientis, & rem eandem, non specie, sed genere,

tenetur reddere qui accepit. Quod in mutuo duntaxat locum habet. Credendi autē vocabulum etiam ad depositum & pignus pertinet, ut Paulus diserte dixit leg. 1. D de rebus creditis. *Ideo*, inquit, *sub hoc titulo prator & de commodato & de pignore edixit. Nam cuicunque rei assentiamur, alienam fidem sequuti, mox recepturi quid ex hoc contractu crediti dicimur.* Potest & ad depositum extendi. Nam fidem ejus præcipue sequimur apud quem rem nostram, ut servetur, deponimus. Quippe, ut ait Aristoteles, in Problematis, sect. XXIX. *ἀδύνατον τὸν ἐγγυᾶσθαι μὴ πιστεύειν.* Ideo & turpius ac scelestius haberi dicit, pecuniam depositam fraudare, quam creditam, id est, mutuo datam. Præter damnum enim quod dat, etiam fidem violat, & quidem amico. Ut amico fidem habet qui depositum ei credit. At cuilibet etiam ignoto mutua pecunia creditur. Si verbum *credendi* tam late patet ut etiam ad pignus & depositum & commodatum possit porrigi, ergo & *creditum* ad utrumque quoque pertinebit, & alia plurima in quibus fidem alienam sequuti aliquid credimus. Quid enim *creditum* quam id quod credidimus alienæ fidei? Mirum tamen *credita pecunia* nomine, mutuo tantum datam intelligi, non depositam apud Latine loquentes, immo ne apud Jurisconsultos quidem aliter. Sed nec *rem creditam* apud eos usquam legimus pro deposita. *Fiduciam* quidem vocant pignus vel hypotheeam. Ut apud Paulum lib. II. sententiarum, titulus est, *de commodato, deposito, pignore, fiduciave.* Ubi fiduciam à pignore distinguit. ergo pro hypotheca posuit. ut & lib. III. cap. VII. *Rem legatam testator si postea pignori vel fiduciæ posuerit*, id est, hypothecæ. At Isidorus fiduciam & à pignore & ab hypotheca separat. De quo infra. Alibi idem Paulus fiduciam cum pignore confundere videtur, & *fiduciarium servum*, pignori oppositum appellat. Hic rem *fiduciæ datam* quæ

quæ pignori vel hypothecæ data est, nunquam tamen creditam pro eodem dixit. Quamvis enim alienæ fidei credat qui apud aliquem rem suam deponit, & qui illam fiduciæ dat, quia nimirum illi fidit, vel potius quia pro fiducia est debiti apud eum cui data est, nunquam tamen *rem creditam* pro fiduciæ data vel pignori memini legere. *Fiduciatam* potius dixeris quam creditam. Glossæ: *Fiduciatus, πιστωθείς.* *Fiduciat, πιστοῖ*). *Fiducia, πίστωσις, ἐνέχυρον.* Inde apud Paulum *fiduciatus servus* potius dicendus, id est, fiduciæ positus, quam *fiduciarius*. Quod aliud est. Ut *fiduciarius emptor*, & *fiduciarius hæres*, cujus fidei suam hereditatem ad tempus credit testator. Similiter & *rem fiduciatam* apud eum legere malim quam *fiduciariam*. lib. II. Tit. de lege commissoria. *Si creditor rem fiduciatam fecerit meliorem.* Aliud quippe esset res fiduciaria, ut *hereditas fiduciaria*, quæ alterius fidei commissa & credita est, quæ etiam *fidei commissaria* dicitur. *Fiduciata* autem res, quæ apud creditorem pro fiducia est, id est, pro pignore, id est, fiduciæ data. *Creditam* certe pro fiduciata nusquam legere est. Sed fac crediti æque latam esse significationem ac credendi, cur strictior erit crediti notio in ea loquutione qua in creditum iri dicitur ea re quæ mutuo sit data? Restringere quippe eam ad mutui dationem videtur Paulus. At Alphenus, quamcunque rem damus, ut recipiamus, non eandem, sed aliam ejusdem naturæ & qualitatis, pari pondere, numero, & mensura, *in creditum itionem* locum habere censet. Ut in locato cum argentum aut aurum fabro datur, ut vas aut annulum ex eo faciat, res non domini manet, sed abit in creditum, quia non idem illud aurum & argentum faber reddit qui faciendum annulum ex auro, aut vas ex argento accepit, sed aliud. Quod idem etiam in depositō obtinere respondit, si quis pecuniam numeratam ita deponat, & neq; clausam

sim neque obsignatam tradat, sed adnumeret. Tunc enim nihil aliud debet is apud quem deposita est haec pecunia, nisi tantumdem solvere. Ergo *in creditum ire* non tantum de mutuo dicitur, sed etiam de locato & deposito, si res fiat accipientis, & non eadem, sed alia restitui debeat, modo ejusdem generis & qualitatis. Certe, quod hoc modo locatum aut depositum est, cadit in speciem mutui. Nam praeterquam quod reddi debet, fit etiam accipientis. Ideo & aliud pro alio redditur, quod in alio genere depositi, & locati locum habere non potest, quandoquidem nec potest aliud pro alio solvi creditori. *Creditor* porro est non tantum qui pecuniam credidit, sed omnis cui ex aliqua causa debetur, ut est in leg. XI. D. de verborum significat. *ut si cui ex empto vel ex locato, vel ex alio ullo debetur*, leg. XII. D. eodem. *Creditum* ergo similiter id erit omne quod ex quacunque causa debetur, non tantum ex pecunia credita. Hinc Graeci juris interpretes creditum verterunt χρέος, & πιστολικώτερον id esse nomen scribunt ἔδειτον, id est, mutuo. Harmenopulus lib. III. cap. VII. v. τὸ χρέος πιστολικώτερόν ἐστι ἔδειτον. δάνειον μὲν γὰρ τὸ κατὰ δάνειον, ἔστιν ὃς πρόσωπα χρεωκόπα ὄφειλε, καὶ ἄπιστα διὸ καὶ οὐκ ἐπιτρέπεται δάνειον. *Crediti appellatio generalior est quam mutui. mutuum enim, quod debetur, ex datione & enumeratione cujusque rei. Nec praeter hoc aliud dicitur mutuum.* Melius dixisset, *mutuum enim est quod consistit in datione rerum quae ponderi, numero, & mensura constant.* Ac χρέος καὶ οὐκ ἔδειτον, καὶ τὸ δοὺς λαμβάνει, καὶ τὸ δοὺς ἔδειτον πρόσωπα ἄπιστα· πιστολικώτερον ἀκούσθησαι, καὶ τὸ δοὺς ἀξιόπιστος, καὶ ἀσφαλὲς τὸ δοὺς αἰτιᾶται ἀπόσωσιν ἀφειλόμενον. *Creditum vero, & ipsum est mutuum, & praeter id, quod ex legato, & quod ex reliquatione pretii rei venditi, & quod ex testamento, & omnino quod ex quacunque causa debetur.* Ergo & quod ex locato & deposito. Non tamen in omni depositu aut locato res in creditum abit, sed in eo tantum genere, quod supra diximus, in quo non eadem res restituitur, sed alia. Qua in loquutione *crediti* appellatio non tam laxa est ac generalis, quam in simplici ejusdem nominis enuntiatione. *creditum* enim dicitur etiam de omnium rerum debito, in quibus aliud pro alio invito creditori solvi non potest. At *in creditum ire* non possumus nisi earum rerum datione quae in genere suffectionem recipiunt dum solvuntur, potius quam in specie, id est, in quibus aliud pro alio reddi potest, dum sit ejusdem generis, & qualitatis. In quo proprie mutuum versatur. Ergo in creditum ire tantum in mutui datione possumus? Immo etiam in depositu & locato, si eo modo res locetur, aut deponatur, ut reddi alia possit ejusdem substantiae. Hoc est, si fiat accipientis. In summa, quodcunque fit accipientis, ita tamen ut debitor ejus rei existat, & pretium pro ea re solvere, aut aliam rem restituere debeat, *in creditum ei abire* dicitur apud Jurisconsultos. Res quippe dono data *in creditum abire* ei cui donata est non dici queat. Creditum enim relationem habet ad debitum, ut creditor ad debitorem. Nec intelligere possumus creditum aut creditorem, quin intelligatur etiam debitum & debitor. Cui merx vendita est, & pretium pro ea debet, ea merx ei in creditum abiit. Ulpianus leg. V. D. de Tributoria actione. *Sed si dedi meream meam vendendam, & exiit, videamus ne iniquum sit in tributum me vocari. Et si quidem in creditum ei abiit, tributio locum habebit. Enimvero, si non abiit, quia res vendita non desinunt esse meae, quamvis vendidero, nisi aere soluto vel fidejussore dato, vel alias satisfacto, dicendum erit vindicare me posse.* Qui dedit servo mercem suam vendendam, si ea exiit, non vocatur in tributum, quia res vendita non desinit esse domini nisi pretio soluto. Si non exiit, sed jam pro ea servus pre-

tium ab emptore accepit, eam mercem, cujus pretium domino debet, & servo, *in creditum abisse* dixit Jurisconsultus. Tunc ergo locus est tributioni quia res amplius vindicari non potest, sed pro ea debitor pretii ejus domino servus existit. Sic apud eumdem Ulpianum leg. III. D. ad S.C. Macedonianum, id *in creditum abire filio familias* dicitur, quod ex causa emptionis debet, vel locati, vel quocunque alio contractu, in quo non ipsi pecunia numerata est: *Is autem solus senatusconsultum offendit, qui mutuam pecuniam filio familias dedit, non qui alias contraxit, puta vendidit, locavit, vel alio modo contraxit. Nam pecunia data pernicioſa parentibus eorum visa est. Et ideo etsi in creditum abiit filio familias vel ex causa emptionis vel ex alio contractu, in quo pecuniam non numeravi, etsi stipulatus sim, licet coperit esse mutua pecunia, tamen quia pecunia numeratio non concurrit, cessat senatusconsultum.* Ex his verbis liquet, quacunque ex causa aut quocunque ex contractu aliquis aliquid debet id *in creditum ei abire* dici. Quo sensu & *creditum* in hac loquendi formula æque late patere constat quam cum per se solum enuntiatur. Ergo in locato ubi etiam res eadem quæ locata est reddi debet, locum habebit hæc in creditum abitio. Supra tamen contrarium apparebat in verbis Alpheni leg. XXXIII. D. locati, ubi dicebatur in ea sola specie locatarum rerum in qua non idem redderetur, *in creditum iri*. Et leg. II. D. si certum petatur, *in creditum iri*, in sola mutui datione rebusque quæ pondere numero & mensura constarent, Paulus definit. Non dubito quin hæc turbatura sint parum attentos lectores. Hæc igitur, ut distinctius intelligantur, operam dabimus. Non observarunt doctissimi hujus ætatis Jurisconsulti, alio sensu dici apud antiquos Jurisconsultos *rem in creditum alicui abire*, & *aliquem* ipsum *in creditum ire*. Res abit alicui in creditum, qui ad eam reddendam obligatur, quacunque ex causa id facere debeat, aut quocunque modo se debito illo liberet, sive aliam rem tam genere quam specie pro ea quam accepit solvendo, aliam genere, ut ex empto, aliam specie, ut ex mutuo: sive denique eamdem ipsam, ut ex locato, commodato, & deposito. Hinc servus, qui pro merce, quam vendendam à domino accepit, pretium exegit, & domino id debet, *in creditum* id *ei abire* dicitur. Sic filius familias qui alicui obligatus est ex causa emptionis aut locati, aut quocunq; alio contractu, id quod eo nomine debet *in creditum eidem abire* dixit Ulpianus leg. III. ad S.C. Macedonianum. Quo loco Duarenus notavit *in creditum ire* generaliter usurpari, non specialiter pro mutuum cõtrahere, ut in leg. II. De rebus creditis. Sed longe errat, ut opinor, cum aliis omnibus qui hæc non distinxerunt. *Res in creditum abit* debitori, quacunque ex causa aut contractu eam debet. *In creditum* vero *ire* creditor debitori dicitur, qui ei mutuam dat pecuniam. Quod in sola mutui datione locum habet, & his rebus mutuo dandis quæ pondere numero & mensura constant, ut diserte habetur apud Paulum leg. II. D. de rebus creditis; ubi negat Jurisconsultus in ceteris rebus, quam quæ pondere numero ac mensura dantur, ideo *nos in creditum ire posse, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest*. Ergo in locato ubi res eadem redditur, nec aliud pro alio creditori solvi potest, creditor non potest dici in creditum ire debitori, cum tamen quod ex locato debet quo, id ei *in creditum abire* recte dicatur, ut constat ex leg. III. ad S.C. Maced. Hæc nova sunt, & mira, sed vera. Et licet Alphenus lege quam supra adduximus qua duo rerum locatarum genera facit, uno tantum *in creditum iri* velit quo nimirum res sit accipientis, certum est tamen, & in altero in quo rem domini manere dixit, ut cum fulloni vestimenta data polienda sunt, quia ex causa locati illa

ipsa reddere tenetur, ea *in creditum ipsi abisse*. Denique quidquid quis debet restituere, id ei *in creditum abit*. In mutuo solo *in creditum ire* potest creditor, cui aliud pro alio reddere necesse habet debitor, dum ejusdem sit substantiæ & qualitatis. Sic Africanus leg. xix. in fine, ad S.C. Velleianum: *An vero perinde habendum sit ac si initio ego pecuniam mulieri credidissem, ac rursus tu mihi in creditum isses.* Quod idem est, ac si dixisset, *ac si initio ego pecuniam mulieri credidissem, ac rursus tu mihi credidisses.* Item Mæcianus leg. xxv. D. ad S.C. Trebell. *Idem erit & si jussu meo tradantur cui ego ex fidei commisso aliave qua causa eas præstare debuerim, vel in creditum ire, vel donare voluerim.* Quis & hic negaverit quin in *creditum ire* sit idem quod credere? Si enim ita loquutus esset, *cui ego eas præstare debuerim, vel credere, vel donare voluerim*, idem prorsus dixisset. Differentia porro rei quæ in creditum abit, & creditoris qui it in creditū, vel ex hac lege intelligi potest; Nam qui ex fidei commisso, vel ex alia qua causa aliquid præstare debet, id ei *in creditum abiit:* qui autem pecuniam alicui mutuam credere vult, *in creditum illi ire* Jurisconsulti dicunt. Quod non animadversum viris doctis, in causa fuit ut hæc duo loquendi genera confuderint. Certum quidem est *in creditum ire, & abire*, si sic sumatur, ut *in macicm ire & abire*, pro emaciari, & *in senium ire* vel *abire*, pro senescere, non multum discriminis esse habitura. Sed aliud est cum de persona sermo est, aliud cum de re ipsa. Res in creditum it vel abit, cum creditur. Homo it in creditum cum credit. Quæstionis vero est, cur *res in creditum abire* dicatur de omni re quæ ex quacunque causa debetur, homo autem non aliter in creditum ire dicatur quam qui mutuam dat rem aliquam pro qua aliud sibi reddatur in specie. Quæ enim ratio differentiæ ut in priore loquutione generalis sit crediti appellatio, & porrigatur ad omnis debiti causam, in posteriore vero specialis sit, & restringatur ad solum mutuum? Ad priorem quod attinet facile ratio reddi potest. Creditum ita à mutuo differre Jurisconsulti statuunt, ut genus à specie. Nam creditum consistere extra eas res quæ pondere numero mensura continentur. *Sicut si eamdem rem recepturi fumus, creditum est.* leg. 11. D. si certum petatur. Ergo quod ex locato quis debet, etsi eamdem rem redditurus, hæc eadem res in creditum ipsi abit, hoc est, in naturam ac modum debiti transit, quod exsolvere tenetur, eamdem rem reddendo. Quæ res quoniam domini manet, nec facta est accipientis, ideo locator in illa danda, non in creditum ivit conductori, quamvis conductori in creditum abierit ea res. At in mutuo dando res abit in creditum debitori, quia in naturam debiti transit, nec minus in ea danda creditor it in creditum debitori qui eam illi credit. Quid ita? Quoniam crediti nomen in ea loquutione qua res *in creditum abisse* dicta est *debitori* generalior est, & omne debitum ex qualibet causa comprehendit, non solum ex mutuo. Mitor itaque in leg. 11. De rebus creditis, cum Paulus dixisset, earum rerum datione quæ pondere numero mensura constant, nos posse *in creditum ire*, in cæteris autem rebus ideo non posse *in creditum ire*, quia aliud pro alio solvi non posset, statim post hæc subjici, *creditum ergo à mutuo differt qua genus à specie, nam creditum consistere extra eas res quæ pondere numero mensura continentur.* Quæ enim ista foret illatio? *In creditum ire* non possumus nisi in his rebus quæ pondere numero mensura continentur? Ergo *creditum* à mutuo differt qua genus à specie, quia creditum consistit etiam extra eas res quæ pondere numero mensura continentur. Atqui *creditum* in hoc paragrapho non differt à mutuo, sed prorsus idem est. Ea causa est, cur putē hos duos paragraphos

graphos ab ipso Paulo non ita continenter fuisse in eodem scripto junctos, sed ex diversis Pauli locis à Triboniano in hunc locum traductos & cohærenter adnexos. Quod esse verissimum vel cæco apparet. Hæc verba, *creditum ergo à mutuo differt, ut genus à specie*, sequebantur apud Paulum ex libro ad Edictum prætoris, ubi adnotaverat, *credendi* verbum generale esse: Idcirco prætorem sub hoc titulo edixisse & de commodato, & de pignore, aliisque contractibus in quibus alienam fidem sequimur, aliquid receptum. Quæ verba Tribonianus perperam subjunxit ejusdem Pauli aliis verbis quibus de mutuo tractabat, & de crediti itione in mutuo. Restat explicanda causa cur *in creditum ire* creditor specialiter in mutui datione dicatur, res autem *in creditum abisse* debitori videatur quæ ex quacunque causa ab ipso debetur. Expositum jam quomodo *in creditum abeat* id omne quod quis ex qualibet causa solvere debet. Quia autem relativa sunt *debitum & creditum*, qui quacunque ex causa aliquid debet, creditorem etiam habere videtur, cui ipse debitor est. Inde *creditorum appellatione*, ut ait Caius, *non hi tantum accipiuntur qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur*, leg. xi. D. de verborum significatione. Ex eo etiam *crediti* appellatio generalior facta quam *mutui*, & proinde *in creditum abire* dictum est quodcunque æque deberetur ac si revera creditum esset, quia crediti naturam induceret. Hæc enim invicem Latinis confunduntur, *creditum & debitum*, ut Græcis χρέος & ὀφείλημα. Unde & nomen compositū χρεωφείλημα quasi crediti debitum, id est, debitum ex causa crediti. Nam quodcunque vel ex qualibet causa debetur, id *debitum* est, hoc est, ut Græci, ὀφείλημα, τὸ πᾶν nimirum ἐξ ὅτου δήποτε αἰτίας ὀφειλόμενον. *Creditum* vero id proprie censetur quod quis alienæ fidei credidit, ut in mutuo. Quod & ipsum tamen & ad alia porre-

rectum est, in quibus fidem alienam sequimur, ut in deposito & commodato, & aliis bonæ fidei contractibus. Stricta tamen & speciali appellatione de pecunia credita usurpatum est. Nec enim rem commodatam alicui aut locatam aut apud aliquem depositam, solemus appellare *creditam*, quamvis fidem ejus in ea deponenda, commodanda, aut locanda sequamur, sed *creditam* proprie dicimus mutuo datam, & *creditum* pro mutuo, hoc est, *Juvéa*. Seneca lib. vi. de Beneficiis cap. iv. *pecuniam aliquis mihi credidit, sed domum meam incendit, pensatum est creditum damno*. Reliqua debita habent sua nomina ex causis quibus debentur, ex empto, ex locato, ex depositio, ex fidei commisso, ex delicto, at *debitum* ex mutuo proprium gerit nomen, *ex credito*. Idem paulo post: *Sic debitori suo creditor sæpe damnatur, ubi plus ex alia causa absolvit, quam ex crediti petit. Non tantum inter creditorem & debitorem judex sedet, qui dicat, pecuniam credidisti. Quid ergo? pecus abegisti, servum occidisti*. Quæ res ergo *in creditum abisse* dicitur, in eam debiti naturam transisse intelligenda est, quæ vere credito comparatur, quamque eodem modo exigi jus est, ac si ex causa crediti peti posset, sive eadem res sive alia restituenda sit. Cum autem *in creditum ire* dicitur creditor, propria ac stricta crediti appellatione mutuum dare intelligitur quod in his tantum rebus consistit quæ pondere numero ac mensura constant. Putavi aliquando, Tribonianum in illis omnibus loquutionibus ubicunque in creditum ire creditor pro mutuum dare in jure occurrit, id corrupisse adductum ea loquutione qua *res in creditum abire* dicitur, cum Jurisconsulti scripsissent, *creditum ire*. Nam *creditum ire* antiquo sermone scriptoribus etiam illius ævi tralaticio nihil aliud est quam credere, ut apud Apuleium *furatum ire* pro furari, *prohibitum ire*, similia sexcenta etiam apud alios Latinitatis

tis auctores idoneos. Sic enim hæc pro eodem accipiuntur apud Africanum, *credere*, & *creditum ire*. *Si initio pecuniam mulieri credidissem, & tu rursus mihi creditum isses.* Et apud Mæcianum clarius etiam apparet meliorem futuram lectionem si legatur: *Idem erit & si jussu meo tradantur cui ego ex fidei commisso aliave causa eas præstare debuerim, vel creditum ire vel donare debuerim.* Repetendum enim ex proximo, *cui eas creditum ire, vel donare voluerim.* Id est, credere, vel donare. At Syntaxis non fert, ut dicamus, *cui eas in creditum ire voluerim.* Cum igitur loquutionem illam melioris sæculi non intelligeret Tribonianus *creditum ire*, pro credere, & sæpius legisset in scriptis Jurisconsultorum *res in creditum abire* quæ deberentur, ad hunc modum & illam reformasse verisimile est, immo & verum est. *Creditum ire & iri* proprie Jurisconsulti dixerunt de his rebus quæ mutuo darentur. Unde *credita pecunia* passim pro mutuo data. Et ex *causa crediti* petere debitum dicebatur qui ex mutui causa id petebat apud Senecam. Quia autem in mutuo res fiebat accipientis, ideoque non eadem in specie res, sed genere, reddebatur, in ea locati specie in qua non eadem res sed alia restituebatur, Alphenus *creditum iri* respondit, quia creditum similiter itur in mutuo, cum in genere suffectio fit, non in specie, per solutionem. Sed & quod *creditum ire* creditor debitori dicitur, hoc nihil aliud est, quam credere. Nec sana esset ibi loquutio, *in creditum ire*. Nec etiam dubito quin ita scripserit Paulus leg. 11. de rebus creditis: *Nam in cæteris rebus ideo creditum ire non possumus quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest.* Et certe in locato ubi alia res pro alia solvi non potest, non ex credito actio nominatur, sed ex locato, & ita in aliis. Ex credito actio & petitio in mutuo tantum locum habet, in quo creditum itur, & proprie *credi* dicitur pecunia sive *creditum iri*. Alias

& *crediti* appellatio etiam extenditur ad quodcunque debitum, propter eam quam dixi rationem, quoniam debitum non potest intelligi, nisi creditor, cui debetur, simul intelligatur. Ad instar ergo creditorum quibus pro credita pecunia debitum solvendum est, inde etiam *creditum* pro quolibet debito, quamvis creditum proprie sit id quod creditum est debitori à creditore. Unde debitor *creditum solvere* proprie dicitur, ut creditor *debitum petere*. Sed hæc invicem confunduntur, quia relativa sunt, & æque dicunt auctores debitum à debitore solvi ut creditum à creditore repeti. Græci autem inter ὀφείλημα & ὄφλημα distinguunt, ut ὀφείλημα sit quod ex alia causa debetur, ὄφλημα quod ex judicato. Inde compositum χρεωφείλημα quod proprie usurpatur de debito ex causa crediti, sive χρέως. Sed istud χρέως Græci juris interpretes verterunt pro Latinorum *credito* cum latissima significatione accipitur, quodque ideo χρέως & δανείου distinguunt, id est, mutuo. Idem tamen *creditores* in leg. XI. de verborum significatione qui accipiuntur non tantum pro his qui pecuniam crediderunt, sed etiam pro his quibus ex qualibet causa debetur, reddunt δανειστάς. Debuerunt potius χρεώστας, si quidem χρέως & δανείου differt, ut genus à specie. Nam ut δάνειον est mutuum, ita δανειστὴς qui mutuum dat. Glossæ: *Creditor*, δανειστής. proprie hoc quidem, non illa latissima significatione. Græci tamen in Basilicis δανειστὴν interpretantur, τὸν ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας χρεωφειλέτην cui ex quacunque causa debetur. Is esset magis χρεώστης, si χρέως est creditum, quomodo notione illa generali sumitur. Græci tamen, qui purius loquuti sunt, χρέως de mutuo proprie posuerunt, & χρεωφείλημα de debito ex causa crediti, & χρεωφειλέτην vocarunt debitorem ex mutuo. Unde & τὸ χρέος δανείσματος, & ὁ δανείζων χρέα apud Pollucem lib. III. cap. ὁ δὲ τοκογλύφος ὁ δανειζόμενος. Unde & δίκη χρέους

apud

apud Athenienses, actio ex mutuo, non deposito, ut placet interpreti Pollucis lib. VIII. cap. VI. Et in Glossis, χρέος, *as alienum*. Ex quo ὑπερχρέως, κακόχρεως, ὑποχρέως, ἀβάχρεως, de ære alieno oppressis, & plus aut minus illo malo laborantibus. Apud Aristophanem in Nubibus:

Κοὐχὶ τὸ χρεῖον μὲν ἦν τὸ πάλαι;

Quod fœnus, quod creditum. Inde & χρεώφειλέτης, debitor, & χρεῶν ἀποκοπαί, de Novis tabulis quæ debita omnia usuraria rescindunt. De quibus infra. Verum hæc vox eumdem exitum facit apud Græcos quod creditum apud Latinos, ut etiam sumeretur pro eo quod deberetur ex quacunque causa. Inde illa sunt Grammaticorum: χρέος ἐστὶ μόνον τὸ δανειστόν, ἀλλὰ τὸ ἁπλῶς ὀφειλόμενον. At τὸ δάνειον nunquam nisi de mutuo. Erraverunt igitur Græci Basilicorum interpretes, qui δανεισταὶς reddiderunt, pro creditoribus, cum accipiuntur in generali significatione, quibus debetur ex quacunque actione vel persecutione. Χρεώστας potius vertere ut dixi debuissent, quorum notio latius patet quam δανειστῶν. At Aristoteles in Oeconomica secundo τὸ χρέως & τὸ δάνειον synonyma facit his verbis: Χίοι δ', ὅταν αὐτῶν αἱ πόλεις δανείζωσι τὰ χρέα εἰς τὸ δημόσιον, ἐπιτίθεσι χρησάμενοι, ἐφ' οἷς ὀφείλουσι μὲν δανείσασι τῇ πόλει τὰ δάνεια, πλὴν δὰ πόλιν ἐκ τῶν αὐτῶν δίδωσι τόκους τοῖς δὲ δανείσασι καὶ ὀφείλουσιν ἐστὶ τὸ δάνειον ἀπόδοσθαι. Sic legendum. Ubi subintelligendum est, καὶ ὀφείλουσι id est, *& nec facultatem habent & sortis ipsius exsolvendæ.* In aliis verbis δάνειον vocavit philosophus quæ paulo ante χρέα. Sic δάνειον & χρέος hoc sensu pro credito sive debito usurario. Alias Græcis χρέος quod quacunque de causa debetur, cui respondet credituum. Δάνειον vero olim quidē de mutuo gratuito, postea & de usurario. Quo nomine tam fœnus quam mutuum comprehendit. Immo & transiit in contrariam significationem & pro fœnore tantum usurpari cœptum est, pro fœnore, inquam, id est, credita sub usuris pecunia, non pro usura. Sic enim usura differt à fœnore, ut τόκος δανείου & δανείου. Hinc Satyricus *mercedem fœnoris* dixit, pro usura fœnoris. Et Isidorus ex antiquiore aliquo auctore usuram definit, *incrementum fœnoris ab usuris crediti appellatum.* Ubi *fœnus* idem est illi cum ære credito, cujus incrementum vel accessio, usura dicitur. Quam differentiam inter fœnus & usuram miror non fuisse hactenus animadversam eruditissimis Jurisconsultis qui de usuris aliquid commentati sunt, cum tot præsertim auctorum testimoniis id in promptu esset colligere. Molinæus hæc si observasset, non dixisset, *usuram & fœnus idem esse, & promiscue proprie loquendo, nisi quod usuræ nomen latius patet in jure, quia fœnus non capitur nisi pro usura stricte sumpta, videlicet in mutuo.* Quam sint hæc falsa, ex quæ supra disputavimus, arguunt. Fœnus enim cum sic mutuum τόκος τοκου, nunquam est sine usuris, nec usuræ porro quæ ex credita pecunia debentur sine fœnore sunt, quatenus credita pecunia sub usuris fœnus est proprie loquendo. At si quæ debentur ex alia causa quam ex credito usuræ, eæ fœnebres non sunt, quia ex fœnore non veniunt. Distinguendæ igitur usuræ sunt, in fenebres & non fœnebres. Ut enim pecunia fœnebris dicitur non de usura, sed de sortis summa quæ sub usuris credita est: ita usuræ etiam fenebres dici possunt, quæ ex fenore sive fœnebri pecunia, vel fœnore locata debentur. Aliæ omnes non fœnebres quas ex alia deberi causa certum est, ut ex mora, vel si tutor pecuniam pupilli in suos usus converterit. Hotomannus in disputatione de fœnore non meliorem adfert distinctionem fœnoris & usuræ, *quod usura*, inquit, *usum quodammodo repetit, aut ipsius usus æstimationem, fœnus vero lucrum ex ipsis nummorum corporibus captat.* Immo & usura est quæ lucrum ex ipsis nummorum corporibus captat,

non fœnus, sed est usura fœnebris, vel ex mutuo fœnebri debita, quod est fœnus, cum & aliæ sint non fœnebres, ad harum tamen instar constitutæ. Jam igitur occasio est, ut & de usura dicamus, unde ipsa nominata sit, & quare. *Ab utendo dictam esse, & si ad veriloquium revocetur aliud nihil esse quam usum*, idem Hotomannus in disputatione de usuris affirmat. *Unde*, inquit, *lucus, vita, pecuniæ usura ei concedi dicitur, cui uti luce, vita, pecunia conceditur*. Quomodo hæc consistere possint, non video. Si usura in mutuo nihil præter usum est qui conceditur pecuniæ, certum est, usuram pecuniæ suæ concedere illum qui dat eam mutuam; qui vero accipit rursus usuram pro usu pecuniæ quæ ipsi data est, creditori suo solvit. Non igitur hæc eadem usura erit, quam dat creditor cum usum nummorum suorum debitori concedit, & quam solvit creditori debitor pro usura nummorum quos mutuo accepit. Usura illa usus ipse est qui conceditur: hæc usura veluti pretium pro illa usura sive usu persolvitur. Aliud igitur est quam usus hæc usura quæ pro usu datur. Non dubium certe quin *usuram* pro usu dixerint veteres. Plauto *uxor usuraria*, cujus usuram, id est, usum corporis ad tempus aliquis cepit. Idem in Trinummo: *Nec adeo hasce emi mihi, nec usuræ meæ*, id est, ad meum usum. Cicero ipse passim ea voce utitur, ne quis nimis cascam censeat. Sed *usura* in fœnore non est usus, saltem cum accipitur pro illo augmento quod præter sortem debitor solvere tenetur creditori. Nam & usuram pecuniæ dari à creditore qui ejus usum concedit, dixit Cicero Tuscul. 1. *Natura dedit usuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur, quod querare si repetit cum vult? ea enim conditione acceperas*. Cum hac usuræ significatione nullum est mutuum sine usura. Nemo enim dat mutuo pecuniam quin usuram ejus permittat, id est, usum. Alioquin commodata tantum

tantum ad ostensionem intelligeretur, sicut argentum factum, non mutuo data. Usura vero quam is qui accipit mutuum, pro usu pecuniæ solvere debet, longe aliam ab usu notionem habet. *Vectura* vocatur merces quæ pro vectione datur naviculario, quod ναῦλον Græci appellant. Glossæ: *Vectura*, φόρετρον, ναῦλον. Similiter & *latura* dicebatur quod pro onere ferendo accipiebat bajulus. Eædem Glossæ: *Latura*, φόρετρον. Unde & *Laturarii* Firmico, bajuli. *Mercaturam* quidam pro lucro quod ex mercibus caperetur, proprie dici voluerunt. Sic mercem & mercaturam hoc distare notat Nonius, *quod merx est species ipsa, mercatura actus ipse, vel lucrum de merce*. Ita ergo & *usura*, merces est quæ pro usu pecuniæ datur, ut *vectura* quæ pro vectione. Eo sensu ut *vectura* longe alia est à vectione, ita & *usura* ab usu vel usione. Hæc est verissima usuræ fœnebris notatio, quæ ne cum usura, qua usus significatur, confunderetur, observavi veteres auctores *usuram* de usu in numero singularitatis potius usurpasse, *usuras* vero dicere maluisse quæ ob usum pecuniæ fœnebris debentur, qui τόκοι Græcis nominantur. Et perspicue hæc ita discrevit Cicero in Verrina v. *Quis enim hoc fecit unquam, ut cum senatus publicanos usura sæpe juvisset magistratus à publicanis pecuniam pro usuris audeat auferre?* Qui pecuniæ usura aliquem juvat, is est qui pecuniam illi dat utendam. Usuras autem pro pecunia aufert qui exigit mercedem pro usu pecuniæ. Hæc differentia inter usuram & usuras proprie loquentibus. *Usura* est χρῆσις, *usura* τόκος. Ideo Jurisconsulti titulos tractatuum περὶ τόκου, non *de usura* inscripserunt, sed *de usuris*. Nec opponat mihi quis, *de usuris* ideo inscribi quia de pluribus usurarum generibus in his tractent. Nam & de uno genere usuræ cum loquuntur, nò aliter appellant. Hinc *usuras quincunces, semisses, besses, trientes* nominant, non *usuram quincuncem, semissem, bes-*

 sem

sem aut *trientem*. *Centesimas* quinetiam *singulas* pro centesima Cicero dixit in Epistolis ad Atticum, & *binas centesimas*, pro bina centesima in v. Verrina. Qui extulerunt numero singularitatis, non ita pure sunt loquuti. Usuræ igitur sunt τόκος, id est, mercedes quas aliquis solvit pro usu pecuniæ quam ab alio accepit utendam mutuo. Et nimis subtiliter Hotomannus, qui usuram, id est, τόκον, ideo appellatam autumat, *quia, qui hanc petit, ipsum quodammodo usum petere videtur, quippe qui ejus perpetuo remansit, nec unquam cuiquam ab eo datus aut concessus est.* Quæ sunt, ut mihi quidem videntur, absurda. Qui enim pecuniam mutuo dat, si nec usum concedit, multo minus proprietatem. Quid ergo est quod dat mutuo? Qui pecuniam alicui commodat, nec usu ejus concesso, nec proprietate alienata, non aliter eam dare censendus est, quam, *si ostendendi gratia daret*, ut loquitur Jurisconsultus leg. XVIII. D. de rebus creditis. Atqui hoc non est mutuum. *Sed*, inquit, *quoniam eum usum repetere non potest, utpote consumptum, ejus petit æstimationem ac fructum.* Si nihil petit præter æstimationem ejus usus qui consumptus est, cum in eo usuram constituat, id est, incrementum, quod præter sortem datur, nulla inde usura debebitur, nullum augmentum, quia æstimatio parem summam ei quæ consumpta est, plane restituit. Hæc summa restituta, sors non ultra debebitur. Quæ enim usu consumpta fuerit, & per æstimationem restituta, non amplius est restituenda. Alias bis idem solveretur. Exemplum affert emptoris, qui rem traditam possidet, neque tamen pretium exsolvit, itaque contra voluntatem venditoris utitur pecunia. poterit igitur venditor ex empto actione, non pretium cõsequi, quia consumptum est, sed certe illius æstimationem. Si æstimationem pretii consequetur, nihil certe plus, quam quo pretium ipsum æstimabitur, poterit consequi. Ubi igitur usu-

ræ? Nam lex illa quam ad hoc citat, ultima D. de periculo & commodo rei venditæ, clare dicit, emptorem, si in pretio solvendi moram fecerit, usuras duntaxat præstaturum, non omne omnino quod venditor mora non facta consequi potuit, veluti si negotiator fuit, & pretio soluto plus ex mercedibus inde cõparatis, quam ex usuris quærere potuit. Usuræ illæ æstimationem pretii non faciunt, nec differunt à fœnebribus, nisi quod ex credita pecunia, hoc est, fœnore, non veniunt. Præter pretium qui in eo solvendo moram fecit emptor, medii temporis, quo id penes se retinuit, usuras debet, æque ac si venditor, non ex causa venditionis, eam pecuniam penes emptorem manere fivisset, sed ei credidisset sub usuris. Qui igitur aut pecuniæ creditæ usuras petit aut exigit à debitore, non usum petere putandus est, qui est consumptus & quem ad hoc dedit ut consumeretur, sed mercedem pro illo usu. Et hæc merces sic *usura* dicta quia pro usu datur, uti *vectura* quæ pro vectione. Sed nec quod datur, æstimatio proprie est habenda illius usus, sed merces qua illum usum redemit debitor à creditore. Quod igitur ibidem adstruit fœnus esse proprie ac speciatim accepto nomine lucrum illud quod quis captat ex nuda pecunia, scire debuit, nullum tale fœnus proprie loquentibus unquam fuisse cognitum. Et hoc quod hic fœnus esse vult, vere *usuram* fuisse dictam. Quæ si ex fœnore venit, hoc est, ex pecunia credita, *fœnebris* est dicenda, si ex alia causa, æque quidem est usura, hoc est, merces pro usu pecuniæ, sed non fœnebris. Verum de his iterum infra.

CAP. V.

De mutui definitione. Duplex hujus genus fœnebre & non fœnebre. Hoc Arabibus عوض, *alterum*, قرض.

Varronis mutui definitionem esse imperfectam. Vera & plena mutui definitio, quod est gratuitum. In quibus rebus consistat secundum Arabas. Vsuræ definitio secundum veteres ac recentiores, & secundum Arabes. Illorum quam horum videri veriorem, sed nostram verissimam. Vsura non est lucrum sed merces. Quid lucrum à mercede differat. Lucrum opponi damno, ut Græce κέρδος τῇ ζημίᾳ. Græcis usuram ἔργον appellari, & ἐπικαρπίαν, nunquam κέρδος. Latinis quoque dici mercedem & commodum, & fructum. Volusianus emendatus. Commoda etiam pro præmiis & salariis. De crediti ac mutui discrimine, iterum. Male Hotomannum creditum velle esse gratuitum, & fœnerationē quæstuosam. Crediti nomine etiam fœnus comprehendi. Credere pro fœnerari poni. In Digestis sæpe mutuum pro fœnore usurpari, & mutuari pro fœnore accipere. Aliquot leges partim expositæ, partim emendatæ. Basilicorum interpretes emendati. Mutuatica pecunia, ἡ δανειστική. Differentia inter mutuaticam pecuniam, & mutuaticiam, ut inter venaticum & venaticium. Mutuum esse obligationem quæ re contrahitur, & esse naturalem. Posse mutari in civilem stipulatione interposita. Vsuræ in multis casibus etiam citra stipulationem debebantur. Non alium contractum mutui fuisse & usurarum. Si ex pacto deberentur, ex pacto etiam mutuum debitum: si ex stipulatione, æque & illud. De nudo pacto, & de eo quod cum numeratione junctum. Tam ex pacto quam ex numeratione simul, non ex altero, actionem nasci. Multa ad eam rem pertinentia contra Hotomannum dicta. Inventa ratio à Patricio qua usuræ deberentur etiam post extinctam de sorte principalem actionem. Id non placitum Iustiniano. Non magis certam fuisse mutui quam usurarum stipulationem, nec ea re recte distingui stipulationem usurarum

rarum à stipulatione sortis. Multæ leges explicatæ. Aliquot chirographorum veterum exempla producta & explicata. Obligatio naturalis an maneat ex numeratione, si sequuta sit stipulatio. Pauli & Vlpiani sententiæ diversæ. Veriorem videri Vlpiani opinionem quæ statuit, naturalem mutari in civilem, sive præcedat numeratio stipulationem, sive subsequatur. Pomponium quoque ei sententiæ accedere contra Paulum. Alia quædam toto capite tractata ac disputata. De fœnoris & usuræ differentia iterum. Quid fœnus sit proprie, quid improprie.

DE veriloquiis mutui, fœnoris & usuræ, satis in superioribus disputatum. Nunc ad definitiones ipsas veniamus. Mutui, ut jam diximus, duo genera sunt. Unum, quod proprie *mutuum* nuncupatur, quod sine usuris datur, quale Arabes vocant عوض à commutatione. Et inde verbū عوّض, *mutuum dare*. Hinc & معاوضة vocant *permutationem* quæ fit in mutuo, sine qua mutuum non constare definiunt, quæ *suffectio* dicitur Paulo. Alterum cum usuris, quod est *fœnus*. Arabibus قرض. Et verbum اقرض *fœnerari*, ab arrosione & detractione, & abrasione. Prius illud δάνειον ἄτοκον Græcis dici docuimus: hoc secundum, δάνειον ἐπίτοκον vel ἔντοκον. Hoc mutuum usurarium, & fœnebre, illud sterile & gratuitum. Mutuum Varro definit, *quod datur, ut reddatur*. Sed valde imperfecta, & multis defecta numeris hæc definitio. Nam & in commodato datur quod reddatur, atque in deposito. Quid detur, ad quid detur, & qua conditione, exprimendum est, ut mutuum quid sit recte definiatur. Dantur primum res omnes quæ pondere numero & mensura consistunt, ut constat ex leg. 11. D. de rebus creditis. Ad quem locum notant docti Jurisconsulti,

 consi-

consistere ergo in omnibus rebus mutuum, in veste, supellectile, lapidibus, & ligno. Nihil enim dici fingique posse in hoc universo, quod non vel pondere, vel numero, vel mensura constet. Falsum est mutuum consistere in omnibus quæ pondere, numero, & mensura constant. Multa enim sunt hujusmodi quæ in mutui contractum non cadunt, ut illa omnia quæ usu non possunt consumi. Quod idem in his specie redditur, mutui datio ideo non consistit, quia suffectionem in genere eodem postulat. Ideo Arabes in sui juris regulis duo in mutuo interveniere debere observant, quantitatem, & genus, القدر & الجنس. In quibus hæc duo interveniunt, usuram ex lege Muhammedis non admittunt, quæ proprie mutui contractum constituunt. Per قدر quantitatem intelligunt, hoc est, mensuram, & pondus. De quo nos in sequentibus. Hæc duo igitur in mutuo, ut sit mutuum, debent concurrere, genus, & quantitas. Nam si quantitas sola spectetur, hoc est, pondus, numerus, & mensura, & species eadem reddatur quæ accepta fit, in aliud genus cõtractus transit. Res quippe pondere numero & mensura consistentes, æque in commodato & in deposito dantur ut in mutuo, sed species eadem redditur, non idem genus. Speciem Jurisconsulti vocant rem quamlibet quæ pondere, numero, & mensura continetur. Triticum illis species est, oleum species, hordeum, & similia. Hinc species etiam appellant fruges omnes. Hinc cum speciem eamdem reddi dicunt, ipsum illud triticum, hoc est, illam ipsam speciem, intelligunt quæ data est. Ac genere eamdem restitui ajunt, cum ejusdem generis, hoc est, ejusdem qualitatis & substantiæ restituitur. Quod genus Philosophi speciem appellarent. Τὰ εἴδη Græci ita plerumque vocitant, præsertim recentiores, ut Latini *species*. Ergo ex supellectile multa sunt quæ commodati quidem possint,

sint, sed dari mutua non possint, quia non fiat in his generis suffectio, sed species ipsa reddatur. Pleraque etiam in his nec pondere, nec numero, nec mensura constant. Ad vestem quod attinet, quam idem Jurisconsultus in mutui contractum cadere posse opinatur, non idem censeo. An erat mutuum, cum Lucullus aliquot numero chlamydes scenæ commodavit, easdem recepturus? Sed nec vestes inter eas res locum habent quæ pondere, numero, & mensura continentur. Si synthesibus compositæ vestes mutuæ darentur, ut moris erat per synthesin, hoc est, certo numero structas in arcis componi, tum certe numerus in his dandis definiretur. Quid vero si singulares vestes præberentur? Nec numerus, nec pondus, nec mensura in his spectaretur. In aliis præterea contractibus quam in mutuo, pondus & numerus ac mensura observantur. Qui aliquot millia aureorum amico ad ostendendum commodaverit, non mutuum ex ea pecunia sic numerata contrahitur, quia eosdem aureos, non solum eandem summam, recipere debet. Cum centum lanæ pondo aliquis apud amicum deponit, aut cujuscunque rei quæ pondere constet, libras plures, depositum hoc vocatur, non mutuum. Qui gallinas viginti alicui utendas dederit ut ova apud eum faciant quibus ille utatur, si easdem gallinas qui dedit, repetiturus est post certum tempus, nihil certius est quam mutui dationem in harum numero gallinarum non consistere. Nulla enim fit mutuatio. At qui si eas dederit non ad usum tantum, sed etiam ad esum, tum certe mutuatio locum habebit, quia alias gallinas reddere ille tenebitur, non solum totidem numero sed etiam æqualis bonitatis. Si materiam, hoc est, trabem alicui dem commodato, ut pro destina fit & tibicine ædificii, ad id ne ruat sustulciendum, non opus est scire quot pedum mensuram habeat illa materia, siquidem ipsa reddenda est, non

alia. Si vero non à me illam commodati nomine accipiat, sed mutui, quam ædificio suo impendat, quandoquidem alia par restituenda mihi ab illo est, tum sciri oportet quot pedum sit, tam in longo quam in quadrato, ut paris longitudinis aliam recipiam, & paris crassitudinis. Hæc igitur omnino ratio est, cui mutui datio consistere dicatur in rebus quæ pondere, numero, ac mensura constent, non illa quam mox doctissimus idem Jurisconsultus ibidem allegat; *ideo non omnes res, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, in mutui cadere contractum, quia usu hominum exigente & commerciis res tantum quadam ad pondus, numerum, & mensuram dari solent.* Atqui videmus, res eadem, exempli gratia, in deposito, & commodato, non dari ad pondus, numerum & mensuram, & in mutuo dari. Et quare istud? Quia in mutuo suffectio fit generis ejusdem, non speciei ipsius redditio quæ data est. Cur hoc autem? Quoniam res proprie dantur mutuo utendæ quarum usus in abusu & consumptione consistit. Cum hoc ita sit, necesse est alias in specie reddi quam quæ acceptæ sunt; & proinde, ut par pari referatur, pondus teneri oportet rei mutuo datæ, si pondere constet; numerum, si numero, mensuram, si mensura. Ea de causa etiam creditum, quod à mutuo differt, quia in eo recepturi sumus eandem rem quam dedimus. Jurisconsultus extra rei eas consistere dicit quæ pondere, numero, & mensura continentur. leg. 11. D. de rebus creditis. Sed nec mutuum in rebus tantum consistit quæ constant quantitate. Res enim possunt mutuo dari, quæ nec pondere, nec numero, nec mensura contineantur, si modo ita dentur ut alias ejusdem generis recipiamus. Sane, ut ante diximus, si vestem utendam sic dedero, ut pro usu consumpta aliam reddat mutuator ejusdem pretii, & artificii, ac materiæ, mutui datio plane in ea veste singulari consistet. Hæc autem

autem vestis singularis neque pondere, neque numero, neque mensura proprie constare dici poterit. Nisi quis dixerit, quia æque ampla & æque lõga reddenda est, ad mensuram pertinere. Sed & Arabes non solent comprehendere vestes inter illa quæ quantitate constant; cum his enim eas recensent quæ ad genus idem pertinent sine quantitate. Jurisconsultis porro placet, si vestis illa data sit vendenda ei qui mutuam accepit, ut pecunia utatur, mutuum contrahi. Sic mutuam pecuniam factam putat Ulpianus quæ confecta sit ex lance mihi data ut eam venderem, & nummis uterer, leg. 11 D. eodem. Hinc constituit Constantinus leg. xxv. Cod. de Usuris, *pro auro & argento & veste, facto chirographo, licitas solvi vel promitti usuras.* Certe antequam nummi signati usus esset, cum æs & ferrum rude in mutuo dabatur, aut cum massa auri & argenti, ad hoc dari certum erat, ut eum aliis rebus, qui ea accipiebat utenda, permutare posset, non tantum ut conflare, & aliter quocunque modo vellet in usum suum convertere. Arabes in jure Muhammedico in mutui definitione res tantum quæ pondere & mensura constant, solent comprehendere, ut ex eorum regulis Juris colligere est, quarum mihi copiam fecit clarissimus Golius, ubi sub titulo de usuris, ita definitur usura, quæ vocatur الربوا, id est, incrementum: فضل احد المتجانسين على الاخر بالمعيار الشرعي اي الكيل والوزن. Hoc est, *accessio vel additamentum rei unius ex iis quæ sunt ejusdem generis, ex alia re ejusdem generis præstandum in quantitate legali, hoc est, mensura & pondere.* Tempore Muhammedis nondum Arabes nummi signati notitiam habuere, nec proinde pecuniæ numeratæ, quæ numero maxime constat. Anno quip. pe CXXVI Hegiræ primum apud Arabes cusi sunt

nummi

nummi aurei & argentei. Sed quamvis tum Arabes non uterentur nummis suis, id est, Arabicis; alienos tamen semper usurparunt, ut Persicos & Romanos. Muhammedus autem cum usuram in his tantum quæ pondere & mensura continentur, vetuisset, in his quæ numero constant eam admisit, ut in follibus, hoc est, minutis nummis æreis. Quod aliis Arabum doctoribus non placuit, ut infra dicam. Ergo ad ربوا, hoc est ad usuram vetitam, pertinere tantum voluit, quod in pondus ac mensuram cadit. Vocant معيار *mihar*, id est, libramentum vel sacoma quo ἐπίῤῥοπον aliquid constituitur tam in ponderibus quam in mensuris. Nam عيار vel عاور est examinare rem æque pōderis ac mensuræ, de quo infra. Præter illa quæ cadunt in المعيار, & pondere ac mensura constant, æqualitatem in permutando ac mutuando quamdam agnoscūt quę vocatur ab his المساواة مخلص, id est, *æqualitas libera*, quā distinguunt ab ea quæ الشرعي dicitur, id est, legalis. Hæc est, quæ in mensura proprie consistit. Illa autem altera oculis, si forte, æstimatur, aut etiam numero. Si totidem ova, totidem poma ejusdem generis reddidero, aut totidem panes, etsi non pondus examussim respondeat, erit tamen æqualitas مخلص. Panes, non numero in fœnus dari, sed pondere, placuisse Abujosepho, in eodem jure notatum reperi. Ab censu τῶν στατικῶν καὶ μετρητῶν solent etiam excludere quod nominant حفنة, id nimirum, quod pugillo solet comprehendi, ut sunt quas Græci vocant δέσμας, fasciculos & manipulos rerum quarumlibet, quæ sic possunt teneri ut de manu in manum dentur. Fruges præterea arboreas, ova, & alia

hujus-

hujusmodi, extra pondus & mensuram constituunt. Ideo & accessionem in his permutandis non improbant. In vestibus quoque & pannis ejusdem generis dandis eam admittunt, quia genus quidem in his reddendis spectatur, pondere tamen & mēsura non consistunt, hoc est, قدر. Sed hæc alibi. Quod ad res attinet solo pretio caras, vix etiam possint ac ne vix quidem intra quantitatis normam redigi, ut mutuo dentur. Certe si rem aliquam mutuam utendam alicui concessero quæ solo manupretio, non materia, cara sit, recepturus non eamdem sed aliam paris manupretii, quia meam detritam, si forte, usu, ac deteriorem factam, vilioremque, non paterer mihi reddi, hoc mutuum consistet non in quantitate, pondere utpota, numero, ac mensura, sed in pretio. Sive enim major sit, sive minor, nec usquequaque respondeat materiæ corpus, dum artificium & manupretium idem sit, mutui datio & in his procedet. Quæ pondere autem constant, ut sciamus quantum nobis inde sit reddendum, appendenda sunt, ut olim ante nummi signati usum, æs, ferrū, plumbum, argentum, aurum, immo & post nummos repertos, etiam nunc aurei argenteique, quibus, ob metalli pretium, ratio ponderis constare debet. Præterea pix, cera, mel, aliaque hujus generis. Mensura constant omnes species, ut vocantur, hoc est, fructus tam aridi quam liquidi, vinum, oleum, triticum, hordeum, & similia. Numero expensa feruntur minuta omnia nummorum genera, quæ non appenduntur, sed numerantur, etiam aurei argenteique, si appareant integri & asperi, aut si mos sit eos non appendi; quidquid denique *pecuniæ numeratæ* nomine Latinis appellatur. Dantur hæc omnia ad utendum, nec enim aliter mutuo sumerentur, sed quia usu consumuntur, ne usu concesso etiam proprietas donata videretur, ideo conditione

opus

opus est, uti ea nobis reddantur, non in eadem specie quæ consumpta est, sed in eodem genere. Ut non idem triticum, non idem vinum, sed aliud: non idem nummi, sed alii. Tenemus quid detur in mutuo, & ad quid detur. Nunc est definiendum. *Mutuum*, igitur, *est quod utendum datur ut reddatur, in eodem genere, ex his rebus quæ pondere, mensura, numero consistant.* Hæc gratuiti mutui & vere mutui, verissima ac plenissima definitio. Nec opus est addi, ut Molinæus censuit, *ut pecunia vel aliud, quod mutuo datur, fiat accipientis.* Quod enim utendum ex his datur, cum aliter usus earum non procedat nisi accipientis fiant, ideo adjicere superfluum. Nec debet etiam adjici, quod *gratis*. Hoc enim habet verum mutuum. Ne tertio quidem adjecto opus, quod *detur jus utendi aliquo tempore.* Nam qui in mutuo aliquid dat utendum, si tempus non præstituat, potest repetere cum velit. Atque ita olim solebant in mutuo. Cicero Tusc. I. *Natura dedit usuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur quod queraris, si repetit cum vult? Ea enim conditione acceperas.* Quandoquidem autem liberum est ei qui mutuo dat, aut diem præfinire, aut non præfinire, non debuit id definitio complecti. De quarto vero ut accipiens teneatur reddere idem genus in definitione comprehendimus. Eadem omnia cõveniunt & fœnori sive mutuo fœnebri, si huic adjeceris usuram, quasi pro usu mercedem, quam illud non habuit. Hæc igitur seorsim definienda. Quidam ex veteribus *accessionem esse crescentu in dies singulas pecunia* dixerunt. Isidorus ex antiquo scriptore aliquo, & fortasse Iurisconsulto scribit esse *incrementum fœnoris, ab usu aeris credita appellatum.* Et melius quidem illi quam recentiores, qui omnes lucrum esse definitionibus suis volunt. Arabes in regulis juris Muhammedani capite de usuris sic eam definiunt:

هي فضل خال عن عوض شرط لاحد العاقدين في المعاوضة

Est excessus vel accessio præter mutuum, quæ pacto constituitur uni ex contrahentibus in mutui conventione, vel potius, *in permutatione*, vel *mutui reciprocatione.* Nam واضع in tertia conjugatione, est eum aliquo rem pro re commutare, خال عن عوض ad verbum est, *vacuum à mutuo.* Id enim quod ultra sortem mutui datur, extra mutuum est. Quidam ita eam definiunt: *usura est lucrum supra sortem exactum tantum propter officium mutuationis.* Quæ multis modis non mihi probatur. Primum usura non est proprie lucrum, sed merces. Nec propter officium mutuationis accipitur, sed propter usum pecuniæ. Aliud autem est *merces*, aliud *lucrum.* Hoc adventicium est, & extra rem. Illa profecticia ex ipsa re. Lucrum est, cum minore fœnore acceptam quis pecuniam majore occupat. Lucri enim facit quod plus è pecunia fœnore ad hoc accepta, ut fœnore daret sub gravioribus usuris, percipit. Merito itaque Augustus referente Suetonio Equites aliquot notavit, *quod pecuniam levioribus usuris mutuati, graviore fœnore collocassent.* Nihil habebat quod reprehenderet, si graviores illas usuras ex sua pecunia percepissent. Ibi lucrum turpe honestioris conditionis homini, hic merces ex re sua, & quæstus non inhonestus nec prohibitus. Lucrum erat cujus causa olim sectores bona damnatorum in auctione æstimabant, atque redimebant, quæ postea singulis è populo pecunia vēderent. Inde enim dicti *Sectores* teste Asconio quod spem lucri sui sectarentur. Lucrum est etiam quod captat omnis cocio, qui rem emit viliori pretio, ut carius vendat. At qui suas merces, ut vinum, & triticum quod in

suo agro natum est, venum exponit, non lucrum facit, sed ex re sua pecuniam conficit. Rursus qui pecuniam suam dat mutuam & pro usu stipulatur usuram quasi mercedem, non in lucro id magis deputandum, quam quod ex ædium locatione mercedis adeptus est, aut ex agro quem colono exercendum locavit. Quod ex opera sua capit bajulus, non id ei lucri vicem obtinet, sed pro mercede est laboris quem impendit. Merces denique est quod quis ex merito capit pro re quam dedit, aut opera quam præstitit. Atque inde nomen à *merendo*. Nam & *merere* dicuntur qui mercedem ex suo labore, opera vel opere capiunt. Lucrum vero ob nullum meritum percipitur. Locatur autem pecunia quæ fœnore datur, non alio modo, quam ædes, aut ager, aut opera pro quibus merces exigitur, ab his qui ea conduxerunt. Græci nunquam κέρδος nominant, quod ex usuris acquiritur pecuniæ mutuaticæ, sed τόκον usuram proprie nuncupant, & ἐπωφελήματα, id est, *fructum*, & ὠφέλημα, id est, *commodum*, & μισθὸν, mercedem. Latini similiter his omnibus nuncupant nominibus. Horatius:

Hic quinas capiti mercedes execat.

Et apud Pomponium in Atellana *Græca merces* pro usura Græca. *Commodum* Volusiano: *Centesima quæ commodi aut usurarum nomine ad sortem applicaretur.* Constantinus leg. 1 Cod. Theod. de usuris: *Quod si conventus creditor propter commodum usurarum, debitum recuperare noluerit.* Forte etiam apud Volusianum scribendum: *quæ commodi usurarum nomine.* Sic *commodum usurarum* dixit Constantinus supra scripta lege. Ita apud Acronem vetustum Horatii interpretem, *commoda fœnoris*, in secundam Epodôn: *fœneratorem quemdam inducit Alphium qui laudans vitam rusticam, commoda tamen fœnoris non omittit.* At *commodum* etiam pro salario, præmio & mercede. Ut *commoda* militum. *Romule militibus*

cibus scisti dare commoda solus. apud Ovidium. Et apud Cassiodorum *solemnia commoda* quæ συνήθεια Græcis, lib. XI. Var. epistol. VIII. Et alibi passim apud eumdem *commodum* est salarium. Tertulliano *fructus fœnoris* usura appellatur, id est, creditæ pecuniæ fructus. Nulla igitur harum definitionum placet, quæ usuram *lucrum* esse statuit, *ex mutuo exactum*, vel ut alii, *debitum*, vel ut quidam *contractum*. Qui in ære suo est, & pecuniam suam exercet, dum utendam foris dat, mercede pacta, quod ex usu ejus capit non est lucrum, sed merces. Quodcunque enim in pensationem aut laboris, aut operæ, aut artis, aut rei cujuscunque nobis datur, non lucri vicem obtinet sed mercedis. Lucrum quippe id proprie quod aliunde nobis obvenit, ex occasione aliqua, aut causa, quæ nobis plus ex re quam sperabamus reddit, & supra quam res ipsa æstimatur: aut etiam quum calliditate nostra & industria, ut plus reddat quam valet, efficimus. Sic κέρδος Græci appellant à calliditate, & astutia. Inde & κερδὼ vulpes. Latini *lucrum* à luendo, ut Varro recte docet, & est contrarium damno. Nam damnum, ut idem dicit, *à demptione cum minus redactum quam quanti constat.* Qui rem magno emptam, minoris vendit, damnum facit. E contrario lucrum est cum minore emptam, pluris vendit. *Lucrum*, inquit, *à luendo si amplius quam quantum ex eo lucri erit est redactum.* Ita enim apud Varronem legendum. Ita Græci ζημίαν & κέρδος opponunt. Qui minus quam debet ex re sua percipit, illi ζημία est. Qui plus quam recipere par est, capit, κέρδος facit. Qui ergo minoribus usuris pecuniam mutuatur, quam majoribus fœneretur, non merces ea usura est quam capit, sed lucrum. Contra emptor, qui rem majoris emptam minore pretio alii addicere, vel illi ipsi à quo emit, cogitur, damnum patitur, ac ζημιοῦται. At qui suam pecuniam mutuam dat, & pro ejus usu quanti sua interesse judicat, usuras

petit, mercedem exigit pro usu rei suæ non lucrum captat. Itidem qui rem suam vendit, aut locat quanti plurimum potest, pretium aut mercedem rei suæ auferet, non lucrum. Quod & ex his quæ in sequentibus sumus dicturi magis constabit. Non igitur brevius, aut verius potest usura definiri quam *esse mercedem pro usu pecuniæ mutuo datæ*. Multæ quidem aliæ res præter pecuniam in mutui contractum cadunt, & usuræ ex aliis pluribus causis debentur quam ex mutuo. Præterea certum est eas non aliter in plerisque casibus jure civili Romano deberi nisi in stipulationem deductæ sint. Quæ omnia tamen non est necesse definitione comprehendere. Quæ enim ex alia causa quam ex mutuo debentur, ad exemplum usurarum mutuitarum constitutæ sunt, & præstantur citra conventionem, vel ex lege, vel ex officio judicis. Ex lege, ut usuræ rei judicatæ: ex officio judicis, quarum modus æstimandus judicis arbitrio permittitur, ut in omnibus bonæ fidei judiciis, idque ex more regionis in qua contractum est, ut habetur leg. 1. D. de usuris. Satis igitur fuerit si definiamus hoc modo: *Usura est merces pro usu rei mutuo datæ, sive ex stipulatu, sive alia conventione debeatur præstanda.* Reliquæ usuræ quas proprie compensativas volunt esse Jurisconsulti quæque ex alia causa quam ex mutuo debentur, ex credito deberi, potius videntur. Nam *in creditum abire* dicitur, quodcunque quis ex quavis causa debet, ut superius docuimus. Atqui de mutuo tantum hic agimus, cujus usuræ proprie sunt, & ad ejus instar etiam ad alios contractus bonæ fidei translatæ, ut in venditione & emptione ex mora pretii tardius soluti, & in aliis. Quæ usuræ ex credito potius, quam ex mutuo præstari quis dixerit, ut *creditorem*, cui ex debentur. In creditum quippe abire conducteri merces quam debet, & emptori pretium quod non solvit, cujus usuras ex mora uterq; præstare tenetur, non ut rei quam mutuo acce-

pit.

pit, sed ejus quæ ipso abiit in creditum, hoc est, pensionis aut pretii cujus solutioni mora facta est. Certum tamen est, quamvis tam late pateat *credidi & credendi* significatio, Jurisconsultos & reliquos idoneos auctores non dicere *ex credito* deberi, quod ex alia causa debetur quam ex mutuo, ut ex Seneca ante notavimus. Nec aliter Ulpianus intellexit, cum *crediti nomine* obligari eum dicit qui ex mutui contractu erat obligatus, leg. IV. D. de rebus creditis. *Crediti* nomine nihilominus non tantum quod mutuo datum est, intellexerunt, ex iis rebus quæ quantitate constant, id est, pondere numero & mensura, sed quidquid alicui debetur ex quacunque causa. Nam inter *creditum & mutuum* tantum interest quantum inter genus & speciem. Quod igitur ex empto debetur, quod ex locato, etiam quod ex delicto & quacunque alia ex causa, *crediti* nomine cõsetur, quia *creditor* est cui debentur, ut constat ex leg. XII. D. de verborum signif. ut supra pluribus adstruximus non hic repetendis. Ex quibus apparere potest, quam falsum sit quod scribit Hotomannus ad Tit. de usuris, creditum, sive mutuum *gratuitum* esse, fœnerationem vero *quæstuariam*. Et fugit eum plane ratio dum aliud esse *credere*, aliud *fœnerari* probare contendit ex leg. *gravius* de fidejussoribus, quæ aliter capienda. Verba legis sunt: *placet mandatorem teneri etiam si creditori fœneraturo mandet pecuniam credere.* Vult agi de eo in hac lege cui mandatum erat, ut crederet pecuniam Titio, quam illi fœnerarat, id est, non solum crediderat, verum etiam aliquam accessionem stipulatus erat. Atqui quisquis fœnerat pecuniam, etiam credit, non vero quisquis credit, utique etiam fœnerat. Græci auctores τὸ μετάδοσιν in mutuo & depósito præcipue usurpare solent. Hinc illa Nicolai Damasceni de Indis: Παρ' Ἰνδοῖς ἐὰν τις δανείσηται ἢ παραθήκην λάβῃ, οὐκ ἐπιγράφουσιν οὐδὲ συγγραφὰς ποιοῦνται· ἀλλὰ μετάδοσιν ἀπαιτοῦσιν ἢ μετάδοσιν. Non esse

actionem ei apud Indos qui depositō aut mutuo fraudatus sit, sed ipsi sibi imputare qui credidit. Vide & Aristotelem in Problematis sect. xxix. Atqui non minus *mercēd* qui commodat, & qui pignori dat. Sed nec minus credit qui pecuniam mutuam dat cum usuris, quam sine usuris. Tamen credita pecunia proprie de mutuo data. Hinc Ulpianus leg. iv. & leg. x. D. Si certū petatur, *creditā pecuniam*, à deposita distinguit. Placet autem Hotomanno, *credere* esse proprie sine usuris & *fenerari* cū usuris. In quo fallus est. In supradicta enim lege *credere pecuniam* pro fœnerare etiam accipi potest, immo & debet. Dicit enim mandatorem teneri etiamsi creditori qui pecuniam fœneraturus est, mandet, ut pecuniam credat, id est, ut fœneret. Nā quamvis sine mādato alicujus id facturus est, si tamen mandet ei aliquis, ut pecuniam fœneret, tenetur ille mandator. Hic solus hujus legis in qua *credere pecuniam*, idem est omnino quod fœnerare. Apud Cæsarem de bello Civili lib. iii. Cœlius legem promulgat in favorem obæratorum, *ut sexennii die sine usuris credita pecunia solvantur*. Quæ nimirum creditæ erant cum usuris, ad expediendos debitores, ut sine usuris per sexennii tempus solverentur, edixit. Idem Cæsar dictator *de modo credendi* legem tulerat de qua Tacitus lib. vi. Annalium, qua lege non tantum modum usurarum determinaverat, sed etiam quantum quisque in fœnore pecuniæ positum habere deberet, præscripserat. Quod ad mutuum attinet, quod est credita species, male idem Hotomannus perpetuo censet à fœnore distinguendum, & gratuitum haberi. Atqui non ita est. Nam in jure Digestorum & Codicis fere semper *mutuum* accipitur pro fœnore sive mutuo fœnebri, & *mutuari* pro mutuam fœnebrem pecuniam accipere. *Mutui nummi* sunt cū usuris accepti, in exēplo chirographi quod extat leg. xii. D. de usur. *Ille scripsit me accepisse & accepi ab ille mutuum & numeratos decem, quos ei reddam Kalēdis illis proximis cum suis usuris placitis inter nos.* Sed clarissime id patet ex leg. iv. D. Si certum petatur, his verbis: *Si quis nec causam, nec propositum fenerandi habuerit, & ita creaturus pradia desideraverit mutuam pecuniam, nec voluerit creditæ nomine antequam emisses suscipere.* Ubi *mutua pecunia* dicitur, quæ fœnore datur. Et alibi passim. Nec etiam puto distingui in lege *præsides*, D. eodem titulo, ut perperam putavit Hotomannus: *Præsides provinciæ officiales quia perpetui sunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere possunt.* Non enim hic *mutua pecunia* distinguitur à *fœnebri*, sed idem est ac si dixisset, mutuam pecuniam fœnebrem dare, aut mutuam dare cum usuris. Est enim figura ἐν διὰ δυοῖν. Ut & in lege quæ præcedit: *Principalibus constitutionibus cavetur, ne hi, qui provinciam regunt, quia circa eos sunt, negotientur, mutuamve pecuniam dent, fœnusque exerceant.* Non, ut hic putat magnus Jurisconsultus, mutuam pecuniam dare, est sine usuris & gratuito dare, sed fœnerato. Cur enim prohiberentur rectores provinciarum mutuam pecuniam gratis dare? Nam & ipsi fœnebrem à provincialibus sumere non verantur, lege sequenti: *Præses provinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur.* Ad tollendum ambiguum, cum dixissent *mutuamve pecuniam dent*, ne quis ibi de mutuo gratuito intelligere posset, subjunxit, *fœnusque exerceant*. Nec enim interdictum credo provinciarum rectoribus illa lege, benignos, & benevolos, se ostendere provincialibus quos regebant, sed ne fœnore eos demergerent & usuris vexarent. Lex iii. C. eodem, simpliciter dicit, *eos, qui officium administrant, neque per se, neque per suppositas personas tempore officii sui in provincia fœnus agitare posse, sæpe esse rescriptum.* De fœnore igitur tantum cautum, non de gratuito mutuo. *Fœnus agitare* ergo potuit pro eo

quod est in lege Principalibus, *mutuam pecuniam dare fœnusq; exercere.* An non hæc verba idem volunt quod pecuniam mutuam fœnore dare, vel pecuniam fœnebrem mutuo dare, & in mutuo dando fœnus exercere? Græci interpretes aliter acceperunt in Synopsi Basilicorum, & *pecuniam mutuam dare* reddiderunt δανείζειν, *fœnus* autem *exercere*, τοκίζειν. Sic enim verterunt: τὸ ἀργύριον τὸ ἐπιτοκίζειν, ἤγουν τὸ αὐτὸν τοῖς ἐπαρχιώταις ἀπαγορεύειν δανείζειν, ἢ τοκίζειν, οἱ δὲ παλαιότατοι δανείζειν, ἢ τοκίζειν. Hinc notare doctissimi Glossatores tria interdicta hac lege præsidibus provinciarum, negotiationem, mutuum & fœnus. Ergo *mutuum* hoc gratuitum. Quod non concedo. Cur enim non & commodatio ipsis quoque prohibita? Æque fane potuit, immo & debuit. Atqui non vetiti præsides provincialibus beneficos se præbere, gratuitam pecuniam mutuam dando, & commodando, sed damnis eos afficere & usuris gravissimis pro libito enecare, quod ipsis impune cessisset. Qui pas enim reddere adversus improbos fœneratores, eosq; modum lege præscriptum excedentes coercere debebant, merito eos lex fœnerari vetuit. Si modum quippe ipsi excessissent, quis usus fuisset in pas vocare? Nemo vero fœnerationi sese dabat quin si liceret ad infinitum eam extenderet, præsertim ubi abesset metus pœnæ, ut in judice hoc præside. At idem non vetabantur pecuniam fœnebrem à provincialibus sumere. Et hoc merito etiam. Nullum enim inde periculum vexationis aut malemactationis à præside provincialibus. Multo validior ratio qua permitti præsidibus oportuit gratuitam pecuniam hominibus è provincia cui præerant, mutuo dare. Munificentiam hoc modo suam in provinciales exercuissent. Quam quis unquam præses exercere prohibitus est? Inter liberalitates & munificentias Cæsarum referendas legimus in Historia Romana aliquot ex his eo nomine commendatos.

mendatos, quod magnam pecuniæ vim ex publico gratuitam populo dandam mutuam curaverint, sine usuris in annos paucos utendam. Hoc de Tiberio narrant Tacitus & Suetonius. De Alexandro Severo Lampridius, quem dicit *Fœnus publicum trientarium exercuisse, ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit ad agros emendos, reddendas de fructibus.* Quis hoc officii vel beneficii genus improbasset in rectore provinciæ, quod factum ab Imperatoribus pro maxime munifico ac liberali animo in plebem Romanam auctores tantopere laudant? Pecuniam itaque mutuam dare in illa lege, non est gratuitam ac sine usuris dare. Nam & Jurisconsulti ipsi, & auctores illius ævi, *gratuitam pecuniam* solent vocare quæ sine usuris mutuo datur, ut alibi in hoc opere observamus. Præterea quod interpretes Basilicorum *pecuniam mutuam dare* δανείζειν hic reddunt, & λόγῳ χρεωφειλήτου distinguunt, δανείζειν ibi non videtur accipiendum, pro *mutuam pecuniam gratis dare.* Nam lege 11. Cod. eodem, qua dicitur, *sæpe rescriptum esse, eos, qui officium administrant, neque per se, neque per suppositas personas, tempore officii sui in provincia sua fœnus agitare posse,* iidem interpretes, illud *fœnus agitare*, verterunt simpliciter δανείζειν, his verbis: ὁ ἄρχων ὁ ἐπαρχίαν ἐπιτροπεύων, ἢ στρατηγῶν, ἢ δι' αὐτοῦ, ἢ διὰ ἄλλου μέσου ἀπαγορεύεται, ὥστε τὰ ἑαυτοῦ ἢ ἄλλου ἄρχοντος δανείζειν δύνασθαι. Quomodo igitur in illa lege, δανείζειν & τοκίζειν distinxerunt, si δανείζειν est *fœnus agitare?* Quid enim aliud erit τὸ τοκίζειν? Si non est figura ἐν ἀλλήλοις δυοῖν, ut diximus paulo ante, certe illud erit quod jam dicemus. Prohibentur præsides suprascripta lege, *negotiari, mutuam ve pecuniam dare, fœnusve exercere.* Tria sane hæc sunt, sed *mutuam pecuniam dare, & fœnus exercere*, non aliter differunt, nisi τὸ ἔλαττον καὶ τὸ σφοδρόν. *Fœnus exercet*, qui hoc ipsum agit ex professo, qui omnem suam pecuniam in fœnore positam habet,

qui merus est fœnerator, & nundinationem illam negotiationemque fœnebris pecuniæ profitetur, ut solent argentarii & nummularii. Pecuniam vero mutuam dat, qui sub usuris partem aliquam pecuniæ dat mutuo, non studio fœnerandi, sed ut aut amico petenti gratificetur, aut ut inopiæ temporariæ laboranti subveniat. Sic leg. IV. D. Si certum petatur, qui empturus erat prædia pecuniam mutuam petit ab eo qui nec causam, nec propositum fœnerandi habebat. Quodcunque horum sit, certum est, aliud esse *mutuam pecuniam sub usuris dare*, aliud, *fœnus exercere*. Qui calceum facit, ut faciebat ad usum suum Hippias, non tamen est sutor. Qui vero sutrinam exercet, is sutor dicendus. Ita de aliis. Qui rem suam vendit sibi superfluam, & alienam emit cujus indiget, non vere est mercator, etsi vendat ematque. Bonum patrem familiæ dicebat Cato *vendacem magis quam emacem esse oportere*. At qui mercaturam exercet, is solus habendus mercator. In sequenti ejusdem legis paragrapho similiter distinguuntur, *pecuniam mutuam dare*, & *fœnebrem exercere*. Ad hanc legem autem quod adnotant periti Jurisconsulti qua negotiari judices prohibentur, addendum esse quod de Thebanorum lege scribit Aristoteles lib. III. de Rep. cap. XI, id prorsus εσφετέριζον, nec ad rem pertinet. Ibi enim tradit philosophus, legem hanc fuisse Thebanis, non posse magistratum apud eos capessere ὃ Νόμος ἐστὶν ἀπὸ ἀπραγμοσύνης ἀρχεῖν. Quod non de omni mercatura intelligendum est, ut censuit paraphrastes, sed de solis cocionatoribus, & καπήλοις, aliisque artificibus sellularis, qui in foro totos dies sedent, aut ibi tabernas habent & officinas ad res suas & merces vendendas. Sensus illius legis, qui artem sellulariam fecerit, aut negotiationem sordidam, non posse Thebis ad magistratum pervenire, nisi totos decem annos illa negotiatione & arte abstinuerit. Quod ad alios mercatores, quos Græci vocant ἐμπόρους, non pertinet, ut infra simus dicturi. Parum denique illud convenit cum hac Romana lege, quæ Præsides provinciarum in provincia cui præsunt quamdiu eam regunt, negotiationem ullam exercere, sive fœnebrem, sive aliam, ac ne quidem pecuniam ulli mutuam sub usuris dare permittit. Illi porro constitutioni, quæ illidem permittit pecuniam in provincia fœnebrem sumere, videtur adversari alia constitutio Honorii, leg. XVI. Cod. eodem quæ sic habet: *Qui quis judici pecuniam fœnebri mutaverit, si in provincia fuerit versatus, quasi emptor legum atque provinciæ: vel si quis collectarius honoris præmium dederit ambienti, exilii pœna una cum ipso judice plectetur.* Mirum leg. XXXIV. D. eodem, non prohiberi præsides provinciarum mutuam pecuniam fœnebrem sumere, & in hac quæ in Codicem relata est sub eodem titulo, non solum prohiberi, sed etiam exilio multari qui sumpserint, cum eo qui dederit. Si simpliciter utriusque Legis mentem interpretemur, nihil magis contrarium, quam altera est alteri, fingi potest. Si aliqua est ἐξαίρεσις quæ crimen in hac ultima prægravet, videndum qualis sit. In his verbis esse oportet, *si in provincia fuerit versatus*. Quod docti Jurisconsulti exponunt, *si creditor qui pecuniam mutuam præsidi dedit, in provinciam venerit cui ipse præsis præsit*. Non potest hic esse sensus eorum verborum, *si versatus in provincia fuerit*. Sed ponamus esse. Cum hæc causa allegetur, quia præses ille quasi emptor habeatur provinciæ atque legum, ut statim adjicitur, nullam possum talem odorari in his quæ dicta sunt. Quid enim? Lex digestorum, quæ permittit præsidibus pecuniam fœnebrem in provincia cui præsunt accipere, ab omnibus ut accipiant, licentiam dat, sive in provincia maneant & versentur, sive ex alia regione in eam venerint. Intimo tanto facilius permitteret mutuari ab his qui non sunt ejusdem pro-

vinciæ sed advenæ. Ne Græcam quidem Basilicorum hujus legis interpretationem satis intelligo quid velit: ἐὰν ὢν τῇ ἐπαρχείᾳ ἧς ἄρχει παραγένηται. Quod vertunt, & vero sic verti debet: *si in provinciam cui præest, venerit.* Aliud est, *in provincia versari*; aliud, *in eam venire.* Minima mutatione, transpositis tantum unius vocis litteris scribendum arbitror in Latino: *si servatus in provincia fuerit.* Hoc est, si conservatus ac retentus in provincia fuerit, si prorogatum ipsi tempus regendæ provinciæ fuerit. Nec puto aliter legisse Græcos Basilicorum interpretes, si recte ac quomodo ipsi scripserunt in eorum interpretatione legatur, nempe hoc modo: ἐὰν ὢν τῇ ἐπαρχείᾳ ἧς ἄρχει περιγένηται. Apparet plane eos in Latino invenisse, *si servatus fuerit.* Nam περιγένεσθαι, est servari, superesse, superstitem esse. Ad verbum quidem reddiderunt, sed nescio an mentem legis assequuti sint. Potest tamen & περιγένεσθαι si forte intelligi de tempore administrationis prorogato, quo in provincia adhuc servati ac retenti quasi ipsi sibi superstites sint. Utut res sit, certum est hunc esse hujus legis sensum. Si præses provinciæ pecunia data effecerit, ut provinciæ administrationem, finito tempore, adhuc conservet & retineat, tempusque ipsi prorogetur, quasi emptor provinciæ atque legum habendus est. Si pecuniam illam mutuam sumpserit qua provinciam quodammodo emat, qui eam mutuavit, simul cum ipso exilio plectitur. Quæ sequuntur in eadem lege id plane confirmant, *vel si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti, exilii pœna una cum ipso judice plectetur.* Par quippe crimen est, si quis novum honorem ambiens, præsidatum puta provinciæ, pecunia eum obtinere studeat, &, si jam adeptus, ut sibi ultra statutum tempus honos ille continuetur, nummis datis assequatur. Pari ergo crimini par supplicium lex irrogat, & utrumque exilii pœna afficit, cum illis etiam fœnera-

fœneratoribus à quibus pecuniam ad hoc mutuari fuerint. Collectarii sunt nummularii, sive fœneratores qui mensæ argentariæ præsunt, & publice profitentur fœnerandi negotiationem. De quibus in sequentibus nos plura. Ut ad rem redeamus. Digestorum multis & Codicis locis, & fere ubique, qui mutuam pecuniam accipit aut dat, sub usuris dat aut accipit. Leg. XIV. Cod. de usuris. *Si ea pactione uxor tua mutuam pecuniam dedit, ut vice usurarum domum inhabitaret.* Vide & leg. VIII. eodem. Hinc apud Agellium lib. XX. cap. 1. *pecunia mutuatica*, ἡ δανειστική. *Hanc autem fidem majores nostri non modo in officiorum vicibus, sed etiam in negotiorum quoque contractibus sanxerunt, maximeque in pecuniæ mutuaticæ usu atque commercio.* De lege ea loquitur qua fas erat partiri ac secare corpus debitoris qui solvendo non esset inter creditores. Mutuatica ibi plane est δανειστική ac sub usuris credita. Quo loco male corrigunt *mutuaticiam* viri docti, pro *mutuatica*. *Mutuatica* est quam dat mutuam creditor, *mutuaticia* quam accipit debitor. Sic *venaticus* canis ὁ θηρατικός, *venaticia* præda ἡ θηρατικά. Sic *multatica* pecunia qua multat reum judex. *Multaticia* qua multatur reus, & quam solvit. Sic *locaticius* qui locatur, μισθώσιμος. Et *conducticium* quod conducitur, τὸ ἐπιμισθώσιμον. Non bene hæc à quibusdam confunduntur. Sic & *fœneraticia* apud Justinianum eadem cum *mutuaticia*. Hæc obiter. Ita ergo mutuum passim pro fœnore. Mutuum quidem per se est conventio quæ re contrahitur, & eatenus obligat quatenus res datur, in quo si usuras pro usu præstandas adjungi quis velit, nova conventione opus est quæ verbis contrahitur, hoc est, stipulatione, quæ est nova obligatio, ut est in leg. CXXI. de verb. signif. Ubi dicitur, *usuram pecuniæ, quam percipimus, in fructu non esse, quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est, nova obligatione.* Novam illam

illam obligationem interpretatur stipulationem subjectam Hotomannus, & recte quidem. Sed quod etiam vult, *diversam esse conventionem mutui & usurarum, & illam quidem re semper contrahi, istam verbis, id est, stipulatione: mutuum esse contractum juris gentium, qui naturalis appellatur in leg. CXXVI. D. de verborum oblig. usurarum contractum esse juris civilis, stipulationem quippe esse qua ex jure civili: Praterea ex pecunia numeratione actionem mutui nasci, at ex illa usurarum petitionem non nasci, sed ex nova obligatione, id est, ex stipulatione:* videndum an hæc omnia recte ab illo eradantur. Primum quod usuras non nisi ex stipulatione deberi posse innuit, in eo falsus est; nec enim fallere voluit. Non tamen potuit ignorare in multis casibus etiam ex nudo pacto exigi solitas. Quod & Justinianus clare dixit in Novella CXXXVI. καὶ δὴ καὶ πολλῶν ἐστιν ὑπογράφειν ἐφ' οἷς καὶ ἀπαιτεῖσθαι ἔνεστι, καὶ ἐὰν συμφώνου μήτε παρῇ. Qui mutuam pecuniam accipiebant ab argentariis, ex nudo pacto usuras solvebant, etsi in stipulationem deductæ non essent, ut ea ipsa Novella traditur. In trajecticia pecunia non solebant stipulari usuras creditores, sed ex sola pactione eas percipiebant. Ex nudo pacto debebantur civitatibus usuræ creditarum ab eis pecuniarum, ut dicitur in leg. XXX. D. de usuris. In tritico & hordeo, aliisque frugibus mutuo datis, accessio, id est, usura, etiam ex nudo pacto præstanda erat. leg. XII. Cod. de usuris. Præterea, etsi usuræ fœnebres mutui sine stipulatione vulgo peti non possent, tamen ex pacti conventione, si contigisset eas solvi, neque repetebantur, neque in sortem erant accepto ferendæ. leg. III. Codic. eodem. His adde, quod & citra pacti conventionem, nedum stipulationem, etiam usuræ exigebantur, ut in omnibus bonæ fidei judiciis, ex mora. Quod & Justinianus in supra scripta Novella CXXXVI, καὶ ἐγγράφως ἢ ἀγράφως

καὶ ἐπὶ πολλοῖς, non omisit monere his verbis: ἐὰν δὲ μήτε ἐν συμφώνου, ἀλλ' αὐτομάτως ἐκτιθῶσι ἀργυραμοιβοί. Apud Græcos sola pactione usurarum obligatio contrahi solebat, ut & mutui ipsius. Ex his ergo constat, ne apud Romanos quidem semper necessariam fuisse stipulationem ad usuras exigendas, nec proprium ubique hunc dicatum usuris contractum. De mutuo nunc videamus, hoc est, ipsa sorte, quomodo ejus obligatio constituatur. Inter obligationes quidem refertur, quæ re contrahuntur, non verbis; quæque eatenus contrahentes obligant, quatenus res data est. Non propterea tamen crediderim, ex numeratione sola pecuniæ actionem mutui nasci. Nam & in deposito numeratur pecunia, nec tamen ejus dominium transfertur; ut nec in commodato, cum pecunia ad ostendendum tantum commodatur. In donatione ex numeratione transfertur dominium ad eum cui donatur; in mutuo ita fit accipientis, ut tamen post certum tempus ad dantem redire debeat. Intervenire ergo ad hoc pactionem necesse est, ut reddatur. Non itaque ex sola numeratione actio mutui nascitur, sed etiam ex pacto. Ergo ex utroque. Nam numeratio præstat ne nudum sit pactum. Ex nudo quippe pacto non datur actio. Pactum vero legem numerationi ponit ne ad alium contractum facta censeatur quam ad mutui. Et re quidem contrahi hæc obligatio dicitur propter numerationem quæ intervenit. Naturalis autem hæc obligatio non solum numerationis gratia, sed, quia quæ debentur ex pacto, etiam naturaliter debentur, ut habetur in leg. V. D. de solutionibus. *Quod solvitur in usuras, ad utramque causam usurarum, tam debitarum, quam indebitarum, pertinere. Puta quadam earum ex stipulatione, quædam ex pacto naturaliter debebantur.* Hoc non de nudo pacto, sed de eo cui numeratio intervenit, intelligendum. *Numeratione autem pecuniæ,* ut ait Ulpianus

pianus leg. VII. D. de rebus creditis, *æque atque stipulationibus omnia inseri possunt, atque adeo etiam conditiones.* Hinc, ut notat Pomponius, lege sequenti, mutui datio interdum pendet, ut ex postfacto confirmetur, veluti, si quis det alicui mutuos nummos, ut, si aliqua conditio extiterit, ejus fiant, sibiq; sit obligatus. Ita certe. Nisi enim qui dat mutuam paciscatur sibi reddendam, & in alia quidem specie, nec jus repetendi haberet, cum videri posset donasse, nec usum accipienti videretur concessisse si eamdem speciem reddi convenisset. Et pactum quidem istud, quo de reddenda in eodem genere pecunia mutua cavetur, non nudum est, ut illa sunt ex quibus nulla actio nascitur, sed cum re ipsa conjunctum, id est, numeratione pecuniæ. Sic explicanda lex XX. Cod. de pactis. *Traditionibus & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur.* Nuda pacta sunt, cum non præcessit datio, sed de dando tantum convenit. Atque ita Græci: ψιλὰν δὲ σύμφωνόν ἐστιν, ἡνίκα μὴ προηγήσεται δόσις, ἀλλὰ μόνον συστῇ ἐπὶ δόσει. In mutui datione, cum numeratio ac traditio pecuniæ creditæ præcedat, non est nudum pactum, ideo ex eo actio nascitur. Et sic etiam accipienda verba legis X. Cod. de pactis. *Nec obesse tibi poterit, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci, tunc enim hoc jure utimur, cum pactum nudum est, alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea convenit, utilis est condictio.* Ergo & in mutuo ubi pecunia datur, & de reddenda pacto convenit, ex ipso pacto actio mutui nascitur, non tantum ex numeratione pecuniæ. Jam intelligi potest in quibus casibus usuræ ex pacto præstabantur, non diversam fuisse obligationem mutui & usurarum. Ex nudo pacto eas præstari dicitur leg. XXX. D. de usuris, & leg. XII. Cod. eodem. Sed *nudum pactum* ibi intelligendum est, ad differentiam ejus cui subjecta, vel interposita stipulatio. In quibus igitur contractibus locus erat usuris

usuris ex pacto petendis, ut diversa non fuit obligatio mutui & usurarum, ita unico instrumento conventionis utrumque in pactionem deduci solebat. Sic enim chirographum concipiebatur: *Lucius Titius scripsi, me accepisse, & accepi, à Cajo Sejo mutua & numerata domo ex arca sua decem millia nummum, quæ ei reddam Kalendis Maij proximis cum usuris semissibus, sicut pacti sumus inter nos.* Ubi autem stipulatione opus erat ut usuræ præstarentur, mutui quoque ipsius solutio in stipulationem deducebatur, nec duæ exinde nascebantur obligationes, sed una verborum, ut est in leg. CXXVI. D. de verborum obligat. *Nam quoties pecuniam mutuam dantes eamdem stipulamur, non duæ obligationes nascuntur, sed una verborum.* Nec aliter certe fieri mos in omnibus chirographis, quibus mutuum simul & usuras se redditurum promittebat reus, & spondebat stipulanti creditori, ut infra pluribus dicam. Neque porro, quod addit Hotomannus, uno judicio sortem, altero usuras peti, nec unius petitionem alteri præjudicare, efficiet ut credamus diversam esse obligationem mutui & usurarum. Leges certe quas ad hoc probandum adducit nihil ejus opinionem adjuvant. Nam lex XXIII. D. de exceptione rei judicatæ, dicit, *si in judicio actum sit, usuræque sola petita sunt, non esse verendum ne noceat rei judicatæ exceptio circa sortis exceptionem.* Quis enim ex his concludat, alia obligatione usuras deberi, alia sortem, quia in judicio petitæ usuræ non præjudicent sortis petitioni? Non certe magis, quam ex eo, quod additur statim in eadem lege, aliquem etiam posse tantum persequi usuras ex bonæ fidei judicio. Nihilominus enim cedere & futuri temporis usuras dicit Jurisconsultus. Atqui dicendum etiam esset, diverso jure usuras ejusdem sortis deberi, quia petitio partis earum jam debitarum non præjudicium afferat petitioni futurarum, quæ nihilo secius current, quam-

quamdiu contractus bonæ fidei manebit. Nihilo magis facit lex xc. D. de verborum obligationibus. In ea Pomponius ait, cum stipulatus sum pro usuris legitimis pœnam in singulos menses, si sors soluta non sit, etiam si sortis obligatio in judicium deducta sit, adhuc tamen pœnam crescere, quia verum est, solutam pecuniam non esse. Quid inde colligere est, quo nobis probetur diversam esse obligationem usurarum, & sortis sive mutui? Immo certum eodem genere contractus, & conventionis, pœnam pro legitimis usuris in stipulatum deductam in singulos menses quamdiu sors soluta non esset. Ait Jurisconsultus, etiam si sortis obligatio in judicium deducta sit, non tamen pœnam cessare, sed crescere & singulis mensibus fieri auctiorem. Quam pœnam certum est ex eadem illa obligatione deberi quæ in judicium deducta sit. Ideo enim & pœnam crescere respondit, quia nondum soluta sors esset, etsi in judicio cœptum esset agi de obligatione sortis. Nam judicio cœpto, ut habetur leg. 1. Cod. de judiciis, non perimitur usurarum stipulatio. Nec tamen inde sequitur, alium fuisse sortis, alium usurarum contractum. Immo quamdiu durat sortis stipulatio, manet etiam usurarum: si illa perempta sit, & hæc perimitur. At Patricius Quæstor & antecessor sub Justino ante Justinianum rationem excogitaverat, qua actione principali sublata quoad sortem, nihilominus usuræ peti possent. Ut in actione personali quæ triginta annorum exceptione tollitur, sortis quidem nomine sublatam eam concedebat, sed non quoad usuras. Renovari enim eas quotannis ac renasci. Inde fieri ut trigesimo anno rei creditæ currente, curreret tantum vigesimus nonus usurarum. Quæ ratio non placuit Justiniano. Ideo recte constituit, qui principali actione cecidissent per exceptionem triginta aut quadraginta annorum, fructus aut usuras præteriti temporis frustra petituros. Nam principali

actione

actione non subsistente, actionem pro usuris & fructibus non posse moveri. Vide leg. 60. Cod. de usuris Ceterum, ut duo diversi videantur contractus, & duæ obligationes, fœnoris, ut loquitur, & crediti, hoc est, usurarum, & sortis, alia re contracta, alia verbis, adfert & hanc rationem idem Hotomannus, nec meliorem supra dictis, quod nimirum stipulatio sortis certa sit, usurarum incerta. Quasi vero hoc proprium sit usurarum, ut semper incertæ in stipulationem deducantur, aut sortis, ut semper certa. Incerta est stipulatio usurarum si incertæ veniant in stipulatum. ut, *qui sortem stipulatur, & usuras quascunque, certum simul & incertum stipulatus videtur*, inquit Jurisconsultus leg. LXXV. D. de verborum obligat. Certum quantum ad sortem; incertum, quantum ad usuras. Adeo autem falsum est ea re distingui debere stipulationem sortis à stipulatione usurarum, quod illa certa, hæc incerta, ut usuras incertas in stipulationem deductas non deberi certum jus sit. leg. XXXI. D. de usuris: *Quod in stipulationem sic adjectum est, & usuras, si qua competierint, nullius esse momenti, si modus certus non adjiciatur.* Et leg. XII. D. eodem, quidam in chirographo suo scripserat se mutuum redditurum Kalendis proximis, cum suis usuris & placitis inter contrahentes: cum quæreretur an ex eo instrumento usuræ peti possent, & quæ. Modestinus respondit, *si non appareat de quibus usuris conventio facta sit, peti eas non posse.* Qua de re & Græci in suis prochiris: τὸ χωρὶς δήλου ποσότητος ἐπιτόκιον νῦν, ἀκυρόσθαι νόμος ἐδέξατο. *Usuras competentes stipulari, sine quantitate certa, nihil est.* Ulpianus porro in eadem ipsa lege, qua certum & incertum simul aliquem stipulatum esse dixit, sortis etiam incertas fieri stipulationes ostendit æque ac usurarum, statuitque ubi non apparet quid quale quantumque est in stipulatione, incertam esse stipulationem dicendam. Ut, si quis fundum sine

pianus leg. VII. D. de rebus creditis, *æque atque stipulationibus omnia inseri possunt, atque adeo etiam conditiones.* Hinc, ut notat Pomponius, lege sequenti, mutui datio interdum pendet, ut ex postfacto confirmetur, veluti, si quis det alicui mutuos nummos, ut, si aliqua conditio extiterit, ejus fiant, sibique sit obligatus. Ita certe. Nihil enim qui dat mutuam paciscatur sibi reddendam, & in alia quidem specie, nec jus repetendi haberet, cum videri posset donasse, nec usum accipienti videretur concessisse si eamdem speciem reddi convenisset. Et pactum quidem istud, quo de reddenda in eodem genere pecunia mutua caveatur, non nudum est, ut illa sunt ex quibus nulla actio nascitur, sed cum re ipsa conjunctum, id est, numeratione pecuniæ. Sic explicanda lex xx. Cod. de pactis. *Traditionibus & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur.* Nuda pacta sunt, cum non præcessit datio, sed de dando tantum convenit. Atque ita Græci: ξαλὸν δὲ συμβαινει ἐπι, ὅταν μὴ ἀποχρεοντα δοσις, ἀλλὰ μόνον συνῆ ἐπι δόσει. In mutui datione, cum numeratio ac traditio pecuniæ creditæ præcedat, non est nudum pactum, ideo ex eo actio nascitur. Et sic etiam accipienda verba legis x. Cod. de pactis. *Nec obesse tibi poterit, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci. tunc enim hoc jure utimur, cum pactum nudum est, alioquin cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea convenit, utilis est condictio.* Ergo & in mutuo ubi pecunia datur, & de reddenda pacto convenit, ex ipso pacto actio mutui nascitur, non tantum ex numeratione pecuniæ. Jam intelligi potest in quibus casibus usuræ ex pacto præstabantur, non diversam fuisse obligationem mutui & usurarum. Ex nudo pacto eas præstari dicitur leg. xxx. D. de usuris, & leg. xii. Cod. eodem. Sed *nudum pactum* ibi intelligendum est, ad differentiam ejus cui subjecta, vel interposita stipulatio. In quibus igitur contractibus locus erat usuris

usuris ex pacto petendis, ut diversa non fuit obligatio mutui & usurarum, ita unico instrumento conventionis utrumque in pactionem deduci solebat. Sic enim chirographum concipiebatur: *Lucius Titius scripsi, me accepisse, & accepi, à Cajo Sejo mutua & numerata domo ex arca sua decem millia nummum, quæ ei reddam Kalendis Maij proximis cum usuris semissibus, sicut pacti sumus inter nos.* Ubi autem stipulatione opus erat ut usuræ præstarentur, mutui quoque ipsius solutio in stipulationem deducebatur, nec duæ exinde nascebantur obligationes, sed una verborum, ut est in leg. CXXVI. D. de verborum obligat. *Nam quoties pecuniam mutuam dantes eamdem stipulamur, non duæ obligationes nascuntur, sed una verborum.* Nec aliter certe fieri mos in omnibus chirographis, quibus mutuum simul & usuras se redditurum promittebat reus, & spondebat stipulanti creditori, ut infra plurimis dicam. Neque porro, quod addit Hotomanus, uno judicio sortem, altero usuras peti, nec unius petitionem alteri præjudicare, efficiet ut credamus diversam esse obligationem mutui & usurarum. Leges certe quas ad hoc probandum adducit nihil ejus opinionem adjuvant. Nam lex XXIII. D. de exceptione rei judicatæ, dicit, *si in judicio actum sit, usuræque sola petitæ sunt, non esse verendum ne noceat rei judicatæ exceptio circa sortis exceptionem.* Quis enim ex his concludat, alia obligatione usuras deberi, alia sortem, quia in judicio petitæ usuræ non præjudicent sortis petitioni? Non certe magis, quam ex eo, quod additur statim in eadem lege, aliquem etiam posse tantum persequi usuras ex bonæ fidei judicio. Nihilominus enim cedere & futuri temporis usuras dicit Jurisconsultus. Atqui dicendum etiam esset, diverso jure usuras ejusdem sortis deberi, quia petitio partis earum jam debitarum non præjudicium afferat petitioni futurarum, quæ nihilo secius current, quam-

quamdiu contractus bonæ fidei manebit. Nihilo magis facit lex xc. D. de verborum obligationibus. In ea Pomponius ait, cum stipulatus sum pro usuris legitimis pœnam in singulos menses, si sors soluta non sit, etiam si sortis obligatio in judicium deducta sit, adhuc tamen pœnam crescere, quia verum est, solutam pecuniam non esse. Quid inde colligere est, quo nobis probetur diversam esse obligationem usurarum, & sortis sive mutui? Immo certum eodem genere contractus, & conventionis, pœnam pro legitimis usuris in stipulatum deductam in singulos menses quamdiu sors soluta non esset. Ait Jurisconsultus, etiam si sortis obligatio in judicium deducta sit, non tamen pœnam cessare, sed crescere & singulis mensibus fieri auctiorem. Quam pœnam certum est ex eadem illa obligatione deberi quæ in judicium deducta sit. Ideo enim & pœnam crescere respondit, quia nondum soluta sors esset, etsi in judicio cœptum esset agi de obligatione sortis. Nam judicio cœpto, ut habetur leg. 1. Cod. de judiciis, non permittur usurarum stipulatio. Nec tamen inde sequitur, alium fuisse sortis, alium usurarum contractum. Immo quamdiu durat sortis stipulatio, manet etiam usurarum: si illa perempta sit, & hæc perimitur. At Patricius Quæstor & antecessor sub Justino ante Justinianum rationem excogitarerat, qua actione principali sublata quoad sortem, nihilominus usuræ peti possent. Ut in actione personali quæ triginta annorum exceptione tollitur, sortis quidem nomine sublatam eam concedebat, sed non quoad usuras. Renovari enim eas quotannis ac renasci. Inde fieri ut trigesimo anno rei creditæ currente, curreret tantum vigesimus nonus usurarum. Quæ ratio non placuit Justiniano. Ideo recte constituit, qui principali actione cecidissent per exceptionem triginta aut quadraginta annorum, fructus aut usuras præteriti temporis frustra petituros. Nam principali actione

actione non subsistente, actionem pro usuris & fructibus non posse moveri. Vide leg. ult. Cod. de usuris. Ceterum, ut duo diversi videantur contractus, & duæ obligationes, fœnoris, ut loquitur, & crediti, hoc est, usurarum, & sortis, alia re contracta, alia verbis, adfert & hanc rationem idem Horomaonus, nec meliorem supra dictis, quod nimirum stipulatio sortis certa sit, usurarum incerta. Quasi vero hoc proprium sit usurarum, ut semper incertæ in stipulationem deducantur, aut sortis, ut semper certa. Incerta est stipulatio usurarum si incertæ veniant in stipulatum, ut, *qui sortem stipulatur, & usuras quascunque, certum simul & incertum stipulatus videtur*, inquit Jurisconsultus leg. LXXV. D. de verborum obligat. Certum quantum ad sortem; incertum, quantum ad usuras. Adeo autem falsum est ea re distingui debere stipulationem sortis à stipulatione usurarum, quod illa certa, hæc incerta, ut usuras incertas in stipulationem deductas non deberi certum jus sit. leg. XXXI. D. de usuris: *Quod in stipulatione sic adjectum est, & usuras, si quæ competierint, nullius esse momenti, si modus certus non adjiciatur.* Et leg. XLI. D. eodem, quidam in chirographo suo scripserat se mutuum redditurum Kalendis proximis, cum suis usuris & placitis inter contrahentes: cum quæreretur an ex eo instrumento usuræ peti possent, & quæ, Modestinus respondit, *si non appareat de quibus usuris conventio facta sit, peti eas non posse.* Qua de re & Græci in suis prochiris: τὸ χωρὶς δίκης ποσοῦ ὑπογραφὴν τῆς ἀναζητήσεως τόκους ἀδύνατον. *Usuras competentes stipulari, sine quantitate certa, nihil est.* Ulpianus porro in eadem ipsa lege, qua certum & incertum simul aliquem stipulatum esse dixit, sortis etiam incertas fieri stipulationes ostendit æque ac usurarum, statuitque ubi non apparet quid quale quantumque est in stipulatione, incertum esse stipulationem dicendam. Ut, si quis fundum sine

propria appellatione, vel hominem generaliter sine proprio nomine, aut vinum frumentumve sine qualitate, sibi dari stipulatus est, incertum deducit in stipulationem. Vide totam legem. At lex Africani quam idem Jurisconsultus citat, ut adstruat incertam esse usurarum stipulationem, D. de eo quod certo loco, nihil minus quã hoc probat. Nam in ea lege, qui certum sibi Capuæ solvi stipulatus est, fidejussorem accepit. Scribit Africanus, eam pecuniam ab eo similiter ut ab ipso promissore peti debere, id est, ut si alibi quam Capuæ petatur, arbitraria agi debeat, lisque tanti æstimetur quanti ejus vel actoris interfuit eam summam Capuę potius quam alibi solvi. *Nec oportebit*, inquit, *quod forte per reum steterit, obligationem fidejussoris augeri. neque enim hæc causa recte comparabitur obligationi usurarum; ibi enim duæ stipulationes sunt, hic autem una pecuniæ creditæ est, circa cujus executionem æstimationis ratio arbitrio judicis committitur.* Quod incerta est hæc æstimatio, ut quæ ab judicis arbitrio pendeat, nihil ad hoc facit, ut incerta usurarum stipulatio dicatur. Immo contra, hoc non simile esse usurarum obligationi, dicit Africanus. Quod autem ait idem Africanus, in usurarum obligatione duas esse stipulationes, ita certe est, una nempe sortis, altera usurarum. Non tamen id impedimento est, quin uno eodemque contractu stipulatio sortis & usurarum fieri possit, etiam si duæ sint stipulationes. Quinimmo in duplæ stipulatione dubitarunt Jurisconsulti an duæ essent stipulationes, quia duæ essent summæ. leg. xxxii. D. de Evictionibus. *Quia dicitur, quoties plures res in stipulationem deducuntur, plures esse stipulationes; an & in duplæ stipulatione hoc idem sit, videamus.* Vides in unam eamdemque stipulationem si res plures aut summæ deducantur, quot summæ sunt, tot esse stipulationes, ut expresse etiam dicitur leg. xxix. D. de verb. oblig.

Nec

Nec mirum igitur, in creditæ pecuniæ sub usuris stipulatione, quamvis simul sortis & usurarum fiat stipulatio, duas esse stipulationes. Non tamen duo erunt contractus eo modo quo voluit Hotomannus, qui utrumque contractum nominatum esse dicit; & de fœneratione, quam à mutuo distinguit, certum fuisse caput in xii. Tabulis. At caput, quod de fœnore unciario positum fuit in xii. Tabulis, mutuum etiam comprehendebat, sub unciis usuris nempe dari solitum. Nec enim verum est quod idem sentire videtur Hotomannus, mutui semper obligationem re contrahi, & ex pacto deberi: at fœnerationem contrahi verbis tantum & stipulatione. Contra ea facit lex *Lecta*, D. de rebus creditis; in qua, stipulatione interposita de mutuo quindecim millium reddendo, pactum de usuris subjicitur, ut menstrui triceni denarii refundantur ex illa summa suprascripta quindecim millium. Quæ usura est bina centesima. Sic per stipulationem de sorte reddenda convenit, per pactum de usuris. Et dicit Paulus, pacta in continenti facta stipulationi inesse credi. Sed de legis illius vera explicatione nos infra. In multis etiam casibus, ut ante observavimus, ex solo pacto citra stipulationem præstabantur usuræ. In his casibus mutui obligatio pacto tantum, non stipulatione, contrahebatur. Sed nec sola numeratione, cui pactio de reddendo non interveniret, reus obligabatur. Ubi autem stipulatio erat necessaria ad usuras petendas, tum quoque mutuum dantes idem stipulari solebant cum usuris, una quidem stipulatione in qua tamen duæ essent, quia duæ summæ in stipulatum deductæ. Hujus stipulationis exemplum in chirographo, quod creditori dabat debitor, hoc erat: *Lucius Titius scripsi me accepisse & accepi à Publio Mænio mutua & numerata de domo ex arca sua decem millia nummum, & hæc decem millia reddi sibi Kalendis Iuniis proximis futuris cum*

 usuris

usuris semissibus stipulatus est Publius Manius, spondi ego Lucius Titius. Si pecunia non esset numerata, sed per scripturam mensæ data pro illis verbis, *numerata domo ex arca sua*, scribebant in chirographo, *scripsi, me accepisse, & accepi, mutua & data ex mensa scriptura decem millia.* Hic vides, in unicam stipulationem mutuum & usuras pariter deducta, in qua tamen insunt duæ stipulationes, quia duæ sunt summæ. Alio modo solebant stipulari, primo summam ipsam sortis, quæ mutuo daretur, reddi intra certum tempus: quod nisi fieret, pœnam subjiciebat creditor quæ pro usuris esset, aut etiam ipsas usuras nominatim stipulabatur. De pœna in lege, *Lecta* D. de rebus creditis, chirographi hujusmodi exemplum extat: *Lucius Titius scripsi me accepisse à Publio Manio quindecim mutua numerata mihi de domo, & hæc quidem proba recte dari Kalendis futuris stipulatus est Manius Publius, spondi ego Lucius Titius. Si die suæ suprascripta summa Publio Mævio, sive, ad quem ea res pertinebit, data, soluta, satisve eo nomine factum non erit, tunc eo amplius, quo posit solvam, pœnæ nomine in dies triginta, inque denarios centenos denarios singulos dare stipulatus est Publius Manius, spopondi ego Lucius Titius.* Exemplum usurarum hoc modo in stipulatum deductarum habetur in chirographo servi cujusdam actoris, qui præsente domino & subscribente sic pro eo stipulatur in leg. *si ita stipulatus*, D. de verb. obligat. *Chrysogonus Flavii Candidi servus actor scripsi coram subscribente & adsignante domino meo, accepisse eum à Julio Zosa rem agente Julii Quintiliani absentis mutua denaria mille, quæ dari Quintiliano heredive ejus, ad quem ea res pertinebit, Kalendis Novembribus, quæ proxima sunt futura, stipulatus est Zosas libertus, & rem agens Quintiliani, spopondit Candidus dominus meus. Sub die suprascripta si satis eo nomine factum non erit, tunc quo*

quo posit solvetur, usurarum nomine denarios octo præstari stipulatus est Julius Zosas, spopondit Flavius Candidus meus. Atque hæc frequentissima fuit forma usurarum stipulandarum. In hoc autem chirographo non solum duæ stipulationes altera pecuniæ creditæ, altera usurarum separatim factæ, sed etiam duo contractus, qui unus est in prioris formula chirographi. Nam usuræ simul cum sorte in stipulatum veniunt. Ac hic prima est creditæ pecuniæ stipulatio; quæ si intra diem, de qua convenit, solvitur, nullæ præstandæ usuræ: si vero ad diem non reddatur, usuræ debentur ex nova stipulatione; quæ deberi tantum incipient ex die quo mora facta est solutioni. Hinc est quod scripsit Pomponius lege CXXI. de verborum significatione, *usuram non ex ipso corpore nummorum esse, sed ex alia causa, id est, nova obligatione.* Hæc obligatio, stipulatio est. Sed non inde sequitur quod voluit Hotomannus, hanc esse mutui, & fœnoris, hoc est, ut ipse interpretatur, usuræ, differentiam, quod ex pecuniæ numeratione actio mutui nascatur, at ex illa usuræ petitio non nascatur, sed ex stipulatione. Nec quod mutuum sit contractus juris gentium, id est, naturalis; usura autem juris civilis, quippe ex stipulatione. Nam & cum mutuum stipulabantur, desinebat esse contractus juris gentium. Et credita quippe pecunia, quæ in stipulationem deducta erat, non amplius actione nata ex numeratione petebatur, sed ex nova obligatione, hoc est, ex stipulatione, non secus atque usurarum quæ in stipulatum veniebant. Sic ex naturali obligatione hoc modo mutui contractus in civilem transibat. Id diserte in chirographo Chrysogoni supra allato probat Paulus. In eo chirographo proponebatur Julius Zosas libertus Julii Quintiliani, & rem agens ipsius, mutuos dedisse Flavio Candido denarios mille, quos Julio Quintiliano tunc absenti reddi stipulatus erat Kalendis Novembri-

vembribus proximis futuris, vel hæredi ejus, aut, si die suprascripta eo nomine satisfactum non esse, tunc ob moram solutionis stipulatus idem Zosas fuerat, usurarum nomine octo denarios præstari. His positis, respondit Jurisconsultus, per liberam perso. nam, quæ neque nostro juri subjecta est, neque bona fide nobis servit, obligationem nullam acquirere nos posse. Inutile ergo esse quod libertus patrono dari stipulatus est, ut nec ad solutionem proficere, absentis adjectionem cui principaliter obligatio quærebatur. *Superest ergo*, inquit, *ut quæramus, an ex numeratione ipse, qui contraxit, pecuniam creditam petere possit.* Cum inutilis esset stipulatio quæ nomine absentis erat facta per hominem qui in ipsius potestate non erat, quærit, an saltem ex numeratione ille Zosas, qui contraxit, pecuniam creditam petere possit. Nam re obligatus fuit Zosæ qui mutuam ab eo pecuniam accepit Flavius Candidus, & ex numeratione eam petere potuit Zosas, actione quæ vocabatur certi condictio. An possit tamen, dubitat Paulus: & rationem hanc reddit: *Nam quoties*, inquit, *pecuniam mutuam dantes eamdem stipulamur, non duæ obligationes nascuntur, sed una verborum.* Ergo quoties in mutui datione pecunia credita in stipulatum deducebatur, obligatio, quæ re contrahitur, & actionem ex numeratione parit, cessabat, & in locum ejus succedebat quæ verbis contrahitur, nempe stipulatio. Addit tamen statim: *Plane, si præcedat numeratio, sequatur stipulatio, non est dicendum, recessum à naturali obligatione.* Naturalis itaque obligatio ex numeratione nascitur. Si præcesserit numeratio, & deinde interposita sit stipulatio, non recessit creditor à naturali obligatione, quæ re contrahitur, & ex pecuniæ numeratione nascitur. Quid, si præcesserit stipulatio, deinde sequuta sit numeratio? Contrarium nempe erit, & naturalis obligatio in civilem mutabitur. Totum

tum itaque inde pendebat, ut repetere mutuam pecuniam posset libertus qui alieno nomine inutiliter eam mutuo dederat. Non enim poterat petere ejus nomine cui stipulatus erat, si stipulatio præcessisset numerationem. Ex stipulatu quippe agendum fuit, quo casu nullam actionem habuit, quia non potuit eam pro alio stipulari, cujus juri non fuit subjectus, nec bona fide ei servit. Ac potuit suo eam petere si numeratio præcessisset stipulationem. Tunc enim ex numeratione actionem habuit certi condictitiam, quæ naturalis est obligatio, à qua non recessisse judicandus est, per subjectam & sequentem stipulationem. Sequitur apud Jurisconsultum: *Sequens stipulatio, in qua sine adjectione nominis usuras stipulatus est, non eodem vitio laborat. Neque enim maligne accipiendum est, eidem stipulatum usuras, cui & sortem, videri.* Sortem non potuit domino nominatim stipulari hic libertus, ideo ex vitiosa stipulatione non potuit creditum petere, sed potuit ex numeratione, cujus obligationem naturalem non potuit vitiare sequens stipulatio. In usurarum vero stipulatione cum neminem nominaverit, vitio carere stipulationem censendum est. Nec enim maligne credendum, eidem stipulatum esse usuras cui & sortem. Ergo ex numeratione pecuniam creditam petere poterit, non ex stipulatu, qui vitiosus est, quia patrono dare stipulatus est libertus: ex stipulatione vero usuras petet, quæ sine vitio est, quia nemini eas stipulatus est, ideoque in liberti persona valet stipulatio, & cogitur eam patrono cedere. Notandum tamen Ulpianum in alia sententia esse quam Paulum quoad novationem obligationis quæ ex naturali fit civilis, per stipulationem. Paulus enim hic ut in aliis multis ab Ulpiano dissentiens. Si præcedat stipulatio & sequatur numeratio, tum mutari obligationem vult deque naturali existere civilem. At si numeratio ante celebretur, deinde

subjiciatur stipulatio, ex numeratione petitionem dari & naturalem ex pacto manere obligationem. Contra Ulpianus utroque casu sive antecedat numeratio stipulationem sive subsequatur, unum esse contractum scribit, & ex stipulatione pecuniam deberi, non ex numeratione. leg. VI. D. de novationibus: *Cum pecuniam mutuam dedit quis sine stipulatione, & ex continenti fecit stipulationem, unus contractus est. Idem erit dicendum & si ante stipulatio facta est, mox pecunia numerata sit.* Ex quibus colligitur magis dubitatum fuisse an ex stipulatione agi deberet, si post stipulationem sequuta esset numeratio. Cum enim posteriores obligationes derogent prioribus, obligatio sequens re contracta, hoc est, numeratione, videretur magis servanda, & ex ea potius, utpote naturali, & posterius facta, actio danda. At Paulus non dubitavit quin si numeratio ante facta sit, deinde post numerationem facta stipulatio, quin prior obligatio tenere debeat. In quo plane eum ratio fugit. Quod ex Pomponio subjungitur leg. VII. eodem titulo, ad numerationem pertinet quæ præcessit stipulationem. *Cum enim*, inquit, *pecunia mutua data stipulamur, non puto obligationem è numeratione nasci & deinde eam stipulatione novari. Quia id agitur, ut sola stipulatio teneat, & magis implenda stipulationis gratia numeratio intelligenda est fieri.* Quod Pauli sententiæ manifeste adversatur. Non duo igitur sunt contractus diversi generis, sed unus, cum mutua data pecunia sortem cum usuris stipulamur, sive numeratio præcedat sive subsequatur. Sive igitur ex pacto præstarentur usuræ, ut in multis casibus non alio contractu sors ipsa petebatur, sive in stipulatum essent deducendæ, ut exigi possent, stipulatio quoque pro ipsa sorte reddenda interponi solebat. Quod ad crediti nomen attinet, ut eo redeam, non aliter differt à fœnore quam quomodo idem differt à mutuo, id est, ut genus

genus à specie. Duæ enim crediti species, ut jam docuimus, mutuum & fœnus, illud sine usuris, hoc cum usuris. Nec usura itaque alio modo à fœnore discernitur, quam ut accessio à summa principali, vel à sorte cui debetur usura. Mutuum enim cui accedit usura, *fœnus* est. Errant quippe primarii Jurisconsultorum qui *fœnus* definiunt, proprie *esse lucrum quod ex conventione accedit ad sortem mutuo acceptam*. Quod si autem ex alio contractu quam mutui accedat præter sortem aliquid officio judicis non lucri causa sed ne in damno versetur creditor, *usuram* esse, non fœnus volunt. At nequicquam volunt. Usuram esse alio quidquid ex quocunque contractu præter sortem accessionis & incrementi vice exigitur, *fœnus* vero sortem creditam sub usura. Quod satis supra demonstratum est. Non negaverim quidem & fœnoris nomen aliquando reperiri apud probatos Latinitatis auctores, etiam Jurisconsultos, pro usura ex causa crediti debita, ut apud Papinianum leg. IX. D. de usuris, *uberius fœnus*, pro usura ampliore: *Non enim pœna sed fœnus uberius juxta rationem sortis promittitur.* Ita legendum pro eo quod est in Florentinis, *Iuxta rationem*. Idem Papinianus sic etiam *fœnus* usurpat leg. IV. D. de Nautico fœnore: *Ubique enim majus legitima usura fœnus debebitur.* Quod & alibi potest occurrere, cum Ulpianus & alii Jurisconsulti *fœnus* pro credita sub usuris pecunia, quæ propria est ejus vocis significatio, posuerint. Si enim usura esset proprie, nunquam pro mutuo ipso fœnebri usurpatum esset, ut nec *usuram* usquam legimus pro mutuo usurario appellatam. Cum autem fœnus pro usura dictum invenitur, similis figura est ei qua totum pro parte dicitur, aut principale pro accessione, aut etiam continens pro contento, ut poculum & πίθος, pro vino quod est in vase. Eadem prorsus ratione, cum *seges* sit ἄρουρα Latinis, vel arvum quod conseri solet, accipitur

etiam pro ipso fructu, quem ager reddit. Primo ac genuino sensu dixit Horatius:

Hæc seges ingratos tulit & feret omnibus annis.

Nam & oratores passim sic usi sunt. Optimus Latine loquendi magister Cicero in Hortensio: *Vt enim segetes agricola subigunt aratris multo ante quam serunt.* Proprie etiam loquutus est Virgilius cum scripsit:

Nec Cereri opportuna seges nec commoda Baccho.

Idem tamen alibi improprie usurpavit pro fructu:

Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ.

Vides segetem illam Cereri opportunam, id est, sementibus idoneam, ferre segetem, frumenti fructum. Ita seges proprie appellata, id est, ager, fert segetem abusive nominatam, id est, frumentum. Ita & *fœnus* proprie dictum, id est, pecunia sub usuris credita, parit fœnus improprie appellatum, id est, usuram. Nec porro credendum est segetem χυρίως magis debere dici de fructu, sed abusive pro terra usurpari. Nam si hoc esset, nunquam ad terram confitam vel arvum significandum translatum fuisset. Idem est & de fœnore. Hæc dictio de credita sub usuris pecunia κυρίως λεγομένη, abusive autem & pro usura ipsa quæ creditæ illi pecuniæ præter sortem accedit, quia nunquam *fœnus* sine usura. Id enim est mutuum quod cum usuris datur. Ideo & non de alia usura sumitur, cum ita usurpatur, quam quæ ex causa creditæ in mutuo pecuniæ debetur, quia non potest alio referri quam cujus fructus est aut accessio. Sic pars quæ nomen gerit totius, ad aliud non refertur quam ad id totum cujus pars est. De usura fructus tamen etiam dicitur quam terra culta & frumento consita reddit. Cujus rationem supra reddidimus. Non igitur perspicio nec percipio, quæ causa sit distinguendi inter usuram & fœnus iis, qui profitentur se usuras admittere, sed fœnus refutare. Omne enim sub usura mutuo datum *fœnus* est, & aliquando hujus mutui usura etiam fœnus,

fœnus, id est, usura ex mutuo. Levis an gravis sic potest appellari. Aut omnem igitur usuram ex pecunia mutuata recusent oportet, aut fœnus etiam agnoscant necesse est, qui usuram non improbant. Etenim inter *pecuniam fœnebrem*, id est, quæ fœnore locatur vel sub usura datur, & *fœnus*, nulla est proprie loquentibus differentia. Quod præter illa quæ jam superius attulimus manifesto etiam probatur leg. XIII. quæ Diocletiani est. Cod. ad SC. Velleianum: *Si fœnebris pecunia juxta fidem veri à creditore tibi data est, sive tota quantitas fœneris, sive pars ejus in usum mariti processisse proponatur.* Ubi *fœnus* est τὸ δάνειον, τὸ χρέος, pecunia sub usuris credita, aut ut in ipsa lege dicitur *pecunia fœnebris.*

CAP. VI.

Vsura in stipulatum deducta, ex nova obligatione debita, non ex ipso corpore nummorum. Aliud in his quæ ex pacto deberentur, & ex numeratione pecuniæ. Si in fœnore nummus nummum parit, & inde τόκος & usura Græcis, certe usura ex corpore ipso pecuniæ percipi censenda. Nudum dici pactum quoad stipulationem si non intervenerit, at non nudum quoad numerationem, si ex facta sit. Omnibus ferme pactis stipulationem apud Romanos subjici solitam. Vnde dicta sit stipulatio. Stipulum idem esse quod firmum, ex Græco. Frustra à stipula, vel à stipe originem ejus deduci. Debita duplici modo probata; scriptura, vel testibus, apud Græcos & Romanos. Theophrastus explicatus & illustratus. De chirographo vel cautione. Cavere pecuniam chirographo dicitur debitor. De Apocha. Cautionem etiam eam esse ac securitatem non minus chirographo. Quomodo differat ab acceptilatione. Quædam utramque confudisse. Cur Græci acceptilationem vocaverint ἀπόλυσιν

ἀπόδοσις. *Quid differt syngrapha à chirographis. Quid sit proprie syngrapha. Ejus exemplum. Reddito chirographo remissum debitum intelligitur, & cur. Inane, vacuum & vanum chirographum, fieri solutione debiti. Evacuatoria eadem cum apocha. Rem teneri cujus chirographum tenetur. Seneca emendatus & illustratus. Debitorem vel fidejussorem teneri à creditore. De nominibus faciendis per patrios. De scriptura obligatione. De litterarum obligationibus. Ulpianus & Paulus explicati. Cujacius reprehensus. Triboniani & Theophili hallucinatio. Littera quid. Apud Cajum litterarum obligationem pro delegatione sumi. De chirographaria scriptura. Cauta & non numerata pecunia exceptio utrum data contra chirographum an syngraphum. De scriptura qua nomina fiebant. De Tabulis rationum privatis quæ fidem debiti in judicio fecerent. Aliter fuisse à Kalendario. De adversariis.* Περὶ χειρόγραφων & συγγραφων. *Rescriptis imperatorum ante Justinianum fidem illis tabulis abrogatam. Ignorata prorsus ea ratio Justiniani ævo. Ideo non intellecta Tribonianо nec Theophilo. Quatuor modis ante Justinianum pecuniam creditam caveri à debitoribus solitam. Nomina etiam τοκογλυφικὰ dicta de usurariis debitis. Proprie tamen nomina sumpta absque usurarum stipulatione fieri solita & fuisse gratuita. Paratiorum inter veteres facta. Mercedem accepisse Proxenetici nomine ab ipsis debitoribus. Quid* ἀξιοπίστως, φιλάνθρωπον & ἐφικτόλογον. *Iterum de syngrapha & chirographi differentia. Ex chirographo, non ex syngrapha exceptionem datam non numerata pecunia. Justinianus chirographis credi in jure noluit nisi cum subscriptione trium testium. Supra quinquaginta libras auri non valuisse primo chirographa sub eo privata, non firmata testibus. Postea lege reduxisse ad libram auri. De Tabellionibus cur ἀγραφοι dicti. Vetus interpres Novellarum emendatus. Forensia instrumenta, quæ. In villis & agris pristinum morem servari voluisse Justinianum super chirographis sine teste conscribendis.*

EX his quæ fusius ante declarata sunt, perspicue colligitur, mutui actionem non semper ex numeratione & obligatione naturali procedere, sed etiam ex civili cum in stipulatum credita pecunia deducitur. Quod fere semper fiebat cum usuræ in stipulatum erant etiam deducendæ ut deberentur. Tunc usuræ non ex ipso corpore, sed ex alia causa, id est, ex stipulatione, vel obligatione verbis contracta præstabantur. Quinimmo nec ipsa pecunia credita, tanto minus usuræ. Ceterum in illis casibus in quibus usuræ etiam ex nudo pacto citra stipulationem debebantur, non dubium, quin ex ipso corpore perciperentur, vice fructus quem reddit pecunia mutuo data, præstandæ. Si enim Jurisconsultus ideo ex ipso corpore eas tunc præstari negant quia ex nova obligatione, id est, stipulatione deberentur, ergo ubi jam non ex stipulatione debentur, ex ipso corpore sumi necesse est, hoc est, pro ipsius corporis fructu. Si in fœnore nummus nummum parit, & inde τόκος usura dicitur Græcis, certe usura quæ nummi est partus, ex ipso corpore nummorum percipitur. Idem Græci & inter eos Demosthenes usuram vocant τόκον γενικὸν, id est, fructum. Fructus autem ex semine. Ergo & usuræ ex ipso nummorum corpore capi censendæ. Ἔκφορα quoque pro usura iisdem Græcis. Opus ex operante procedit, ut usuræ ex nummis ipsis. Petuntur porro & ipsæ ex numeratione, quæ numeratio in mutuo dando hac conditione facta, ut usuræ etiam sorti accederent, & præter sortem solverentur. Nudum pactum in mutui datione id dici-

id dicitur quod sine numeratione interponitur, quod est nullius momenti. In usuris autem exigendis, ubi non debentur citra stipulationis vinculum, tunc nudum vocatur cui subjecta non est stipulatio. Paulus de usuris: *Si pactum nudum de præstandis usuris interpositum sit, nullius est momenti. Ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur.* Ideo nudum pactum in usuris appellatur quod sine stipulatione fit, quia ut præstarentur jure civili Romano intervenire stipulationem oportebat. Stipulatione itaque carens pactum de usuris præstandis interpositum, *nudum* appellabatur. Anianus: *Pactum nudum dicitur si cautio creditori à debitore, in qua se centesimam soluturum promisit, sine stipulatione fiat. Et ideo usuræ ex nuda cautione creditori penitus non debentur.* Ubi *cautionem* vocat chirographum. Hujus pacti nudi nescio an exemplum extet leg. XLI. D. de usuris, in chirographo his verbis concepto: *Ille scripsi me accepisse & accepi ab illo mutuos & numeratos decem, quos & reddam Kalendis illis proximis cum suis usuris placitis inter nos.* Quod si est, cautum argentario hoc chirographum videretur, cui hominũ generi usuræ debebantur citra stipulationem, ut & civitatibus quæ mutuas dedissent privatis pecunias. Uno eodemque pacto tum usuras cum sorte reddi conveniebat inter contrahentes, quod nudum erat quoad stipulationem quæ de usuris præstandis non intervenerat, non nudum quoad numerationem pecuniæ in mutuo dando. Ideo actio inde nascebatur, quæ non nascitur ex nudo pacto. Numeratio quippe pecuniæ faciebat, ut diximus, ne nudum pactum videretur. Et cum ex numeratione pecuniæ actio mutui nasci dicitur, de pactione id intelligendum, quæ interposita est numerationi pecuniæ mutuæ, eam redditum iri sine usuris, vel cum usuris, si casus sit in quo ex pacto præstandæ veniant. Apud Romanos autem omnibus fere pactis

pactis stipulatio subjici solebat, quo firmiora redderentur. Atque inde nomen. Nam *stupulum* veteres quod erat firmum dixere, & solidum, ex Græco στυφελὸν & στυφλὸν, quod στερεὸν, στερρὸν, & σκληρὸν Grammatici exponunt. Inde *stupulum*, & postea *stipulum*, ut Σικελὸς, *Siculus*. Ab eo *stipulari*, firmare. Et *stipulatio*; quæ interponitur ad firmandum pactum, quam Græci interpretes ἐπερώτησιν reddiderunt, quia interrogatione fiebat. *Dabis? dabo. Promittis? promitto.* Hinc & *interrogatio* sæpe in jure pro ipsa stipulatione. Et apud Senecam lib. III. De beneficiis: *Ille non est interrogatione contentus, nisi reum manu sua teneat.* Id est, stipulatione. Nec aliter Græci *stipulationem* dicere norunt quam ἐπερώτησιν. Paulus lib. V. sententiarum: *Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductæ sunt, quæ quadam verborum sollemnitate concipiuntur. Et appellatæ quod per eas firmitas obligationum constringitur. Stipulum enim veteres firmum appellaverunt.* Quod est verissimum. Glossæ Nomicæ: στιπῶλον, ἐγγυρὸν. Idque & in Institutis posuit Justinianus, lib. III. de stipulatione, *quæ hoc nomine inde utitur quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à stipite descendens.* Sed illud falsum de stipite. Nec verius qui à *stipe* deducit, & *stipem* à stipando, quod stiparetur in cellis grave æs, non in arca conderetur. Falsum id esse, syllabæ modulus arguit in uno brevis, in altero longæ. Στύπος Græcis est κίρδος. Unde *stipes*. Glossæ ἐλεημοσύνην reddunt. Sic lucrum est. *Stipulationem* Isidorus nescio quos antiquos sequutus, à stipula deducit. *Veteres enim*, inquit, *quando aliquid sibi promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes sponsiones suas agnoscebant.* Nugatur, vel ille unde sumpsit. Quamvis enim crediderim, stipula fracta & dimidiata, usos ad hanc rem veteres, nihil hoc ad stipulationem. Talea lignea utuntur hodie per medium divisa,

divisa, cujus altera pars emptori, altera venditori traditur. *Talaos* inde appellant. Græci olim dimidiatos nummos usurparunt ad has tesseras, quæ συμβολὰ dicebantur. Ἡμίτομον νόμισμα appellant. Qualia hodieque & in usu esse scio plerisque. Vapulat tamen Pollux eo nomine viro doctissimo. Quod non debuit. Nam etsi annulis etiam uterentur ἀντὶ συμβόλων: non tamen inde sequitur, hujusmodi nummulos ἡμίσεις non habuisse qui huic rei servirent. Qui scripta auctorum integra legerat, melius de eorum mente judicare poterat, quam nos ex minutis fragmentis. Versus Aristophanis apud eum ita legendus est: Τὸν αὐτὸν σχίζῃ συμβόλῳ διαλύει. Stipula dimidiata eumdem usum præbuit. Cujus rei vestigium adhuc durat, cum dicimus, *stipulam aliquem cum alio fregisse*, qui ejus amicitiæ renuntiavit. Qui enim suam partem stipulæ fregit, eo ipso fidem facit, nullam sibi esse contesserationem velle cum illo, qui dimidiam habet alteram. Non tamen inde dicta *stipulatio*, sed à *stipulo*, quod firma redderet pacta conventa. Hinc Paulus dicit lib. II. *omnibus pactis stipulationem subjici debere, ut ex stipulatu actio nascatur.* Actio qua mutuum repetitur, ut notum est, vocabatur *condictio*, cujus hæc erat formula, *si paret, eum, quam mutuam pecuniam accepit, dare oportere.* Probatio autem non tantum ex numeratione pecuniæ petebatur: nam numeratam & donatam dicere à quo repetebatur poterat: sed etiam ex pactione interposita, ut redderetur, vel ex stipulatione si in stipulationem deductum esset creditæ pecuniæ mutuum. Tum ista formula condictionis erat: *si paret Aurelium Lucinio stipulanti centum spopondisse.* Parebat autem duplici modo: vel ex scriptura, pura chirographo: vel hoc scriptura, testibus. Lex 1. Cod. de usuris: *Si interrogatione præcedente promissio usurarum recte facta probetur, licet instrumento conscripta non sit, tamen optima jure debentur.* Instrumentum

tum est chirographum, quod dabatur scriptum manu debitoris creditori, qui illud asservabat donec solutio facta esset debiti, cujus formulam, qua vulgo fieri soleret, nos supra retulimus. Si instrumento conscripta non esset sortis & usurarum stipulatio, testibus erat probanda, coram quibus stipulatio & promissio inter contrahentes, item numeratio pecuniæ creditæ facta fuerat. Ideo & testes advocabantur cum pecunia numeraretur, & stipularetur eam reddi creditor, sponderetque debitor. Apud Græcos similiter sub testibus pecunia credebatur mutua, aut chirographo vel syngrapha de reddenda carebatur. Aristophanes in Nubibus:

Κἂν μέντοι παρέσεταί τ' ἀδανείζεμαι·
Πεποίηκα μάρτυρας πολλοὺς τρόπον τινά.

Theophrastus in Characterismo stupidi hanc ejus notam recenset, quod recipiens debitum testes adhibeat: καὶ λαμβάνων ἀργύριον ἀφιλάργυρον μάρτυρας παρακαλεῖν. Merus hic stupor est. Adhibentur enim testes cum pecunia creditur, non cum recipitur. Sane qui debitas pecunias solvebant, ut ostenderent se bonæ esse fidei, & alios invitarent hoc facto ad sibi credendum, testes advocabant cum creditum redderent, & quidem plures quam cum mutuum acciperent. Demosthenes in ea contra Phormionem: ἐγὼ δ' ἐπειδὴ παρ' ὑμῶν ἔλαβον ἀργύριον, ὅσον οἱ λαμβάνοντες παρέχονται μάρτυρας, ἵνα ὑπόσχωσι δικάζεσθαι περὶ τοῦ συμβολαίου. At ille qui creditum recipit à debitore, cui bono testes advocet, quibus ipsi nihil opus? Utcunque quidem illi necessarii videri possent ei qui reddit, ne creditor aliquando inficiari possit se accepisse, at creditori, nisi stupidissimus sit, supervacui. Ideo inter notas stuporis, & merito, hoc ponit Theophrastus. Nec assequutus est ejus mentem vir summus interpres. Non enim simile est quod idē. Theophrastus in Notatione refert increduli ac diffi-

dentis, quem dicit, cum usuras à debitoribus exigit, testes adducere. Hoc enim ille facit, ne debitum postea abnegare possint. Quod erat frequens malum apud Athenas Atticas. Qui autem semel usuras pro debito præstitisse testibus convictus fuit, debitum illud non amplius inficiari potest. Verba Theophrasti: ὁμοίως τὰς ὀφειλομένας αὐτοῦ ἀργυρίου μὴ ἐμμετρεῖσθαι ἀπαιτῶν τοὺς τόκους, ἐάνπερ μὴ δανείσασθαι ἐξαρνῆται δυνηθῇ. Hoc tamen etiam superfluum. Quo enim attinet hoc modo credito suo probationes quærere, quem verisimile sit non aliter pecuniam credidisse quam pluribus testibus præsentibus, aut sub cautione chirographi vel syngraphæ? Sed qui tales sunt, nunquam satis sibi securi videntur, & omnia exquirunt etiam parum profutura, quibus fiduciam suam adaugeant semper ex nativo metu vacillantem. Si scripto caveretur, non opus erat testibus, nisi qui syngraphum subscriptione sua firmarent apud Græcos, & puto etiam apud Latinos. Sed in chirographo sola scriptoris manus olim sufficiebat sine testibus, aut ipsius debitoris subscriptio, si instrumentum aliena manu conscriptum foret. *Chirographum* vocabatur, quod erat ipsius manu scriptum. Quod alterius etiam χειρισμὸς & συμβόλαιον. Quod erat nomen generale & ad chirographum & ad alias cautiones, vel syngraphas alia manu scriptas. Hesychius: χειρίσματα, χειρισμοὶ, συμβόλαια. Theophilus ἢ ἐπιβόλαιον συμβόλαιον vocat, I. III. t. XX. Paulus: *Si scriptum in instrumēto fuerit, promisisse aliquem, perinde habetur atque si interrogatione præcedente responsum sit.* Chirographum intelligit, quod & nomine *cautionis* venitebat Latinis Jurisconsultis, quia chirographo cavebat debitor se pecuniam redditurum. ut leg. v. D. commod. *si tibi codicem commodavero, & in eo chirographo debitorem tuum cavere feceris.* Unde *cautio.* In leg. *Lecta*, D. de rebus creditis: *Lecta est in auditorio Papiniani cautio hujusmodi:*

modi: Lucius Titius scripsi, me accepisse à Publio Mævio quindecim mutua numerata de domo. Quæ formula fuit chirographorum. Nihil frequentius in jure occurrit. Glossæ: *Cautio*, ἀσφάλεια. Ea est securitas. Nos hodieque *Securitates* vocamus hujusmodi chirographa, quibus testamur nos debere pecuniam alicui quam ab ipso mutuam acceperimus. *Cavere* proprie *pecunia credita* dicebatur in chirographis. Unde & apochæ hæc sollemnis formula fuit: *Fateor accepisse, & habere tot denarios, quos mihi cavit.* Hinc Cajus in Institutionibus cap. XVIII. *Nam si eniamque pro pecunia, quam creditori cavit, acquiescente creditore aurum argentum, aut mancipia, vel alias quaslibet species, habita æstimatione, consentiente creditore, dederit, obligatio evidenter tollitur.* Et leg. v. Cod. de non numerata: *Cum ex præcedente causa debiti in chirographum quantitas redigitur, non requiritur an tunc cum ea cavebatur, numerata sit.* Ita omnes habent eo loco scripti Codices. Quam scripturam imperite transponit doctissimus Jurisconsultus, legendo: *an tunc, cum cavebatur, ea numerata sit.* Cautionis igitur & *securitatis* etiam nominibus appellabatur *apocha*, scriptura nimirum, qua se creditor pecuniam à debitore recepisse testatur, quod etiam ἀπέχειν dicitur, id est, ἐχεῖν ἀπό τινος, habere & accipere ab aliquo. Quo sensu & in Evangelio accipitur, ut alibi erit dicendum. Hesychius: ἀπέχει, λάβοις. Inde Latinum, *Habeo.* Quod perperam scriptum, pro *Abeho.* Nam *v* in *β* mutatur. Alias significat arcere, prohibere, & facere ut aliquid longe habeatur & absit. Unde ἀπέχθεια, id est, λόγος ἐχθρὸς ἐχθρὸν, longe à corpore habere. Hinc ἀπέχεσθαι arceri, ab aliqua re, & abstinere. Sic ἀπελπίζειν duo significat, λόγον ἔχειν ἐλπίζειν, *sperare aliquid ab aliquo*, &, *spem longe habere*, quod est *desperare.* Ἀποχὴ igitur est instrumentum quo fidem facit creditor se debitum recepisse. Dabatur & pro

sorte cum redderetur, & pro usuris quoties earum pensiones præstarentur. De sorte Artemidorus lib. IV. cap. XXXII: ἐπιθυμῶ τὸν νόμισμα ἴδιόν μου γενέσθαι τοῦ χρεώστου σημαίνει τὸ χρέος· ἀπολαβεῖν δὲ δάνειον τοῦ χρεώστου δίκην. Et paulo post: ὁ γὰρ δάνειον ἀπολαβὼν τοῦτον ἀ λαμβάνει. Sorte enim reddita, usuræ non amplius præstantur. De apochis usurarum lex XVIII. Cod. de fide instrumentorum: *plures apochis vel redituum, vel usurarum perceptis, si quando super his dubitatio fuerit exorta.* Apocha solutionem indicat, eoque nomine differt ab acceptilatione. Ut enim solutio respondet numerationi, ita acceptilatio stipulationi. Obligationes enim eodem modo resolvuntur quo contractæ sunt. Quam verbis quis contraxit, ut stipulatione, verbis quoque debet dissolvere, ut acceptilatione. Verbis quippe fit acceptilatio, ut stipulatio. Ut enim in ista verba erant solemnia, ex parte creditoris ad debitorem, *Promittis? Promitto*: ita in illa ex parte debitoris ad creditorem, *Acceptum facis*, vel *habes? Acceptum facio*, vel *habeo*. Quemadmodum autem & in numeratione pecuniæ stipulatio quoque inseri solebat, ita etiam in solutione acceptilatio. Sic enim concipiebant solutionis apocha: *Lucius Titius dixo me accepisse & habere, & accepto tulisse Publio Mævio centum denarios quos mihi caverat.* Inde & quidam confuderunt acceptilationem cum apocha. Glossæ Nomicæ: Ἀποκηλίδωσις, λύσις. Ideo hoc factum quia apochis etiam inserebatur acceptilatio. Quæ acceptilatio per se etiam locum habebat cum nulla erat facta solutio. Apochæ autem non erat aliter locus nisi solutione facta. Acceptilatio vero omni modo liberabat debitorem, sive pecunia soluta esset, sive non soluta. Hinc ἀπόσυρσις Græci Juris Interpretes Græce reddiderunt. Et hæc quidem notissima, ut & illud, utrumque instrumentum tam chirographi quam apochæ *cautionis & securitatis* nomine venisse. Nam ut chiro-

chirographo cavebat debitor creditori, ita apocha creditor debitori. Ut leg. LXXXIX. D. de solutionibus, *ex pluribus causis & chirographis creditor ita cavit.* Sequitur exemplum apochæ. Apocha quoque, æque securitas est debitori, ut chirographum est creditori. De antapocha quid sit, videantur Jurisconsulti. *Cautionem* hodie vocamus eum qui pro alio fidejussit, apocham autem *Quitanciam*, id est, dimissionem & liberationem. At Seneca lib. VII. de Beneficiis *cautiones* pro chirographis posuit, quas à syngraphis distinxit: *Video istic diplomata & syngraphas, & cautiones vana habendi simulacra.* Syngraphæ à chirographis differebant, vel eo discrimine, quod non sicut in chirographis debitor ipse fatebatur se accepisse pecuniam, sed exponebatur in ea, quid inter utrumque convenisset de sorte, de usuris, aliisque debiti conditionibus, item de pignoribus & hypothecis sub quibus pecunia esset credita, eo plane modo quo narratio historica contexi aut fabula narrari solet. Unde & συγγραφὴ nuncupata, quo nomine Græcis vocabatur historiæ conscriptio. Hinc συγγραφεῖς historiarum scriptores. Ita igitur formabatur: *Lucius Titius mutuo dedit Caio Seio decem millia nummum numerata de domo, vel data ex scriptura mensæ, sub usuris centesimis, ea conditione, ut post navigationem peractam, quam Caius Seius in Africam destinat, ubi navis salva in portum redierit, ea summa sibi cum usuris de quibus convenit restituatur, suscepto in se periculo totius navigationis. Quod ita fieri promisit Caius Seius.* Neutrius manu scripta, sed utriusque manu signata, utrique contrahentium servanda dabatur syngrapha. Et inde fortassean dicta syngrapha scripturæ inter duos, quæ & duobus servanda daretur. At chirographum debitoris manu exaratum penes solum creditorem manebat. Reddito chirographo debitum remissum intelligebatur, non item pignore reddito, ut

constat ex leg. II. & III. D. de pactis. Cujus rei causam quærunt Jurisconsulti nostri. Non longe erat arcessenda. Qui instrumentum reddit quo constituitur obligatio, vel, ut verius dicam, quo constat obligationis probatio, etiam obligationem remittere videtur. Immo & *obligatio* etiam vocatur in Codice cautio chirographi, ut infra dicam. Hanc qui reddit non minus debitum remittere cēsendus quam si apocham daret. Immo & apocha, quæ dabatur à creditore, locum interdum obtinebat chirographi redditi, si reddendum non posset reperiri, ut est in *Evacuatoria* formula apud Marculphum. Non idem de pignore dici queat. Nam & sine pignore contrahi ab initio potuit obligatio. Dices & potuisse similiter obligationem sine chirographo constringi. Hoc quidem verum est, sed qui sine chirographo eam contrahit, saltem testes adhibet, quorum depositione creditum possit probare. Qui vero chirographum reddit, qua sola probatione niti poterat ad petendum debitum, eum eam sponte dimittit, debiti quoque gratiam facere censetur. Si solutione facta inane sit chirographum, ideoque redditur, & qui ante solutionem id reddit, nolle sibi solvi significat, aut pro soluto habet quod credidit. Ita ergo & reddito chirographo, nulla jam restat faciendæ solutio, & inanis est, ut *inanes actiones* dicuntur quæ nullæ sunt, nec dantur, Paulo sentent. lib. II. cap. XV. Sic & *inanes tabulæ* Ulpiano debito persoluto leg. XXVII. De fartis. Et *inane chirographum* post solutionem eidem leg. XVIII. De solutionibus. *Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis.* Satyrico *vanum* dicitur:

Debitor aut sumptos pergit non reddere nummos,
Vana supervacuis dicens chirographa ligni.

Qui dicit se solvisse, vanum etiam chirographum esse ostendit, & supervacuas ejus tabulas. Ita & *vanum* dixit Scævola leg. XLVII. D. de pactis. *Si quod instrumentum*

mentum apud me remansit, vanum & pro cancellato habebitur. Hinc *Evacuatoria* apud Marculphum in formulis, quod vacuum & inane chirographum reddat. de apocha. Qui debitoris fidem sequi noluit nisi chirographo ab eo accepto, cum id reddit, pro vano habet, & inani & cancellato. Nam reum quodammodo tenere videtur, qui chirographum ejus tenet, quod cum de manibus suis dimittit, reum quoque ipsum liberare existimatur. Eleganter Seneca & nasute, ut solet, nisi nasum suum ei eripuissent mordicus correctores, lib. III. de beneficiis, cap. XV. *Adhibentur ab utraque parte testes. Ille per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit. Ille non est interrogatione contentus nisi rem manu sua tenuit.* Ita scripserat, ille, quod testantur omnes ejus scripti codices, pro quo placuit emendatoribus reponere: *nisi rem manu sua tenuit.* Inficetissime hoc ab illis factum, licet de pignoribus intelligant, alii etiam de obsignatis tabulis. De chirographo debitoris accipiendum, per quod reum quodammodo ipsum tenere videtur creditor. De eo creditore loquitur, qui non contentus est interrogatione, id est, sola promissione debitoris, interrogatione præcedente, sed ipsum tenere vult, id est, ipsius chirographum habere. Idem aliis verbis & expressius supra dixerat, lib. II. cap. XXIII. *Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores advocari, nec chirographum dare.* Tria hic similiter posuit, eadem quæ supra: *testes adhibitos*, quos hic *signatores* appellat: *nomina facta*, per interpositos pararios: & *chirographum datum*, quod ibi expressit, cum dixit, non esse contentum creditorem interrogatione, sed reum ipsum tenere velle, id est, chirographum ipsius. Alias & *debitorem tenere* dicitur creditor vel *fidejussorem*, qui alterutrum elegit, ut alterum absolvat. Cajus in Inst. cap. XVII. *Creditor, qui pecuniam dedit, in potestate habet ad reddendam*

pecuniam, quem velit, tenere, utrum ipsum debitorem, an fidejussorem. Quod in utroque autem loco Senecæ habetur de nominibus factis per interpositio parariorum, de ratione accipiendum faciendorum nominum quæ tunc in usu fuit, & postea abolita est, adeo ut tempore Justiniani prorsus ignoraretur. Hujus tamen extat mentio lib. III. Institutionum, cap. XXII: *Olim scriptura fiebat obligatio quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non sunt in usu.* Caput illud inscriptum est *de litterarum obligationibus.* At litterarum obligationes etiam accipi possunt pro chirographis. De quibus nescio an & sumenda sint verba illa Pauli leg. XXXVIII. D. de obligat. & actionib. *Non figura litterarum, sed oratione, quam exprimunt litteræ, obligamur, quatenus placuit non minus valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significaretur.* Alio tamen sensu ibi litteræ possent accipi; fortassean ἀντὶ τῶν στοιχείων, pro elementis quibus oratio componitur, quia *figuram litterarum* dicit. Nihilominus de scriptura istas *litteras* accipiendas, quod sequitur ostēdit. De quo scripturę genere intellexerit, videndū. Dubito enim, an de scriptura chirographorum dixerit, non minus valere quod ita scriptum esset quam quod lingua enuntiaretur, cum verum sit, plus etiam valuisse chirographis conscriptas stipulationes quam non scriptas, ut apparet ex leg. 1. C. de usuris. Quin & Seneca loco, quem paulò ante adduximus, id planum facit in creditore illo, quem non contentum interrogatione, reum ipsum tenere voluisse dicit, hoc est, ipsius chirographum. De eadem scriptura capio quod Ulpianus in Regulis: *manumissus inter amicos omnia tāquam servus adquirebat manumissori, sive quid stipulabatur, sive per scripturam acceperat.* Chirographi scriptura non recte si forte distingueretur à stipulatione, cum per chirographa etiam stipulationes scripto solerent consignari. Certum tamen

men est, *scripturæ* nomine tam apud Paulum quam apud Ulpianum locis supra allatis intelligendam esse quamcunque scripturam, sive chirographariam, sive syngraphariam qua aliquis obligatur. Distinguit autē Ulpianus scripturam à stipulatione, quia stipulationem proprie sumit non de ea quæ scripto consignata est, sed quæ verbis tantum pronuntiata. Ut & Paulus, cum dixit, *non minus valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significaretur.* Quod de stipulatione interpretandum. Cum enim stipulatio proprie sit obligatio, quæ verbis contrahitur, quæque in interrogatione & promissione consistit, quamvis ex hac ipsa verborum sollemnitate, quibus concepta est, robur & vim pactis addat, non minus tamen valere quod scriptum sit, quam quod lingua pronuntiatum scripsit. Ergo cum stipulationem dixit Ulpianus quam à scriptura discrevit, non eam intellexit quæ scripto chirographo inserta est, sed quæ sollemnibus verbis concepta lingua est enunciata. Cujacius apud Ulpianum de *scriptura mensæ* exponit, sed fallitur. Longe quippe alia hæc scriptura cujus hic Ulpianus meminit, à mensæ scriptura, de qua nos infra pluribus, ubi de mensariis agemus. Servum domino acquirere dicit, & illum libertum qui inter amicos manumissus est, quod *scriptura*, id est, chirographo, & per stipulationem, nempe meram, & nudis verbis conceptam, accepit. At *litterarum obligatio* in Institutis titulus est qui Triboniani manum mihi sapere videretur, stilumque ejus sæculi, nisi apud Caium hujus mentio obligationis fieret quæ *litteris* contrahitur, in Institutionibus tit. XVII. de obligationibus. De qua infra. Sed ut eam vocem hoc loco Tribonianus visus accepisse de chirographorum scriptura, eodem plane sensu capitur & apud Julianum antecessorem in Novella LXVI. *Si quis instrumentis componendis adhibere prædictam observationem neglexerit, vel deposuerit*

fuerit alicui vel mutuaverit sine testium præsentia, solis litteris debitoris credens incaute quidem facturus est. Ubi nescio an idiotismo illius temporis *litteræ* pro scriptura chirographi posuerit, quæ in Græco τὰ γράμματα. Nam γράμμα & scripturam & litteram significat. Idem ibidem: *Si instrumentum prolatum fuerit, & litteræ quidem Titii esse non videantur, testes autem dicant, Titium eas scripsisse.* Iterum *litteras* pro scriptura usurpavit, ut & infra in his: *comparatio litterarum, sicut supra diximus, sine testimoniorum confirmatione non sufficiat ad veritatis probationem.* Pro quo *scripturam* dixit Lex Honorii cod. Theod. si certum petatur. de chirographis: *Hoc enim toto jure cautum est, ut scripturam prolator affirmet, quam tamen adstrui, non sola manus collatione convenit.* Sed & apud Justinianum, leg. xix, Cod. de fide instrumentorum, ita *litteræ* accipiuntur; ubi sancit, *non licere comparationes litterarum*, id est, scripturæ comparationem, ex chirographis fieri, nisi trium testium habuerint subscriptiones. Sic & apud Firmicum, lib iv. cap. v. *litteræ* sumuntur pro scripturis Tabellionum, his verbis, quæ ex codice veteri ita legenda sunt: *Si vero per noctem à sole defluens Luna ad Mercurium feratur, faciet publicos vel Tabelliones, & qui his litteris quærant vitæ subsidia. Erunt tamen ex hoc studio in suis civitatibus ornati. Litteræ*, τὰ γράμματα. Suidas in voce Ταβελλίων, ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια, ὁ αὐτὰ ἐπιτελῶν καὶ τὰ πολλὰ γράμματα ἐπιστάμενος καὶ τὰς ἀναγκαίας ἐπιστολὰς γράφειν. Non esse idiotismum illius ævi, fidem facere possunt antiqui & idonei Latinitatis auctores, qui vocem illam *litteræ* eo sensu usurparunt. Unus, pro centum, testimonium dicturus Cicero procedat. In ea pro Flacco ita scripsit: *Cum civitate mihi res est, acerrima & conficiendarum litterarum diligentissima, in qua tumultus moveri nullus potest, sine quinque Prætoribus*

tribus, Quæstoribus, quatuor Mensariis, qui apud illos à populo creantur. Istæ litteræ συμβόλαια sunt, & syngraphæ. His adde quod Ulpianus & Paulus, atque etiam Caius sic nomen *litteræ* acceperint. Apud Caium nunc videndum quo sensu *litteris obligatio fieri* dicatur. Tribonianus id esse *per scripturam nominibus factis obligari* voluit. Sic enim interpretatur. Theophilus vero eam scripturam manifesto accepit pro chirographaria, qualis ante Justinianum in usu fuit, nullis testibus firmata, sola subscriptione debitoris munita, aut holographa ipsius manu scriptione. χειρόγραφον hinc dictum, quod aliis ἰδιόγραφον. Definitio, quam subjungit, ita eum accepisse, manifesto adstruit: λιτείργεται δὲ ἐν τῷ παλαιῷ χειρὸς τὸ γραφὲν, ὅπερ ἐστὶν μεθερμηνευόμενον γράμμα καὶ χειρόγραφον τοῦτο. Hujusmodi enim novatio, quam describit, pertinere videtur ad chirographa, quæ inter præsentes post duodecennium contestari & renovari à debitoribus sanxit Lex Honorii & Theodosii, Cod. Theod. si certum petatur ex chirographis. *De cætero vero sancimus, ut omnes deinceps cautiones intra duodecennium vim contestationis accipiant, quam debitor facta novatione promittat.* Quo facto, ut ait Theophilus, ἡ μὲν παλαιὰ ἐλύετο ἀπόκοπος, γεννᾶτο δὲ ἑτέρα. prior obligatio extinguebatur, & nova nascebatur, τοῦτο δὲ λιτείργεται. Quæ *litterarum* vocabatur *obligatio*. Sed nugatur, nec intellexit quid esset obligatio *nominibus factis*, & per scripturam contrahi solita. Id se non intellexisse, apertius etiam prodit iis quæ subjicit: ubi ait, si quis diligentius rem consideret, animadversurum, etiam tum in usu & more fuisse litterarum obligationem. Quod sic probat. Si quis, inquit, à me pecuniam velit mutuari, deque ea mecum colloquatur, & ego ipsi permittam scribere *grammateion*, id est, chirographum, idq; me non præsente apud se conscribat, in quo hæc verba posuerit; *Hodie ego ille ab illo mutuas*

accepi tot denarios, quos illi me debere fatetur; si stipulatio non interposita sit, aut inutilis eo nomine fuerit quia id instrumentum me absente confecit, post aliquantum temporis elapsum quæstionem esse dicit, an agi possit contra eum qui tale instrumentum emisit. Et non posse quidem conveniri, ait, actione quæ nascitur ex numeratione, tanquam obligationi obnoxium quæ re contrahitur, quia nulla numeratio intervenerit. Nec posse rursus actione pulsari quæ ex verborum obligatione datur, quia stipulatio non intercesserit, aut, si intercessit, non interposita sit utraque parte præsente. Quid igitur? Reliquum est, inquit, ut agatur adversus eum ex obligatione quæ *litteris* contrahitur. Atqui nullam unquam talem obligationem notam fuisse Romanis liquido possim affirmare, quæ à *litteris* nomen habuerit, præter chirographum. Per γραμματεῖον & συμβολαιογράφους quod sua manu scripserit debitor, palam est, chirographum intelligi debere. Sed in his chirographis stipulatio etiam interponebatur, aut, si non interponeretur, satis erat, si se promisisse debitor fateretur. Hoc enim idem valebat ac si interrogatione præcedente responsum esset, ut ait Paulus lib. v. collectaneorum, Tit. VII. *Verborum obligatio inter præsentes, non etiam inter absentes, contrahitur. Quod si scriptum fuerit instrumento, promisisse aliquem, perinde habetur ac si interrogatione præcedente responsum sit.* Quibus ex verbis colligo, si stipulatio scripto non esset mandata, necessariam fuisse præsentiam duorum contrahentium, quia alter interrogare, alter ad interrogata respondere necesse habuit. *Dabis? dabo. Promittis? promitto.* At si chirographum quis daret, cum satis esset, si in illo scriberet debitor, se promittere, ac perinde id haberetur quasi interroganti respondisset, non puto necessarium fuisse ut præsens utraque pars esset. Quod ex hoc loco Theophili aperte constat, qui nihil aliud voluit

voluit describere quam antiquam cautionum & chirographorum formam qualis ante Justinianum frequentabatur. Antinos ad illa verba Pauli quæ supra attulimus, clarius id etiam affirmat: *Verborum*, inquit, *obligatio ideo inter præsentes constare videtur, quia necesse est, ut is qui aliquid se redditurum promisit, ad creditoris interrogata respondeat. Si interrogatus fuerit, Istud dabis? ille respondet, dabo. Si interrogatus fuerit, Promittis? ille respondet, promitto. Sed si scribat aliquis, se quamcunque summam redditurum, ita habetur, quasi ad interrogata responderit. Ideo ad redditionem secundum scripturæ ordinem retinetur.* Exemplum hujusmodi chirographi habetur leg. XLI. D. de usuris: *Ille scripsi, me accepisse & accepi ab illo mutuos & numeratos decem, quos ei reddam Kalendis illis proximis.* Si illud *reddam* in chirographo appositum, perinde habebatur ac si quis præcedente interrogatione redditurum se stipulanti promisisset, non erat necesse adesse creditorem qui interrogaret, cum chirographum conscriberet debitor. Litteris igitur obligabatur ante Justinianum, qui instrumentum, quale diximus, confecerat, nec alia hoc sensu fuerit litterarum obligatio veteribus nota, nisi chirographaria. Sic Paulus in sententiis lib. v. cap. v. *Confiteri quis in judicio non tantum sua voce, sed & litteris, & quocunque modo, potest. Convinci autem nonnisi scriptura, aut testibus potest.* Non solum autem Theophilus, sed etiam Tribonianus ipse, in eo Institutionum loco, circa obligationem scripturæ, quæ *nominibus* olim fieri dicebantur, erravit, & pro chirographaria scriptura accepit. Cum enim scripsisset, ea nomina tunc non esse in usu, subjicit: *Plane, si quis debere scripserit, quod sibi numeratum non est, de pecunia minime numerata post multum temporis exceptionem opponere non potest. Hoc enim sæpissime constitutum est. Sic fit, ut & hodie, dum quæri non*

potest.

potest, scriptura obligetur. & ex ea nascatur condictio, cessante scilicet verborum obligatione. Hoc est plane quod & Theophilus pluribus exposuit, tunc temporis adhuc mansisse vestigia obligationis per scripturam & litteras. Si quis, inquit Tribonianus, debere se scripserit quod sibi numeratum non esse postea intendat, ea exceptione uti non numeratæ pecuniæ post quinquennii spatium non poterit. Manebit itaque obligatus non verborum obligatione, sed scripturæ, & ex ea nascetur creditori condictio cessante verborum obligatione. Illius exceptionis tempus, quod tunc erat quinquennium, constitutione Justiniani intra biennii metas coartatum, nemo nescit Sed & his non hic locus. Ad chirographariam igitur scripturam id esse omnino referendum, patet, non ad eam quæ *nominibus factis scriptura* contrahebatur. Vide leg. 1. Cod. Hermog. *de cauta & non numerata pecunia.* De cauta nempe per chirographum, quod etiam *cautio* dicebatur, & *cautum.* Glossæ Veteres: *cautum, χειρόγραφον.* Paulus de sententiis: *quod cautum chirographo.* De syngrapha tamen id potius diceretur, quam de chirographo, si vera est distinctio quam inter *syngraphum* & *chirographum* statuit Alcuinus, qui in chirographis, *ea tantum, quæ gesta sunt, scribi solita* notat: in syngraphis *etiam contra fidem veritatis pactionem venire, & non numeratam quoque pecuniam, aut non integre numeratam, pro temporaria voluntate hominum scribi solere.* Syngrapha autem æque ac chirographo cavebatur creditum redditum iri. Sed hoc inferius explicabitur. Nunc ad obligationem, quæ *litteris* contrahitur, redeamus. Quam vereor ne plus vice simplici male intellexerit Tribonianus, cum eam esse dixit quæ nominibus fieri & per scripturam antiquitus dicebatur; qui perpetuam eam quoque, quæ nominibus fieret, interpretatus est de chirographaria scriptura. Atqui alia est obligatio quæ litteris

litteris olim contrahebatur ab ea quæ factis nominibus, alia autem quæ nominibus fiebat, ab illa quæ chirographis fieri solebat. Cajus in Institutionibus, tit. de obligationibus, quattuor genera facit obligationum quæ ex contractu nascerentur; quæ hoc ordine distinxit: *Aut enim,* inquit, *re contrahitur obligatio, aut verbis, aut litteris, aut consensu.* Cum eam, quæ *litteris* contrahitur, explicat, nihil de nominibus faciendis interjicit, aut obligatione per scripturam contrahenda, sed hæc tantum habet: *Litteris obligatio fit, aut à re in personam, aut à persona in personam. A re in personam, velut, si id, quod ex emptione, conductione, aut societate debet, alis reddat. A persona in personam, velut, si id, quod mihi alter debet, alteri persona delegem, ut reddere debeat.* Delegationem his verbis plane designavit. De qua junctim cum novatione tituli sunt in Digestis & in Codice; ex quibus tamen non colligas, cur *litteris* obligatio contrahi dicatur cum fit delegatio. An, quia qui delegabat vice sua creditori alium debitorem, ei per litteras mandabat, ut non sibi sed creditori suo solveret? Ulpianus leg. xvii. D. de Novationibus & Delegat. *delegare scriptura vel nutu, ubi fari quis non potest, debitorem suum posse,* dicit. Ergo si fari poterat, verbis hoc faciebat. Sic nihil hoc facit ad probandum, *obligationem per litteras*, proprie dici de delegatione. Idem certe Ulpianus leg. xi. D. eodem, fieri delegationem, ait, *vel per stipulationem, vel per litis contestationem.* Theophilus videtur hanc *litterarum obligationem* in novatione ac delegatione contrahi soliram referre ad certam verborum, quæ dicenda & scribenda essent, ac sollemnem formulam, quod γράμμα & χειρόγραφον nominat appellat. Id est, scripturam imaginariam certa verborum sollemnitate conceptam. Sic Acceptilationem Græci Jurisconsulti definiunt ἀπαίτησιν κατὰ τὸν νόμον γενομένην, ὅτε δέδωκεν ἐκεῖνος τὸν ὀφείλοντα

ἔνοχλῶ. Alii brevius οἰκονικὴν ἀπόχλῶ appellant. Formulæ illius, qua imaginaria illa novatio sollemnibus verbis fiebat, exemplum adfert. Cui centum aurei debebantur ex causa locationis, si vellet suum debitorem sibi obnoxium reddere obligatione quæ litteris dicitur, ita dicebat ac scribebat: *Centum illos aureos, quos mihi debes ex causa locationis, tu mihi ex conventione & pactione dabis propriarum litterarum.* ἐκ συνθήκης καὶ ὁμολογίας δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων. Deinde scribebatur ex parte debitoris qui debitum novabat: ἐκ τῆς συνθήκης ὀφείλω τῶν οἰκείων γραμμάτων. *Ex conventione vel pacto illos debeo meæ scripturæ, vel mearum litterarum.* Hæc quidem ad novationem debiti, sed nihil ad delegationem pertinent, quæ novatio est debitoris, non debiti, de qua delegatione Caius. Nam litteris obligationem fieri duobus modis tantum scripsit, aut à re in personam, aut à persona in personam. A re in personam, si te delegem ut alii reddas quod mihi debes ex emptione aut societate, aut conductione. A persona autem in personam fit litteris obligatio, ut quod mihi alter debet, alteri, cui debeo, delegem, ut non mihi, sed illi reddat. Nullam hic vides fieri debiti novationem, sed delegationem debitoris, ad quam nihil omnino pertinēt τοπικὰ illa ῥήματα Theophili, quæ stipulationis instar habent ad novationē debiti faciendam. Novatio quippe proprie fit à re in rem, cum, quod ex una causa mihi debebatur, ut ex alia debeatur, procuro. Deinde in novatione facienda, quæ obligatio re contracta fuit, verbis novari potest. In qua novationis specie nullum habet locum litterarum obligatio. Sed & illam litterarum obligationem mox confundit idem Theophilus cum chirographaria obligatione, ut supra docuimus, qui omnino parum hic sibi constat. Cum delegationis tantum propria sit illa quæ litteris fit obligatio, ut aperte verba Caii ostendunt, videtur id mihi verissimū, quod jam

jam attigi, ideo litterarum obligationem dici, quia creditor debitorem suum per litteras obligat ad solvendum alii cui debet ipse, cuique eum delegat ac substituit in locum suum. Nam *delegare*, est mandare, & injungere; quod scripto plerumque fit. Et certum est ex verbis Caii, ita fieri olim solitas delegationes. *Litteras* autem hic in hac, quæ litteris fit, obligatione, nihil aliud esse quam scripturam, ipse Caius mox declarat, ubi de obligationibus agit quæ consensu fiunt. Eas fieri dicit ex emptionibus & venditionibus, locationibus & conductionibus, societatibus & mandatis. *Quia*, inquit, *in hujusmodi rebus consensus magis quam scriptura aliqua aut solemnitas quæritur.* Quod de *sollemnitate* dixit, refertur ad obligationem quæ verbis fit, & stipulationem. Quod de *scriptura*, ad obligationem quæ litteris contrahitur, quam delegationem interpretatus est. Ergo quæ litteris fit obligatio, ea est quæ scriptura contrahitur. Sed de sola delegatione accipiendum, verba Caii plane evincunt. At Tribonianus sub illo titulo De litteris obligatione, nihil minus, quam quod ad rem pertinebat, in ipso capite exposuit. De scriptura, quæ nominibus fiebat, id intellexit, eamq; ipsam altero errore de chirographaria interpretatus est. Neutrum ex his posse consistere, certum est. Non posse de mensæ scriptura accipi, ut Cujacius putavit, id argumento est, quod Justiniani ævo contractus & obligationes ad mensam argentariorum scriptura fieri, sive cum ipsis argentariis, sive cum aliis, solitas, patet ex ipsius Justiniani Novella περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων, ubi meminit λογοθεσίων & γραμματείων quæ contrahentes cum argentariis faciebant, sive ipsi manu sua ea conscriberent, sive ab aliis confecta subscriberent. *Ratiocinia & cautiones* vertit Julianus antecessor. Alia igitur erat quæ nominibus factis per scripturam contrahebatur obligatio. De Codice ra-

tionum id accipiendum, quæ tabulæ erant in quibus nomina eorum perscribebant qui sibi quid deberent. Tabulæ illæ privatæ quidem, quas patresfamilias apud se domi habebant, ac servabant, quæ prolatæ tamen in judicio fidem facerent debiti. Id ita fiebat. Si quis pecuniam mutuam invenire vellet sine usura, si forte, per proxenetas & patarios inquirebat quisnam ex amicis pecuniam haberet ita collocandam. Ulpianus leg. 11. D. de Proxeneticis: *Si proxeneta interveneris faciendi nominis, ut multi solent, videamus an possit quasi mandator teneri. Et non puto teneri: quia hic monstrat magis nomen quam mandat, tametsi laudet nomen.* Hi sunt qui *pararii* dicuntur Senecæ, non, ut placet quibusdam doctis, actuarii vel librarii ac tabelliones, conficiendis contractuum instrumentis, sed à parandis ad contractum & conciliandis animis dicti, οἱ μεσίται, vel μεσῖται, quales apud Græcos qui emptores venditoribus conciliabant, οἱ ἀγοραῖοι & ἀγοράνομοι appellati. Horum igitur patariorum & proxenetarum interventu nomina fiebant. Seneca de illo, qui nollet sciri se pecuniam accepisse mutuam, quique id clam esse cuperet, lib. 11. de beneficiis: *Quidam furtive agunt gratias & in angulo & ad aurem. Non est ista verecundia, sed inficiandi genus. Ingratus est qui remotis arbitris agit gratias. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi patarios, nec signatores advocari, nec chirographum dari. Idem faciunt qui dant operam ut beneficium in ipsos collatum quam occultissimum sit.* Ergo illa omnia non clam nec secreto, sed palam & coram testibus fiebant. Verba illa, *quidam nolunt nomina secum fieri*, sic omnino ex omnibus scriptis legenda sunt, non ut quidam ea citant ac legunt: *Quidam volunt nomina secum fieri.* Sensus Senecæ, nolle illos præsentes esse cum pecuniam mutuam accipiunt, & secum nomina fieri, id est, præsentibus ipsis nomen suum in tabulas creditoris

toris referri. Nomen faciebat creditor, qui in tabulis suis expensi & accepti nomen illius, cui pecuniam dabat mutuam, perscribebat. Præsente debitore id fiebat, qui & ipse quoque in suas tabulas referebat quod deberet. Cicero pro Roscio Comœdo: *Quod si ille suas proferet tabulas, proferet suas quoque Roscius. Erit in illius tabulis hoc nomen, at in hujus non erit. Cur potius illius, quam hujus creditur? Scripsisset ille si non jussu hujus expensum tulisset? Non scripsisset hic quod sibi expensum ferri jussisset? Nam quemadmodum turpe est scribere quod non debeatur, sic improbum est non referre quod debeas. Æque enim tabulæ condemnantur, hujus qui verum non retulit, & ejus qui falsum perscripsit.* Ex his perspici clare potest, creditorem, cum nomen faceret, hoc est, pecuniam alicui crederet, nomen debitoris in tabulis suis scripsisse, & summam debiti, quam & *expensam ferre* dicebatur, quia expendebat. Unde *expensum vel dolmor* in Glossis exponitur. Expensum sibi ferri jubebat creditor debitorem, qui in tabulas suas referebat, quod acceperat, ac debebat. Hinc *tabulæ accepti & expensi* ab utraque parte conficiebantur. Ab illo more referendi nomina debitorum, quibus aliquid credidissent, in tabulas, *nomen facere* creditor, & *nomen locare* dicebatur qui pecuniam credebat. Contra debitor cum creditum solveret, *nomen dissolvere, expedire, expungere*, quia expungebatur nomen ejus è tabulis creditoris, ubi solvisset. Solebant primo nomina debitorum referre in Adversaria, quæ erant chartæ opistographæ, potius *Aversariorum* nomine appellandæ, quæ tumultuaria opera conscribillabantur, & cum multis lituris, quæ nec auctoritatem ullam habebant aut fidem, nec in judicio proferebantur ad probationem debito conciliandam. *Schedas* vocat Justinian. leg. xvi. Cod de fide instrum. Græce σχεδίαι. Ibi jacebant nomina in Adversariis per mensem

ut plurimum à pecuniæ creditæ die, postea in tabulas transferri solebant. Eas tabulas *mundum* vocat Justinianus lege suprascripta, ubi *in scheda conscriptu* opponit *in mundo conscripta*. Græci vocant πίναξ. De quibus nos alibi diximus. Cicero pro Roscio Comœdo: *Illud vero quod ad rem vehementer pertinet, quaro, quampridem hoc nomen, Fanni, in Adversaria retulisti? Erubescit. quid respondeat, nescit: quid fingat exemplo non habet. Sunt duo menses jam. dices, tamen in Codicem accepti & expensi referri debuit. Amplius sunt sex menses. Cur tamdiu jacet hoc nomen in Adversariis? Quid si tandem amplius triennium est? Quomodo, cum omnes, qui tabulas conficiunt, menstruum pene rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in Adversariis jacere pateris? Vtrum cetera nomina in Codicem accepti & expensi digesta habes, an non? Si non; quomodo tabulas conficis? Si etiam; quamobrem, cum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in Adversariis relinquebas?* An hæ tabulæ eædem sunt cum iis quæ nomine à Kalendis ducto dicebantur *Kalendaria*? An potius Adversaria magis conveniunt Kalendariis quia in his rationes menstruæ tantum tumultuaria scriptura conferri solebant, quæ mox in tabulas regerebantur? Hinc supra & Adversaria *menstrua* esse dixit, tabulas *æternas*. Sequitur apud eumdem: *Quid est quod negligenter scribamus Adversaria? Quid est quod diligenter conficiamus tabulas? Qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ servantur sancte: hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt disjecta, illæ in ordinem conjecta. Itaque Adversaria in judicium protulit nemo, codicem retulit: tabulas recitavit.* Hinc & ἐφημερίδες etiam vocatæ, quod in his diurnæ rationes scriberentur.

tur. Nam ἐφημερὶς & *Kalendarium* idem. De Kalendario tamen infra dicemus, & ostendemus aliud omnino fuisse ab his tabulis de quibus hic agimus. De hoc rationum codice capiendus iste Juvenalis versus: *Ad dubium veniet grandi cum codice nomen. Liber rationum* hæ tabulæ vocantur leg. XLVI. D. de Administ. & peric. Tut. *Tutela judicio tutor conventus edidit librum rationum, & secundum eum condemnatus solvit. Postea cum à debitoribus paternis, quorum nomina libro rationum non inerant, exigere vellet pupillus, & prolatæ sunt ab his apocha tutoris.* Delenda omnino negatio, & legendum: *quorum nomina libro rationum inerant.* Unde enim scisset pupillus, eos debitores aliquid sibi debere, nisi in libro rationum paterno eorum nomina inveniset? At cum vellet ab illis exigere, apochas tutoris protulerunt, cui solverant. Eæ tabulæ in judicio prolatæ antiquitus fidem faciebant, & petitio ex his pecuniæ creditæ dabatur. Ceterum hæc ratio faciendorum nominum per tabulas, & ex tabulis probandorum ac petendorum, ignorabatur Justiniani ævo. Ideo tam perperam eam accepere Tribonianus ac Theophilus, ut de chirographariis scriptis interpretati sint, quia alium contrahendæ obligationis per scripturam modum nesciebant. Quinimmo longe ante Justiniani tempora ex variis Imperatorum rescriptis fidem habeti hujusmodi privatorum rationibus, non amplius licitum, ut constat ex Constitutione Philippi leg. VI. Cod. De Probationibus: *Rationes defuncti, quæ in ejus bonis inveniuntur, ad probationem sibi debita quantitatis solas sufficere non posse, sæpe rescriptum est.* Vide & leg. V. & VII. Cod. eodem. Verum enimvero quid dicemus de usurarum obligatione in his nominibus quæ per tabulas fiebant? Certum illud quidem, ex tabulis creditoris in judicio prolatis sine alia probatione peti olim potuisse debitum, sed cum usuræ non

aliter præstarentur quam interpositâ stipulatione, quomodo de his solvendis cavebatur cum nomina fierent? Sciendum, *nomina propriè* dicta de hujusmodi debitis quæ sine usuris contraherentur. Ideo & parati proxenetæque interpositi, qui pecuniam mutuam quærentibus, quam sine usura acciperent, creditores conciliarent qui sic dare vellent. Quorum proxenetarum opera non erat opus his qui pecuniam fœnore sumere cogitarent. Recta enim ad mensam argentariorum ibant, atque inde, si pignoribus & hypothecis idonee cavere poterant, sumebant quantum vellent. Parati & proxenetæ inter amicos & notos ut plurimum operam suam impendebant, ut nomina facienda curarent, aliquando etiam inter ignotos, quos commendabant amicis suis & notis ut idoneos, qui tamen non tenebantur, ut mandatores. In gratiam mutuum accipientium hanc curam sumebant, & propterea ab his non à mutuum dantibus remunerabantur, quia illis potius quam his id genus officii præstare soliti. Gratuitum enim hoc mutuum eo gratius accipientibus. Mercedem, quam accipiebant, προξενικὸν dictum, ut ἰατρικὸν, honorarium, quod interpretibus, & internuntiis, & cujusque rei ut conditionis amicitiæ, assessuræ proxenetis, dabatur. φιλάνθρωπον vocat Jurisconsultus, & præmium quod proxenetæ nominum contrahendorum accipiebant, non φιλάνθρωπον, ut viri docti censent. *Idem dico & si aliquid philanthropi nomine acceperit.* id est, φιλανθρώπου. Τὰ φιλάνθρωπα vocabant mercedes, salaria, commoda, quæ quis pro navata opera accipiebat. Glossæ: *Salarium*, φιλάνθρωπα, ἀλαικόν. In Græcis auctoribus passim τὰ φιλάνθρωπα hoc sensu legere est, ut alibi pluribus diximus. Tabulæ igitur illæ per quas nomina fiebant, & in quæ referebant nomina debitorum creditores quibus sine usura crediderant, diversæ à Kalendario. Nam Kalendarium liber quoq; ratio-

nationum, sive Tabulæ, in quibus perscribi solita nomina debitorum, sed sub usura pecuniam debentium. Quia enim Kalendis pecuniam fœnore occupare consueverant fœneratores, & usuræ pensiones erant menstruæ, inde Kalendario nomen. In Kalendarium autem regerebantur ipsa etiam instrumenta debitorum, qui non tantum de sorte reddenda, sed etiam de usuris solvendis caverant. Scævola leg. *uxorem*, D. de legat. III. *Item quæsitum est, Kalendarii, quod in patria sua vel intra fines ejus defunctus exercuit, instrumenta in domo, quam in patria habuit, reliquit; an id quoque Kalendarium propter verba suprascripta Mævio ex causa fidei commissi deberetur?* Hinc *nomen factum* à stipulatu distinxit Pomponius leg. 1. D. de annuis leg. *Cum in annos singulos quid legatum sit, neque adscriptum quo loco detur: quocunque loco petetur, dari debet, sicuti ex stipulatu aut nomine facto petatur.* Nomen factum ex tabulis petitur, non ex stipulatu, quia in nominibus faciendis per tabulas stipulatio non interveniebat. ergo nec usuræ in nomine facto competebant, quæ non nisi ex stipulatu debebantur. Kalendarium igitur Tabulæ erant, sive codex rationum pecuniæ fœnebris. Tabulæ vero illæ, per quas nomina fiebant, codex expensi & accepti, qui rationes continebat pecuniæ mutuaticæ sine usuris. Sed de Kalendario nos infra. Nam hoc etiam nomine vocarunt librum rationum pecuniæ fœnebris, in quo perscribi solita nomina omnia usuraria cum instrumentis ipsis & chirographis quibus usuræ erant promissæ cum sorte. Ceterum inde κατὰ χρεωκοπικῶς apud auctores *nomen* pro quolibet debito etiam usurario positum passim legitur, licet *nomen* id proprie sit quod diximus. De quo nos in sequentibus plura. Quattuor itaque modis pecunia mutuo danda ante Justinianum in creditum ibat, deque ea reddenda creditori cavebatur: Per stipulationem sine scri-

ptura, per tabulas nomine facto, per chirographi cautionem, & per syngrapham. Quos quattuor modos his verbis Seneca comprehendit lib. III. De beneficiis. *Sed necessaria optimis prætulerunt, & cogere fidem quam spectare malunt. Adhibentur ab utraque parte testes: ille per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit: ille non est interrogatione contentus, nisi reum sua manu tenuit.* Testes adhibiti tantum in syngraphis qui signarent. Paulo infra idem: *O turpem humano generi fraudis ac nequitiæ publicæ confessionem! Annulis nostris plus quam animis creditur. In quid isti viri ornati adhibiti sunt? In quid imprimunt signa? Nempe ne ille neget accepisse se quod accepit. Hos incorruptos viros & vindices veritatis existimas? At his ipsis statim non aliter pecuniæ committentur.* Signatores supra vocavit lib. II. *Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores advocari, nec chirographum dare.* Testes isti signaturi non adhibebantur chirographo, ut ex hoc loco constat, & ex leg. unica Cod. Theod. si certum petatur de chirographis. Privata enim scriptura manu debitoris facta, quæ testium subscriptione non firmari solebat ante Justiniani constitutionem. Sed nec tabulis per quas nomina fiebant, signatores adhiberi soliti, quibus tabulis fides habebatur sine testibus. Restat ut ad solas syngraphas advocati fuerint. Quod verum est. Cautiones & syngraphas alio loco simul commemoravit idem Seneca, ubi cautiones pro chirographis accipi supra demonstravimus. Qua forma concipi solerent syngraphæ, ante docuimus, & quid differrent à chirographis. Tribus testibus subscribebantur, ut ex Syngrapha Androclis de pecunia trajecticia videre est apud Demosthenem in ea περὶ τῆς Ἀνδρόκλου παραγραφῆς. Hæ syngraphæ tabellionis etiam manu conscribi solitæ, utrique parti servandæ dabantur. *Obligationes* eas vulgo vocitamus, quia debitorem

rem obligant, & actio ex his in eum datur, statimque ad solvendum compellitur, vel pignoribus captis, quod non licet in simplici chirographo. Nam prius scripturam suam in judicio agnoscere debet aut inficiari. Si agnoscat, ad solutionem compelletur. Si inficiabitur, & probet creditor, condemnabitur; si non probet, liberabitur. In chirographo locum etiam habuit exceptio non numeratæ pecuniæ, ut passim videre est in Codice Tit. *de non numerata pecunia*, quod tamen in syngrapha potius debuit, ex ejus definitione quam Asconius attulit. Cum enim chirographo accepta tantum pecunia caveretur, numeratam etiam oportuit. Atque ita olim, postea, ut videtur, æque chirographis non numerata caveri cœpit, ut syngraphis. Non tamen hoc inde explicandum. Ut enim apocha, quæ chirohrapho respondet, nulla erat nisi probaretur solutio facta per numerationem, ita chirographum, si probaretur non facta numeratio, nihil valebat. Quippe quod non consisteret, nisi numerata pecunia esset. Nam hoc de essentia chirographi, ut in eo tantum, quæ gesta sunt, ut ait Asconius, scribi soleant. Si igitur in eo scribatur pecunia numerata, quæ non numerata sit, vitiosum instrumentum & nullum. At in syngrapha aliud fuit. Etiam in hac contra fidem veritatis pactio interposita obligabat debitorem, & quamvis non numerata pecunia, pro numerata tamen ut haberetur, inter contrahentes convenerat, cui conventioni standum erat. Testes in ea subsignabant tres. Utrique parti servanda tradebatur. Contra id, de quo in ea contrahentes consenserant, venire non licebat. Ex chirographis itaque, non ex syngraphis, exceptio dabatur pecuniæ non numeratæ. Cautionem sive chirographum etiam *obligationem* vocavit lex Alexandri VII. Cod. eodem: *Si quasi accepturi mutuam pecuniam adversario cavistis, quæ numerata non est, per condictionem obligationem*

tionem repetere, & si actor non petat, vel exceptione non numerate pecunie adversus agentem uti potestis. Ubi *obligationem* posuit pro cautione chirographaria. Ex tunc obligabant debitorem ad sortem reddendam & ad usuras etiam solvendas. Nam & stipulatio in his interponebatur, qua solebant firmari. Quod & Constantini ævo obtinuit, ut palam est ex leg. unica Cod. Theod. *Si certum petatur de chirographis*, & mansit usque ad Justiniani tempora; qui primus sanxit, chirographo debitum probari non posse, nec debiti solutionem, nisi tres testes subscripsissent. Id patet ex leg. ult. Cod. *si certum petatur.* Qua quidem lege ita demum chirographariis Instrumentis trium testium subscriptione non munitis fidem haberi prohibet, si creditæ pecuniæ, & in illis cautæ summa quinquaginta libras auri excedat. Paucis sane chirographis hac sanctione fidem derogatum tunc iviſſe existimandum. Nam quinquaginta auri libræ aureorum qui tunc erant in usu, efficiunt summam trium millium & quingentorum, nostrorum vero coronatorum fere quinq; millium & amplius. Recte itaque hoc mutavit Novella constitutione CXXIII, & quinquaginta illas auri libras ad unam reduxit. Chirographa igitur in judicio prolata debiti probationem non facere constituit, πολλὰ δὲ μὴ καὶ μικρόν ὄγκῳ πραγμάτων ἀξιοπίστους εἶναι ἐλπίζουσι τὰ σχέδη. Quod & in depositi locum habere voluit. Julianus antecessor: *Si quis sine tabellione composuerit instrumentum maluerit, sive de mutuo, sive de depositu, sive de alia quacunq; causa, tres testes adhibeat, alioquin littera ipsius sola, & comparatio earum credenda non sunt.* Græca Novellæ verba sic habent cap. II. ἀλλὰ καὶ εἴτις τὸ δανείου καὶ τῆς συμβολαίου, ἢ ἄλλου τινὸς αἰτίου, ᾗ μὴ βούλοιτο τοῦτο ἐπ' ἀγορᾶς συνθέσθαι, ἀλλὰ ἰδίᾳ τὰ συγγράμματα ἀφιζεῖτο, μὴ αὐτάρκη δοκεῖν τοῖς γράφουσι τὰ τῆς δανειακῆς συμβολαίου, πολλὰ δὲ μὴ καὶ μικρόν ὄγκῳ πραγμάτων ἀξιοπί-

στους εἶναι ἐλπίζουσι τὰ σχέδη. Hoc in privata & chirographaria scriptura mutui aut depositi, quæ olim nullam habuit testium subscriptionem, hac constitutione Justiniani, & ea quæ in Codicem relata est ultima, si certum petatur, à tribus testibus debuit subsignari. Nihil igitur in numero testium mutatum est, sed in summa pecuniæ creditæ quæ chirographo caveretur. Lex Codicis chirographis credi noluit sine trium testium subscriptione, quæ continerent summam quinquaginta libras auri excedentem. In hac constitutione restringitur hæc pecunia ad libram auri, ut patet ex cap. IX. ejusdem Novellæ. Immanis semper mihi visa est illa summa quinquaginta auri librarū, supra quam non liceret pecuniam acceptam cavere ἰδιοχείρῳ scriptura. Hoc est, dimidiatum centenarium auri, ut tunc loquebantur; nam κενταήρια χρυσᾶ vocabant centenas auri libras. Vereor ne ex numerali nota error obrepserit, & cum scriptum esset, *supra v libras auri*, fecerint librarii, I. *libras auri*, hoc est, quinquaginta, pro quinque. Quæ & ipsa satis notabilis videtur summa, ut quæ efficiat trecentos sexaginta aureos, quales in libram auri illo in tempore septuageni bini inibant. Præterea magis mollis descensus à quinque libris auri ad unam, quam à quinquaginta, quod merum est præcipitium. Verba illa Novellæ, καὶ μὴ βούλοιτο τοῦτο ἐπ' ἀγορᾶς συνθέσθαι, de eo accipienda qui non vult publice instrumentum mutui per tabellionem conficere, sed privata ac propria scriptura tantum componere, quod est chirographum. Vetus interpres pessime vertit, si vere ita reddidit: *& noluerit hoc in publico confiteri.* Sed suspicor eum scripsisse: *Et noluerit hoc in publico confiteri.* Instrumenta ἐπ' ἀγορᾶς confieri dicebantur quæ per tabelliones conficiebantur, quia stationes suas in foro vel circa forum habebant. Unde & ἀγορᾶιοι appellati, ut illi mercatores, quibus tabernæ in foro, aut qui totos

dies in foro desidebant ad mercimonia sua vendenda. Glossæ veteres: *Tabellio*, ἀγοραῖος, νομικός. Hinc Novella CXXXVI, quæ est de argentariorum contractibus, cap. V, instrumenta distinguuntur in in foro composita, nempe per tabellionem, & privata debitoris manu conscripta: καὶ λογοθέσια ποιοῦνται, καὶ τὰ μὲν ἐπ' ἀγορᾶς τίθεν, τὰ δ' αὐτοὶ συγγράφουσι τῇ ἰδίᾳ χειρί. Ea forensia & publica instrumenta dicuntur leg. XIX. Cod. de fide instrumentorum, hæc chirographa: *Aliter enim fieri comparationem nullo concedimus modo, licet in semetipsum aliquis chartam conscriptam proferat, sed tantummodo ex forensibus, vel publicis instrumentis, vel hujusmodi chirographis, quæ enumeravimus, comparationem trutinandam.* Ceterum Justinianus constitutionis suprascriptæ LXXIII. observationem in illis tantum contractibus teneri voluit qui fierent supra libram auri; intra auri libram pristinum morem servari sanxit, & rationem addit, ἵνα μὴ περὶ πραγμάτων σμικρῶν μεγάλας σαυτοῖς ὑπερθῶσιν ἄνθρωποι, *ne in rebus parvis magnas vexationes sufferant homines.* Infra auri libram tantulum debitum non tanti faciendum visum est, ut propterea quis debeat tres testes in chirographo conscribendo advocare qui signarent. At lege ultima Cod. si certum petatur, non erat nimis magna crediti quantitas, quæ usque ad quinquaginta auri libras excurreret. Quod omnino mendosum censeo. In agris autem & villis ubi major est simplicitas contrahentium, & penuria litteras scientium, ac testium, antiquum pariter morem retineri circa chirographaria instrumenta constituit, ut sine testibus, ut olim, valerent, fidemque facerent. Atque hæc hactenus.

CAP. VII.

Definitio fœnoris. Ut in commodato cum merces intervenit, locatio est, ita in mutuo cum usura accedunt,

dunt, fœneratio dicitur. Gratuitum fœnori oppositum, & pecunia gratuita fœnebri. Fœnus instar locationis habere. Ideo locatam & collocatam pecuniam dici fœnore datam. In fœnore poni, idem esse ac locari. Ita & Græcos loquutos. Ἔκδοσις, *locatio pecuniæ.* Ἐκδοῦναι ἱμάτιον, *vestem locare fullani poliendam. Aliud esse cum locari, collocari & poni simpliciter pecunia dicitur, ut in agris aut mancipiis, aliisque rebus emendis, aut in fœnore. Condere pecuniam in agris mercandis, pro eodem, apud Tacitum. Quid sit fundata pecunia Horatio. Commodari pecunia dicta quæ gratis mutuo datur. Ita Græcis* χρῆσαι & χρήσασθαι. *Idem* δανείζεσθαι *cum* χρήσασθαι *apud Theophrastum. Etiam pro fœnerari id positum. Inde* χρήστης *fœnerator. Commodare proprie esse utendum dare. Labeo distinguebat inter commodatum & utendum datum.* Χρῆσις *usus est, & usus datio.* Χρῆσις *quæ est commodatio vel ad utendum datio, distinguitur* ἀπὸ τοῦ δανείσμου. *Andronicum perperam* τὴν χρῆσιν *cum* μισθώσει *confundere, & male utrumque apud Aristotelem interpretari. Quid intersit inter* μίσθωσιν & χρῆσιν. Μισθῶσαι & μισθώσασθαι *differunt, ut* δανεῖσαι & δανείσασθαι. *Quid sit* ἐκμίσθωσις. Ἔκμισθος *quid. Quod Latinis Iurisperitis commodatum, id Græcis interpretibus* χρῆσις. *Ita differt* ἀπὸ δανείσμου, *ut genus à specie.* Χρῆσιν *etiam pro fœneratione accipi.* Χρῆσιν *Græcis esse duorum generum, in rebus quæ usu consumuntur, & quæ non consumuntur.* Κιχρᾶν & κιχρᾶσθαι, *pro fœnore dare & accipere. Idem esse quod* χρᾶν & χρᾶσθαι. *Appianus explicatus. Cur Persæ improbarent* τὸ κιχρᾶσθαι. *Commodatam pecuniam mutasse Iustinianum in mutuo datam in quadam lege Theodosiani Codicis. Præstare idem esse quod commodare, in nostro idiotismo, & apud Latinos. Duo genera videri commodati, quo res accipientis fiunt,*

fiunt, & quo non fiunt. Iurisconsultis hoc non placere, sed mutuum velle esse in quo res fiunt accipientis. Inter commodatam & mutuo datam pecuniam ita eos distinguere, ut commodata ad pompam tantum & ostensionem sit data. Non posse commodari ex eorumdem sententia, quod usu consumitur. Rationem hujus sententiæ vix posse dari ex vi ac proprietate verbi. Locatas pecunias iidem dicunt fœnori datas. Atqui locationem non differre à commodatione nisi mercede. Si locata est pecunia, dicitur fœnore data, commodata dici poterit gratis data. Commodatum, quod mutatum redditur, mutuum proprie vocari. Generalior appellatio commodati quam mutui. Vt sub mercede commodatum, est locatum, ita commodatum, quod mutatum necesse sit recipi, mutuum: & mutuum, quod sub usuris datum, est fœnus. Duo fœnoris genera, commune & nauticum. Duo etiam genera usurarum. Omnes usuras in genere compensativas esse. Ex mora etiam ferme omnes deberi. Vsuram fere semper esse pœnam. Inde fœnus à voce Græca ποῖνος, quæ idem quod ποινή. Arabibus ܢܘܚܬܐ dicitur usura quæ debetur ex mora solutionis pretii pro re vendita. Quid proprie significet ea vox, & quomodo ab usura mutui distinguatur. Quod sit Hebræis נשה. De voce Græca τόκος, unde dicta. Hoc Hebræis תרבית, & Arabibus ربا. Ab eadem origine & Chaldæis רביתא. Πλεονασμὸς septuaginta interpretibus dicitur. Πλεονασμὸν & τόκον ita his distingui, ut Hebraice Neschech & Tarbit. Hæc duo nomina simul in Hebræo ponuntur in eadem sententia. Diverso respectu idem videri. Tarbit augere pecuniam creditoris, Neschech quasi morsu deterere debitoris pecuniam. Ita قرض Arabibus vocari usuram, à mordendo.

mordendo. Quid sit عينة apud eosdem. A defluxu ita vocari. Quid sit سور Persicum, & سلف pro usura. Explicatio vocis τόκος. Quid sit ἀπουσία. Impendium quid proprie. Non esse sortem, sed usuram quæ in sortem cedit. Imperium terra non recusat. Male impendium corrigi. Cur Neschech & Tarbit junctim posita in usuræ interdictione. De duplici usurarum genere, quod de summa creditæ pecuniæ in antecessum detrahitur, & quod ad sortem accedit. Sors in mutuo, caput, summa, idem. Κεφάλαιον & ἀρχαῖον Græce. Arabice اصل. Vnde sors. Ab ὄρος. Inepta hujus vocis apud Varronem originatio. Alia nonnulla. Pecunia pro sorte crediti, ut nummi apud Horatium.

HActenus demonstratum est expositis variis contractuum generibus, & instrumentorum quibus reddenda pecunia cavebatur aut reddita, non aliam fuisse obligationem sortis quam usurarum, sed prout naturaliter, aut civiliter contraheretur sortis in mutuo obligatio, ita aut ex numeratione & pacto usuras quoque peti solitas, aut ex stipulatione. Quin & post datam seorsim definitionem mutui, quo gratuita datur pecunia, & usurarum, sequitur, ut fœnus, hoc est, mutuum cum usuris, definiamus. Hoc enim à mutuo proprie sumpto non distare probavimus, nisi quod usurarium est fœnus: mutuum, non usurarium. Definiatur itaque sic: *Fœnus, esse mutui dationē cum usurarum stipulatione legitimarum, pro creditæ rei qualitate & contrahentium conditione.* Sic omnes omnino usuras, quæcunque ex mutuo fenebri competunt, comprehendimus, quarum non unus modus est, sed varius, lege permissus, pro rei, quæ sub usuris creditur, qualitate, ejus,

ejus, qui credit conditione, & illius cui creditur. Nam si fruges fœnore dentur, majores usuræ præstantur, quam si pecunia. Si senator fœnore dare velit, non tantas exiget quam si fœnerator, aut negotiator. Si uterve horum agricolæ dederit, legitimæ non erunt usuræ, quas stipulabuntur, tam magnæ, quam si alicui cuilibet credidissent. De quibus omnibus nos infra. Quemadmodum autem in commodato, si merces interveniat, id transit in aliud contractus nomen, & vocatur *locatio*, ex parte dantis, & *conductio*, ex parte accipientis: ita in mutuo, quod esse ex propria nominis notatione gratuitum debet, si intercesserit merces pro usu pecuniæ creditæ, aliam appellationem sortitur, & *fœnus* nuncupatur. Hinc gratuitum opponitur fœnori apud Suetonium in Julio Cæsare: *Omnibus gratuito, aut levi fœnore obstrictis.* Et passim in jure *pecunia fœnebris* dicitur, & opponi solet *pecuniæ gratuitæ*. Mentio fit *fœnebris* leg. ix. D. de usuris: *gratuita* multis locis, ut leg. viii. D. in quibus causis, & alibi. Certe hoc quoque mutui usurarii genus, quod appellatur fœnus, locationis instar habet. Nam & *locari pecunia* dicitur quæ sic datur. Cujus loquutionis exempla crebro occurrunt apud auctores. Sed & *collocata pecunia* sic dicuntur leg. xxxiii. D. de usuris. Idem quippe *collocare* quod *locare*; quod est μισθῶσαι. Sic *collocatus servus* apud Papinianum leg. iv. D. de conditione indebiti: *Nam si servus collocatus mercedem, ut domino, prædoni retulit, fiet accipientis pecunia.* Ita enim ibi legendum. Vulgo perperam editur, *si servus non locatus.* Item, *non fiet accipientis.* Quod falsum est. Nam à prædone locatus servus, si mercedem ei ut domino retulerit, certum est eam fieri accipientis, ut diserte verba legis in præcedentibus adstruunt. Sic in Querolo non Plautino: *Sed novi egomet te: vade nunc jam, & cauponibus tete collocа.* Idem auctor: *De istis quondam magnus*

magnus, dixit Tullius. Anseribus cibaria publice collocantur, & canes aluntur in Capitolio. Ita enim scriptum extare in vetustis codicibus, eruditi monent. Nec aliter loquutus ipse Tullius in Pisoniana: *Deprehensus denique cum ferro ad senatum is quem ad Gn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat.* Quod & Glossæ veteres confirmant: *Conlocat, ἐξοδιάζει, συμπίθησι.* Item aliæ: συμπίθω, *loco, conloco.* Græci ἔκδοσιν pariter appellant, hoc est, pecuniæ locationem quæ fœnore datur. Pollux lib. iii. cap. ix. περὶ τραπεζίτου καὶ δανείζοντος, De mensario & fœneratore: καὶ ὃ χρῆσις δανειστικὸς, ὀφειλήματα ἐκδόσεως· ἐκδιδόναι ἰδίᾳ δανείσματα, καὶ ἔκδοσις. Ita verba hæc distinguenda. Notum est, ἐκδίδωμι esse locare, & ἔκδοσις, locationem. Glossæ: ἔκδοσις, *locatio.* ἐκδότης, *locaticius.* Eædem: ἐκδίδωμι ἴσον μισθῷ, *conloco, loco.* Qui vestimenta locat fulloni poliendа, ἐκδίδωσι Theophrastus dixit, in ἀνάγκῃ Characterismo: καὶ τὰ ἱμάτια δὲ ἐκδίδωσι δοὺς ὡς ἂν βέλτιστα ἐργάσηται, ἀλλ' ὅτου ἢ πλεῖστα ἰσχνεῖ καὶ κνάφῃ. *Et fulloni pallium locare suetus, non ei, qui optime sit politurus, sed qui idonee possit, do reddendo, fidejussore dato, cavere.* Sic ergo pecunia fœnebris *locari* & *collocari* dicitur, pro cujus usu merces exigitur. Plautus: *Locare argenti nemini nummum queo.* Id est, συμπίθωσι. Duplici tamen sensu *locatio* vel *collocatio* pecuniæ sumitur; cum mercede pacta alicui locatur, quomodo & aliæ res solent locari, pro quibus mercedem conductores præstant: & simpliciter, cum pecunia possessiones aut aliæ res emuntur, in his locari, poni, & collocari, vel etiam fundari pecuniæ dicuntur. Quod in fundis & agris præcipue locum habet, in quibus veluti non peritura pecunia, sed stabilis & perennis futura conlocari censetur, id est, ἱδρύεσθαι, & firmiter consistere. Ad differentiam id dici censeo earum rerum quæ usu depereunt, quibus si impendantur nummi, &

ipsi, veluti nullo fundamento nixi, dilabuntur, atque effluunt. Utramque notionem reddidit expositione sua optimus Glossarum auctor: *Conlocat*, ἐκδοῖ, ἐπιτίθησι. Item: *Locat*, ἐπιτίθησι, ἐκδοῖ. Cicero pro Cæcina, aut alibi, *pecuniam in agris collocari* dixit, qua agri emuntur. Metaphora ducta ab ædificiis, quæ in fundamentis *locari* & *collocari* dicuntur. Hinc apud Hermogenianum, leg. v. D. de Jure & Justicia: *agris terminus positi, ædificia collocata*. Plautus *locari*, quod idem est, de eadem re dixit, nempe de pecunia quæ collocatur in mancipiis emendis. In Mostellaria:

Nec quicquam argenti locavi jam diu usquam e-
Horatius *fundari* pro eodem usurpavit: *(que hinc.*

— *quorum*
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

Id est, quorum pecunia in culris & nitidis villis collocata est. Sane & fundamenta ædium *locari*, *poni*, & *collocari* proprie dicuntur. Salvianus, lib. IV. de gubernatione Dei: *Et qui domum ædificat, vel fundamentum locat.* Eodem sensu Tacitus, Annali sexto, *condere pecuniam* posuit, pro collocare, quod est κατατίθεσθαι: *Eaque, quæ remedio quæsita venditio & emptio, in contrarium mutari, quia fœneratores omnem pecuniam in mercandis agris condiderant.* Sic enim legendum. Id est, posuerant, collocaverant, fundaverant. Quæ omnia ex eadem tralatione. Poni quoque pecunia similiter dicebatur, quia *ponere* idem quod ædificare, collocare & fundare. Horatius:

Ponendæque domo quærenda est area primum.

Hinc apud Isidorum in Glossis: *Positiones, ædificia.* Inde igitur & *poni pecunia* dicitur, ut condi, & fundari, quæ in solido locatur, & bene constituitur. Quod non solum de agris, qui fructum reddunt, sed & de mancipiis quæstuosis ac de fœnore usurpatur, quia in his omnibus pecunia ponitur, compendium domino & lucrum allaturis, non in res otiosas & steriles aut

aut voluptuarias insumitur. Ita & *poni in fœnore pecunia* vocatur, ut & collocari. Horatius:

Dives agris, dives positis in fœnore nummis.

Et sic Græci quoque loquuti. Hesychius, Τεθειμένοι, Ἡσυχάλιος, δανειζόμενοι. Alio sensu *locari alicui pecuniam*, dixere, quæ mercede pacta, id est, usura *locatur*. Quæ locatio est proprie ὁμιλία. Cui opponitur *commodatio*, cum sine usura datur. Tum enim *commodata* potius quam *locata* alicui videbatur. Et sane ita etiam dicta Græcis pariter & Latinis. Suidas: χρῆσται· δανείσασθαι· τὸ χρῆσαι, ἢ δανεῖσαι ἀφελέστερον. τὸ μὲν γὰρ χρῆσαι ἐπὶ φίλων, τὸ δὲ δανεῖσαι ἀφ' ὧν τοκίσεις. *Commodato accipere, mutuum est accipere. Commodare, operatius est quam fœnerari. Nam commodare ad amicos pertinet: fœnerari ad quoslibet.* Theophrastus idem facit δανείζεσθαι cum τῷ χρήσασθαι, cum illud accipitur pro mutuo gratuito, in Notatione ἀναισχυντου, his verbis: καὶ ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων οἰκιῶν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κελεύει, καὶ ὃ ἄχυρον, καὶ τούτου χρήσασθαι ἀναγκάσαι ἀποφέρειν αὐτοῖς αὐτόν. *Et ubi ad alienas ædes venerit, hordeum, vel paleam mutuo accepturus, qui hæc sibi commodaverint, cogit domum ad se portare.* Eo usque denique progressus est abusus, ut illud χρῆσαι pro fœnerari usurparint. Hinc χρήστης pro fœneratore, cum proprie ille sit, qui commodavit. Antiphon apud Stobæum: ἐπὶ δὲ τῆς λύπης ἐστὶν, ὅταν ἄρα ἰδίων ἀνὴρ αὑτοῦ πρὸς χρήστου ἀναιρῆται, πολὺ τούτου εἰ δανείσαιτο ἐπὶ τόκῳ. Paulo post, quod heic δανείσασθαι dixerat, χρῆσαι dixit, id est, commodare: ὥστε λυπεῖ μὲν τὸν συμφορᾷ τινι ἀλλοτρίῳ ἐπὶ σκέψασθαι τοῦ δανεῖσαι, ἐὰν οὐ πρὸς τοῦτο ᾖ, ἢ ἄνθρωπος αὐτοῦ χρήσαι. *Unde multum dolens propter infortunium cum alias quod petenti non commodasset pecuniam quæ ex ipsi salva fuisset, & insuper aliam usuræ nomine adjecisset.* Ita illi nihil discriminis, quoad vocem, posuerunt inter eum qui gratis commodat usum suæ rei, & qui constituta mercede

de usum ejus concedit. Et certe uterque quidem commodat, sed ille qui gratis, magis. Nam cum *commodare & utendum dare* idem sit, qui non vult utendam rem suam dare nisi mercedem pro ejus usu recipiat, æque profecto utendam dare censeri debet, atque ille qui gratuitum ejus usum commodat. In edicto prætoris *commodasse* scripserat qui id conceperat, pro quo Pacurius *utendum dedisse* posuerat, ut est in leg. 1. D. Commodati. Labeo autem, ut ibi Ulpianus notavit, inter *commodatum & utendum datum* tantum interesse voluit quantum inter genus & speciem. Commodari enim proprie rem mobilem cum utenda datur: rem autem soli non commodari, sed utendam dari. Sed alii melius, rem soli etiam commodatam æque bene dici arbitrati sunt. Et sane *utendum dare*, proprie dicitur de eo qui usum rei suæ ad tempus alicui concedit, sive gratis, sive mercede pacta. At *commodare* pro eodem usurpatur, tralatione facta non ex via ac proprietate verbi. Quia enim, qui suam rem dat utendam alieno, commodat ei, id est, rem gratam, utilem & commodam facit, inde *commodare* μεταφορικῶς pro rem utendam dare. *Commodare* enim, & *incommodare*, opponuntur. Nulla re autem magis homini ab altero commodatur, quam usu ejus rei concesso quam desiderat, quaque opus habet. *Commodus* est alicui qui ei est utilis, id est, ὄφελος. Ut apud Horatium: *sibi commodus uni.* Χρήσιμος, λυσιτελής. Alii etiam est commodus qui eum re adjuvat, ut rem, qua opus habet, utendam gratis dando. Hinc ab ὄχεσθαι, quod est commodus & utilis, verbum ὀχεύειν, pro commodum se præbere, & commodare rem aliquam, apud vulgum. Phrynichus: Ἐνχρεστῆσαι λεγόμενον λέγε κιχρῆναι. Κιχρῆναι, vel κιχρᾶν, est commodare. De quo infra. Isidorus *commodum*, quod est ὄχημα, dixit pro commodatione: ut *mutuum* sæpe capitur pro mutuatione, & *fœnus* pro fœnera-

fœneratione. Verba ejus lib. v. Originum cap. xxv. sic ex vetustissimis codicibus scribenda sunt: *Commodum est id quod nostri juris est, & ad alium temporaliter translatum est. cum commodo temporis, quamdiu apud eum sit, unde commodum dictum.* Ita legendum, *cum commodo temporis*, non, ut vulgo est, *cum modo*. Sic accipitur *commodum temporis* apud Jabolenum, leg. xv. D. de annuis legatis; *quod si tempus hæredis causa prorogatum esset, ut commodum medii temporis ipse sentiret, liberatum eum intelligi.* Et apud Paulum leg. xlv. D. ad legem Falcidiam: *In lege Falcidia non habetur pro puro quod in diem relictum est; medii enim temporis commodum computatur.* Ab illo commodo medii temporis *commodatum* dictum, quod non tantum obtinet in contractu qui inde nomen habet, sed etiam in mutuo. Nam commodo medii temporis fruitur quamdiu aliena pecunia utitur, pro quo commodo, quod ipse sentit, aliud commodum vicissim ei, à quo mutuum accepit, rependit, nempe usuras. Ab usu Græci χρῆσιν dixerunt, quod est *utendum dare*, & χρήσασθαι *utendum accipere*. Quod de rebus soli & mobilibus æque dicunt. Χρῆσις apud eos duas res significat, & usum ipsum, & usus dationem. Cum usus est tantum, λαμβάνειν ἢ χρῆσθαι fit, quod est uti, unde χρήσιμος utilis. Cum usus dationem designat, δοῦναι ἢ χρῆσαι descendit, vel χρῆσιν, quod est, *utendum dare*, atque, ut etiam Latini dixerunt, *commodare*. In utraque significatione ne aliis testimonium denuntiem, apud Aristotelem in eodem opere reperitur. In Nicomacheis, lib. iv. cap. i: Χρῆσις οὖσιν δοκεῖ χρεωστῶν δοῦναι καὶ δόντος τὸ λῦσαι τὴν φυλακὴν κύριος εἶναι. Usum divitiarum in expensa esse dicit, possessionem in custodia. Et notum illud in Epistolis Ciceronis quo χρῆσιν & κτῆσιν similiter opponit, usum, & proprietatem sive dominium: χρήσει sum tuus, κλήσει autem Attici nostri. Apud eumdem Aristotelem, lib. v. ad Ni-

comachum inter contractus voluntarios, quæ ἐκούσια συναλλάγματα vocat, hæc recenset, πρᾶσιν, ὠνὴν, δανεισμὸν, ἐγγύην, χρῆσιν, παραφυλαθήκην, μίσθωσιν. Ubi χρῆσις est commodatio, vel commodatum, quam hic distinguit ἀπὸ τοῦ δανεισμοῦ, id est, à mutuo, cum δανεισμὸς etiam sit genus χρήσεως, & Græci χρῆσαι de eo dicant qui pecuniam dat mutuam, sive fœnebrem, sive gratuitam. Unde χρῆσαι δυσκολώτατοι, *acerbissimi creditores*, Aristophani in Nebulis. Grammatici δανεισταὶ interpretantur. Quidam debitorem quoque sic vocarunt. Nam ut χρῆσαι est mutuo dare, ita χρήσασθαι mutuo accipere. Χρῆσις igitur eo loco apud Aristotelem est commodatio rei quæ gratis alicui datur utenda, atque eo nomine differt ἀπὸ τῆς μισθώσεως, quæ est *locatio*. Paraphrastes tamen Aristotelis, quem volunt esse Andronicum, χρῆσιν in illis philosophi verbis accipit pro commodatione rei quæ sub mercede utenda datur, ut est domus aut equus. Χρῆσις, inquit, ὅταν τις ἐπὶ μισθῷ τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἢ τὸ ζῶον δύνῃ τινὶ χρήσασθαι. At μίσθωσιν, quæ apud eumdem ultimo loco ponitur, ac refertur inter contractus qui consensu fiunt, explicat μίσθωσιν ἢ δοῦλα ἢ τεχνίτου. Doctus interpres *conductionem* hic reddidit, quæ est in Græco μίσθωσις; & *locationem*, pro eo quod χρῆσιν Andronicus post Aristotelem dixit. Ergo eadem inter χρῆσιν & μίσθωσιν apud Græcos differentia est, quæ inter *locationem* & *conductionem* apud Latinos. Quod vereor, ut possit doctioribus probare. Hic enim χρῆσιν Aristoteles ἀπὸ τῆς μισθώσεως toto genere discrevit. At in eodem contractu *locatio* & *conductio* intervenit diverso respectu. Qui ædes dat utendas, mercede eas locat: qui accipit, conducit. Nam *locatio* & *conductio* ita in eadem obligatione locum habet, ut *venditio* & *emptio*. Hæc quis nescit? Falsus est igitur Andronicus, deinde & ejus interpres. Ut ille Aristotelem non capit, ita nec iste Andronicum. Μίσθωσιν

apud Aristotelem *locationem* & *conductionem* comprehendit. Quod χρῆσιν ille ad domum refert quæ utenda ἐπὶ μισθῷ conceditur, sane errat. Nam & μίσθωσις ibi locum habet, ut in aliis omnibus, quæ utendæ dantur & accipiuntur mercede, aut faciendæ. Inter privata judicia Athenis actio οἴκου μισθώσεως dabatur, tam ex parte locantis quam conducentis. Quippe μισθῶσαι οἶκον dicebatur qui locabat, μισθώσασθαι qui conduxerat. Quod idem est discrimen inter χρῆσαι & χρήσασθαι, δανεῖσαι & δανείσασθαι. Idq; etiam apud Jurisconsultos Græcos obtinuit, ut observat Harmenopulus περὶ μισθώσεως, ubi dicit in jure τὸν μισθώσαντα esse qui dat mercedem, τὸν μισθωσάμενον qui accipit, in usu autem vulgari τὸν μισθώσαντα non dici, μισθωσάμενον autem dici qui mercedem accipit. Quod contra usum est antiquorum. In Jure Græco μισθώσας est *locator*, μισθωσάμενος *conductor*. Quidam ex Græcis interpretibus juris μίσθωσιν proprie appellarunt quæ est Latinorum *locatio*, ἐκμίσθωσιν quæ est conductio. Unde apud Theophilum titulus *de locatione & conductione* Græce vertitur περὶ μισθώσεως καὶ ἐκμισθώσεως. Alii contra ἐκμίσθωσιν pro *conductione* posuerunt. In multis sane casibus *locati* & *conducti* significationes permiscentur, ut nescias utra ex parte sit *locatio*, ex qua *conductio*. De quo videndi Jurisconsulti. Hinc Græci antiqui μίσθωσιν utrumque appellarunt, quemadmodum videre est in illo Aristotelis loco supra citato. Nam ἐκμίσθωσις eo sensu Græcum non est, cum ἔκμισθος proprie sit qui mercedem non accipit. Qui locat aliquid faciendum, ἐκδιδόναι dicitur, ut & qui dat utendum. Qui accipit, λαβεῖν. Sic res ipsæ distinguuntur. Cum igitur μίσθωσις sit quodcunque mercede constituta utendum alii datur, ubi gratuita erit usus concessio, quod nomen habebit? Nempe χρῆσις. Sic igitur apud Aristotelem accipiendum. Atque ita *commodatum* Græci interpre-

tes juris reddiderunt, quod gratuitum esse debere iidem dicunt. Glossæ veteres: *commodatione*, χρέωσις χρῆσις apud Græcos, hoc est, *commodatio*, duum est generum. Aut in rebus versatur quæ usu consumuntur, aut quæ non. Sic igitur differt λόγος ἐν δανειστικῷ, ut genus à specie. Nam δανειστικὸς est χρέωσις earum tantum rerum quibus uti quis non potest, nisi eadem & absumat. Generaliore vocabulo χρέωσις Græci antiqui sæpius utuntur ad earum rerum usum, in quibus propria & stricta significatione locum habet ὁ δανειστικὸς, hoc est, mutuum, sive sit gratuitum, sive usuratum. Depereus ille apud Theophrastum uxori interdicit, μήτε ἄλας χρῆν δοῦναι, μήτε ἐλαίαν, μήτε κύμινον, μήτε ἀλάς, μήτε τέφραν, μήτε ἡλιάμενα. *Non commodare, aut utenda dare cuiquam neque salem, neque ellychnium, neque cuminum*, & cetera. Quæ omnia inter utendum depereunt. Alio loco χρέωσιν & δανεῖσαι pro eodem usurpavit de pálea, & hordeo commodato. Idem χρῆν πλαίσιον & σφυρηστήριον, in Charactere ἐν ἀηδίαις, ut Latinis *ædes commodare*, apud Satyricum. In pecunia quoque, tam gratuita quam fœnebri, hæc χρῆσις, sive commodatio apud Græcos auctores solet aliquando usurpari. De gratuita jam satis constat, & supra diximus. De fœnebri clarum est ex nomine χρέωσις pro fœneratore. Sed & Appianus lib. III. de bellis civilibus, ubi narrat Græcos juxta ac Romanos semper fœnus aversatos esse, & Persis similiter non placuisse fœnore accipiendæ pecuniæ morem, ut rem fraudi ac mendacio obnoxiam. Locus ab interprete non intellectus ita Græce habet: ἀναγραφῶσιν γάρ μοι δανεῖσαι οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, πρὶν ἐγερθῆναι Ἕλληνας, τὸ δανείζειν ἀπὸ κακοπλοΐας, & θανάτου τοῖς πένησι, καὶ ἀχρήστοις, καὶ δίκτροις, ἢ λέγουσιν Πέρσαι τὸ κιχρᾶν ἀπὸ ἀπιστίας τε καὶ φιλαργυρίας. Non assequuti sunt quid esset illud κιχρᾶν, & putarunt, æque Persis invisam fœnerationem eo sermone dici, quam

quam Græcis & Romanis. Sed τὸ δανείζειν est fœnerari, quod aversabantur Græci & Romani, fœnore nimirum pecuniam dare. At τὸ κιχρᾶν idem plane quod δανείζεσθαι, id est, fœnore accipere. Quo sensu & Plutarchus scripsit librum περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. Diversas porro rationes adfert, cur Græci cum Latinis abhorruerint à fœnerandi negotiatione; quia nempe molesta est ac gravis pauperibus, & litium inimicitiarumque causa, ut & cocionatoria. Persæ vero non tam τὸ δανείζειν improbabant quam τὸ δανείζεσθαι. Cum enim illi veritatem in primis colerent, & à mendacio abhorrerent, rem, quæ mendacium semper post se traheret, vitabant. Mendacissimi enim hominum sunt qui aliquid debent. Semper quippe se soluturos promittunt, & semper fallunt. Ideo ἀπιστότατον τῶν φιλαργυρούντων, fœnore pecuniam accipere, illi judicarunt, & merito. Clare id de his confirmat Herodotus, his verbis in Clio: Αἴσχιστον δὲ αὐτοῖσι τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται, δεύτερον δὲ τὸ ἐφειλῆσθαι χρέος, πολλῶν μὲν & ἄλλων εἵνεκα, μάλιστα δὲ ὅκως ἀναγκαίως φασὶ εἶναι τὸν ἐφειλεσμένον καὶ ψεύδεσθαι. Æs alienum oderunt quia mendaces facit, cum necesse habeat mentiri qui debet. Κιχρᾶν est accipere mutuam pecuniam fœnore; κιχρῶν, dare, idem plane quod χρῆν. *Commodare* utrumque proprie est, sive *utendum dare*. Glossæ: Κιχρᾶν, *commodo*. Κιχρώμενος, *commodor*. Ita hæc distinxerunt Latini ex agendi & patiendi diversa notione, quemadmodum & Græci. Sic *fœnero*, & *fœneror*; *mutuo*, & *mutuor*; pro δανείζω & δανείζομαι recentiores Latini posuerunt, cum antiquis sola esset verbi utriusque differentia in terminatione agendi & patiendi, ceterum quoad significationem nulla. Multa enim ejusmodi protulerunt ancipiti modo terminata quæ idem significarent. At mediæ Latinitatis ætas *fœnerare* dixit *aliquem*, pro fœnore alicui dare, vel, ut veteres loquebantur, *fœnerare alicui*, vel *fœnerari*. Tertullianus lib. IV. ad-

versus Marcionem: *fœnus fœnerabis illum quantum desiderarit.* Sic ibi legendum ex veteri nostro Codice. Et paulo post: *Et, si exsoluturo, quum reposci vetat, quid aliud docet, quam non exsoluturos fœneremus?* Nec aliter loquutus Martialis:

— *Hæc omnes fœnerat arca deos.*

Inde ergo *fœnerari* ab aliquo dicitur patiendi notione, quem quis fœnerat, de eo qui pecuniam accipit ab aliquo mutuam. Et sic apud Alphenum accipitur leg. xxxv. D. de solutionibus: *Sed & si quis dominicam pecuniam ab eo fœneratus esset.* Hoc est, ἐδανείσατο, fœnore accepisset. At veteribus δανείζειν tantum id verbi significat, non δανείζεσθαι. Idem de *mutuo, & mutuor.* Ut ante memini monuisse. Quod aliæ Glossæ pariter κιχρᾶν & κιχρᾶσθαι exponunt. *Mutuatur,* κιχρᾶται, δανείζεται. *Mutuat,* κιχρᾷ, δανείζει. Hesychius: Κιχρήσει, δανείσει. In Psalmo cii: Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν. Id est, *commodans,* aut *sine usura mutuum dans.* In Hebræo est verbum לוה. Unde מלוה *mutuum.* Quod verbi septuaginta sæpe solent reddere per δανείζειν. Nec minus Latini quam Græci *commodare* pro *mutuare* crebro posuisse inveniuntur. In leg. unica, Cod. Theod. quod jussu: *Ut qui servo colono conductori procuratorive possessionis pecuniam commodat.* Justinianus id mutavit, &, cum eam legem in Codicem suum referret, *mutuam dat,* maluit. In eadem lege paulo post, pro, *ut pecuniam commodet,* reposuit, *pecuniam præstet.* Sane hodieque *præstare pecuniam* dicimus in nostro idiotismo, pro *mutuam dare,* & *præstum pecuniæ,* pro mutuo. Quod verbi apud nos de omnibus rebus quæ commodantur, non accepta mercede, accipitur. Hinc *præstare ad usuram* idem in nostra lingua est quod Græcis δανείζειν ἐπὶ τόκῳ. Sic utrumque significat, & *commodatum & mutuum,* quemadmodum & *commodare* de utroque accipitur. In lege Salica, & in lege Ripuaria,

puaria, Titulus est, *de re præstita,* id est, commodata. In Longobardicis, Tit. cvii: *Iumentum præstitum ad vecturam,* est commodatum. In lege Francica ponitur pro mutuare, cap. cxxiv. *Fœnus est injustum, si quis aliquid præstat, & requirit amplius. Iustum fœnus est qui amplius non requirit, nisi quantum præstitit.* Ubi notabis, & *fœnus* ἀντὶ τοῦ δανείου sumi, non pro usura. Salvianus lib. i. ad Eccles. Cath. rem præstitam, id est, commodatam, opponit alienatæ: *Isque immemor illius à quo fructum rerum indeptus est, avertere ab eo ipso proprietatem præstitæ rei atque alienare conetur.* Sub finem legis Theodosianæ: *creditaque quantitate multari volumus creditores, si hujusmodi personis non jubente domino, nec fidejussoribus specialiter acceptis fuerit commodata pecunia.* Nec id vocabulum ibi hærere passus est Justinianus, sed *commodatam pecuniam* cedere jussit creditæ, rescribendo, *fuerit credita pecunia.* Anianus in hujus legis expositione *præstare* quoque posuit pro commodare, vel mutuam dare: *nisi servo suo, vel actori pecuniam rogante domino præstitisse convicerit.* Id est, commodasse, vel mutuam dedisse. Alibi passim apud eumdem Anianum *commodare pecuniam,* pro credere. Quod nec grammatici diligentes alias proprietatum sermonis observatores refugerunt. Cornelius Fronto in libello de proprietate ac differentiis Latini sermonis: *commodat, mutuam pecuniam: accommodat, aptat.* Isidorus ex antiquo auctore inter illa quæ ex jure naturali descendunt, recenset, *rei depositæ, & pecuniæ commodatæ restitutionem.* Sidonius Apollinaris, lib. iv. Epist. xxiv: *Ergo, quod restat, enitere, ut auctore te protinus saltem commodata summa solvatur.* Commodatam fuisse cum usuris ex ipsa Epistola intelliges. Commodatur tamen quidquid ad usum alteri gratis datur, ad certum tempus. Nam si accedat merces, non amplius est commodatio, sed locatio,

quæ

quæ res est ad utendum data, cum definitione mercedis. Et merito etiam Græci μίσθωσιν λόγῳ & χρείᾳ distinguunt. Sed & pecunia cum utenda datur sine usura, quidni & in *commodati* appellationem abire possit? Sic *commodatum* dividi posset in eas res quæ fiunt accipientis, & quæ non fiunt. Quæ usu consumuntur, ut possit illis uti cui commodatæ sunt, fieri accipientis oportet. Aliter frustra darentur utendæ, quarum usus foret inutilis. Dominium vero earum proprie non transfertur, quia reddi debent, si non eadem specie, quia consumpta est usu, saltem in genere. Reliquas quæ in abusu consistunt, non opus est fieri accipientis, quia debet res eadem reddi. Sed Jurisconsultis placuit, *mutuum* tantum esse earum rerum quæ absumerentur usu, quasque adeo propterea necesse esset fieri accipientis: *commodatum* autem de illis solis dici quarum & proprietas à commodante retinetur. Ideo pronuntiarunt, *non posse commodari id quod usu consumitur, nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat*, ut dicitur in leg. III. sub finem, D. commodati. Hinc pecuniam *commodatam* à *mutuo data* distinxit idem Ulpianus leg. XVIII. D. de rebus creditis: *Idem est & si tu quasi mutuam pecuniam dederis, ego quasi commodatam ostendendi gratia accepi.* Hæsitent tamen certe, si quis ab ipsis quæsiverit, cur commodari non possit id quod usu consumitur. Cum enim commodare sit commodo ejus inservire cui res aliqua utenda gratis datur, non video, cur non & pecunia possit commodari quæ datur gratis utenda. An quia usus ejus consumitur? Æqui non aliter ejus usus constat, quam in abusu. Cur igitur *locatæ & collocatæ* pecuniæ non verentur dicere quæ mutuæ datæ sunt, usuris constitutis? Certe locatio non differt à commodatione, nisi quod pro re locata, id est, ad usum data, merces constituitur, quæ nulla in commodatione intervenit. Rei locatæ proprietas

prietas retinetur à domino. At pecuniæ mutuo sub usuris datæ non magis retinetur quam quæ gratuito mutuo data est. Nam & fœnebris æque usu consumitur, ut gratuita. Cur igitur *locatam* dicunt pecuniam quæ fœnore datur; *commodatam* dicere reformidant quæ sine fœnore creditur? Quinimmo non dubitant iidem affirmare res quasdam ita locari, ut in creditum abeant conductori, & ejus fiant, veluti cum argentum fabro datur, ut vas inde faciat. Quod ex Alpheno supra notavimus. Quidni igitur & rerum commodatarum genus admittatur, quæ ejus fiant qui accepit, & in creditum ipsi abeant? Tales sunt quæ mutuo dantur. Sola merces inter *res locatas & commodatas* discrimen statuit, ut inter *mutuum*, & *fœnus*. Si *fœnus* pecunia est locata, *mutuum* erit commodata. In locatis & commodatis proprietas domini ac dantis manet, possessio sola & usus transfertur ad accipientem. In mutuatis ac fœneratis, ubi possessio, id est, usus rei, cum proprietate confunditur, quia res ab usu non potest distingui, ideirco proprietas cum possessione temporaria penes accipientem manet, postmodum tamen ad dominum rediturа, in eodem genere, si non in eadem specie. Quod & ipsum cum obtineat in certo genere rerum locatarum, potest certe etiam obtinere in certo genere commodatarum, quale est mutuum. His adde quod & *mutuari* pro commodato accipere Latini etiam auctores idonei dixere cum res eadem reddenda est. Auctor Dialogi de Oratore: *ut sint qui dignentur audire, & ne id quidem gratis: nam & domum mutuantur, & auditorium extruit, & subsellia conducit.* Quod & apud alios invenies. Parum distare Agroecius de Orthographia, inter hæc duo notat: *Inter commodatum & mutuo datum nonnihil distat. Commodamus amico pro tempore animal, servum, vestem, hæc ipsa, quæ dedimus, recepturi. Mutuo*

damus

damus pecuniam, triticum, vinum, & his similia, quæ mutata recipi necesse est. Ergo mutuum à mutando dici existimavit. Quod certe verum est, & satis id supra adstruximus. Nam & μοιτᾶν Siculis idem quod ἀμείβειν, à μοῖτον. Sic mutuum species erit commodati, in quo non res eadem redditur, sed mutata, quia suffectionem in genere recipit, ut Paulus dixit. Generalior itaque appellatio commodati quam mutui. Quidquid enim utendum datur, sive usu sit consumptile, sive non sit, id *commodatum* dici potest, ut Græci τὸ χρῶσθαι & κεχρῶσθαι de his omnibus usurpant. Caper vetustissimus Grammaticus de Orthographia: *Commoda*, χρῆσον. Quod & in Glossis veteribus reperitur. Si quid autem mutabitur in reddendo, *mutuum* proprie dicetur. Quamvis & *commodatam pecuniam* pro fœnerata plerosq; veterum dixisse supra notaverimus, proprie tamen loquentibus, quod cum mercede commodatur, *locatio* est, uti, quod cum usura mutuo datur, *fœneratio*. Ad hæc omnia lata ac generali significatione se porrigit *commodandi* appellatio. Duo autem *fœnoris* genera sunt, alterum commune, alterum nauticum, quæ totidem etiam usurarum genera reddunt, communium & maritimarum. Illud, ἔγγυον δάνειον Græci vocant; hoc δάνειον ναυτικόν. Cum periculo creditoris istud, sine periculo illud, ideoque ἔγγυον appellatum, ut infra explicabimus. *Trajecticia pecunia* etiam appellatur fœnus nauticum, de pecunia vel sorte quæ trans mare vehenda mutuo datur, id est, trajicienda cum periculo creditoris. De qua nos infra pluribus. Præter distinctionem communium & maritimarum usurarum, ipsæ communes etiam duum sunt generum, quasque ideo in fœnebres & non fœnebres divisimus. Quæ ex causa fœneraticia veniunt, hoc est, ex fœnore, vel propter pecuniam debentur quæ est in fœnore, eæ *fœnebres*. Græci δανειστικοὺς τόκους appellant. Quæ ex aliis causis descen-

descendunt, ut ex rei venditæ ac traditæ pretio quod non est solutum, ex mora in bonæ fidei judiciis, ex legatis & fidei commissis, ex dote & susceptis oneribus matrimonii, ex condemnatione post quadrimestre spatium rei judicatæ, & quibuscunque aliis ex causis, eæ non fœnebres. In genere omnes usuræ, quæcunque eas causa pariat, sive fœnus, sive aliqua earum quas hic commemoravimus, compensativæ sunt, &, si verum quæris, omnes propter moram debentur. Nec placent mihi, qui alias ex his *compensativas* dici & esse volunt, quæ in pensationem dantur ejus, quod creditoris intersit, pecunia sua nō caruisse: alias *lucrativas*, quæ scilicet præstantur propter officium mutui. Si ullæ tales essent quæ propter officium tantum mutui darentur, εὐχαριστικὰς eas potius dicerem quam χρηματιστικάς. Nam parum sane officiosa ista mutui datio quæ lucrum ex officio facere postulat, & mercedem pro re quæ gratuita esse debet, reposcit. Deinde officium non est, pecuniam mutuam dare, non magis quam ædes suas alii habitandas commodare. Beneficium potius foret, si gratuita esset mutui datio. Si non sit gratuita, tum nec officium nec beneficium dici debet, sed potius *locatio*. Qui pecuniam enim suam alii dat utendam gratis, beneficus & liberalis est. Qui pro ejus usu mercedem, hoc est, usuram pacisci-tur, non pro officio eam exigit, quod nullum est, sed pro eo quod sua putat interesse, pecuniæ suæ usu non carere. Nullæ igitur usuræ quæ pro mutui officio præstentur, & nullæ proprie *lucrativæ*, sed cum mercedis instar habere omnes definierimus, quæ pro usu pecuniæ mutuaticiæ datur, nullas quoque non esse compensativas dicendum, quia merces genus est compensationis. Et sane non video, quod discrimen constitui possit inter usuram quæ debetur, pro pretio rei venditæ ac traditæ non soluto post traditionem, & eam quæ præstanda est pro usu pecuniæ creditæ, ut hæc

hæc *lucrativa* videri debeat, illa *compensativa*. An, quod ait Jurisconsultus, leg. XIII. D. de action. empti & vend. *cum res emptor fruatur, æquissimum est eum usuras pretii pendere*? Hoc quidem æquissimum fateor, sed pro compensatione rei qua fruitur emptor, deberi, non tam existimo quam pro ipsius pecuniæ usu, ejusque compensatione. Rem enim suam pecunia permutatam voluit venditor, quam si statim post rei suæ traditionem recepisset ab emptore, ea usus esset quomodocunque voluisset. Aut enim eum illa, quam jam domi habuit in arca otiosam, conjunxisset & commiscuisset, aut, si nullam habuit cessantem, & hanc quoque cum alia fœnore occupasset. Quid igitur differentiæ est, quod usum ejus & usuras, inter eam pecuniam quam domi jam habet, & eam quam habiturus fuit, si statim pretium emptor solvisset? Quod retinet id emptor, & moram facit solvendo, pecunia hæc deinceps, quam pro pretio debet, eodem jure & conditione penes eum manebit, quam si venditor illi pecuniam ex arca sua dedisset mutuam, pro qua usuras esset stipulatus. Ita & in aliis. *Compensativa* igitur omnis usura, ut, quod interest, pensetur. Hinc omnem usuram in idiomate Gallico *interesse* vocamus. Et *pecuniam dare ad interesse*, id est, fœnore. Quæ res plus & minus recipit, prout magis aut minus sua interesse creditori contingit ex circumstantiis rei, temporis, aut loci, pecuniam suam penes se & in potestate sua habuisse. In quo lucri cessantis, aut damni emergentis ratio habenda est. Magis enim ejus interest sua non caruisse pecunia cui damnum ex eo certum emergit, quam cui lucrum ea gratia cessat, quod facere potuit. Id non solum ex præsenti occasione considerandum est, sed etiam ex ea quæ potest accidere quamdiu mea pecunia caruero. Quo tempore tibi meam dedi mutuam, poteram fortasse ea facile carere, sed in postea casus possunt emer-

emergere, qui facient, ut præstaret meam pecuniam otiosam jacere, & paratam mihi adesse ad omnia accidentia, sive ad lucri adulescentis captationem, sive ad damni impendentis evitationem, sive jam præsentis reparationem. Ecce enim, aut prædii emendi vili pretio occasio se obtulit, quam inopia præsentis pecuniæ dimittere sum coactus, cujus prædii fructus majus mihi compendium attulissent quam pecuniæ creditæ, & fœnore positæ usuræ. Hic lucri cessatio versatur. Quid autem si interim dum argētum meum fœnore occupatum tenetur, ædes meæ incendio consumptæ fuerint, aut tuinam ex vetustate minari cœperint, quibus reparandis nisi statim occurram, triplo major labes processu temporis futura est? Si æs ad manum non sit, quo eas instaurem, & mutuum cogar eo tempore sumere quo res nummaria erit rarior, & proinde tum majoribus usuris invenienda mihi pecunia quam quantis mea collocata est, an nō hic damni cum emergentis species oborietur? Multa talia fingi possunt. Sed pone, nihil tale mihi eventurum, quamdiu pecunia mea penes te manebit. Quia tamen potest evenire, merito id possum timere, & in incertum rei eventum, quo jacturam detrimenti inde mihi occursuri, aut lucri cessaturi dispendium compensatione sarciam, usuras pro usu pecuniæ, qua in tui gratiam, & ut commodis tuis inserviam, sponte careo, jure stipulor. Quidquid inde futurum sit, nihil causæ est, quare pecuniæ meæ usum gratis ignoto & alieno magis concedere debeam, quam ædium, aut alterius rei vel possessionis qua æque facile carere possim ac pecunia. Finge aliquem ex locupletioribus plures habere ædes, quas omnes habitare ipse & occupare non possit. Si præter eas quas inhabitet, ceteras inquilinis locet, pensionesque ex his menstruas, aut annuas percipiat, *lucrativas* dices has pensiones an potius *compensativas* sumptuum quos in illas domos ædifican-

das impendit? Certe *compensativas*. Atqui nisi mercede locet, nihil est alterum quo quæstum ex his facere possit. Pecuniam vero si non fœnore occupavero, multis aliis modis quæstuosam mihi facere & exercere potero, aut agris mercandis fructuosis eam occupando, aut mancipiis emundis, quorum operis diutinas locem plus mihi reddituras, quam quanti est usura pecuniæ fœnore locatæ. Nemo denique tam est locuples ac pecuniosus, quem dicere possis, nihil omnino ejus interesse, pecuniam habere præsentem. Quid est enim omnium rerum quæ ad vitam necessariæ putantur, quod non malis ad manum habere, ut possis uti cum velis, quam in aliena potestate relinquere, unde nihil plus commodi percipias quam si apud te otiosa esset, & præterea id incommodi experias, ut, cum velis ad usum depromere, non possis? Inter res autem ad vitam necessarias, pecunia in primis necessaria. Maxime autem locupletes, maxime ea indigent, quatenus longe majores ipsis sumptus faciendi, quam quibus minores suppetunt copiæ. Si dicat quis, avidos & avaros esse multos, qui plura quærant quam absumant, cum in opinione situm sit quod quisque sua putat interesse, & huic opinioni plane indulgendum. Nec enim præscribere omnibus eandem modum possumus, & cupiendi, & habendi. His accedat periculum, quod frequenter incurrunt qui pecunias suas dant mutuas, ex cessione bonorum debitoris & decoctione. Qui in hoc se periculum demittit, nonne usuræ, quas exigit, compensativæ habendæ sunt, ejus damni cui multi quotidie sunt obnoxii, & cujus metu ipse non est vacuus, nisi pignoribus & hypothecis aut sponsoribus idoneis securitati suæ consuluerit? Quæ & ipsa omnia interdum fallunt. Non igitur tuta timet qui pecuniam suam credit, & perdere eam metuit. Hoc amplius: illud interesse, quod usurarum mercede pensari pro utenda data pecunia

cunia debet, magis etiam locum habet in fœneratoribus, qui ex professo id agunt, & nummis negotiantur, quam in aliis. Cum enim hunc solum habeant quæstum pecuniæ exercendæ & hujusmodi negotiationis agitandæ, si ab hac expellerentur, ad aliam se converterent nundinationem. Quo magis eorum interest, pecuniam non gratis mutuam dare, ut nec mercatoribus suas merces donare. Ideo & majores iis permisse usuræ quam aliis privatis. Quod more primum usuq; commerciorum obtinuit, deinde & legibus firmatū. Hinc legitimas usuras in hoc genere hominum bessis esse placuit, quæ semisses in aliis lege observatæ. An hoc ipsum recte legibus fuerit sanctum, infra explicabitur. Quod autem supra diximus, usuras omnes propter moram videri debitas, id certe verissimum. De illis, quæ ex mora deberentur, in bonæ fidei judiciis, nullum est dubium. In ceteris, quas *fœnebres* nuncupavimus, id etiam pressius pensiusque eas considerantі certum apparebit. Qui pecuniam mutuam sub usuris accepit his Kalendis Julii, si Idibus Julii eam reddit, pro rata temporis usuras præstabit. Si diutius retineat, & ante Kalendas Augustas sortem non est redditurus, ex mora jam usuras debebit, &, quo tardius debitum reddet, eo plures usurarum pensiones solvet. Et hæc prima usurarum origo & causa fuisse videtur, ut, qui pecuniam accepisset mutuam, nisi intra certum tempus redderet, pro moræ pretio usuras ejus penderet. Hujusmodi mutuæ pecuniæ stipulationes, sub pœna usurarum, nisi ad diem sors solveretur, conceptæ, ita frequentes in jure nostro occurrunt, ut nihil frequentius sit. Hinc genus *usurarum pœnalium*, à quibusdam leguleiis inventum. Sed etsi non in stipulatum expresse ita deductæ sint, tacite tamen omnis usura, moræ solutionis pœna est. *Usuræ enim*, ut dixit Paulus, in libro singulari de usura, leg. 2112. D. eodem, *non propter lucrum peten-*

tium, sed propter moram solventium infliguntur. Atque inde certe *fœnus* ex Græco ποῖνος, quod idem est ac ποινὴ, dictum videri, præter eas rationes, quas ante attulimus, maxime debet. Sed & ποινὴ etiam pro mercede. quo sensu etiam usura est pœna, id est, merces pro usu. Arabes usuræ quoddam genus vocant نسية, quæ ex mora solutionis pretii debetur pro re vendita, à verbo نساء & انساء, quod est, non præsenti pecunia vendere, sed tempore dato ad solvendum, & pacto interusurio medii temporis. Hebræis נשה. Græcis ὁ τόκος, ἢ τὸ δάνειον. Unde illud Arabicum, quod etiam نسي dicitur, cujus vocis proprietas à protrahendo & prolongando. Quam etiam significationem habere videtur verbum Hebraicum נשה, quod oblivisci inter alia significat. Quorum enim obliti sumus, & in longum protrahuntur tempus, nec præsentia se nostræ memoriæ sistunt. Ita ergo iidem Arabes in Jure suo distinguunt نسية & نقد *Nesia* & *Necd.* Hoc posterius enim repræsentatum in venditione pretium denotat, prius illud dilatam ejus solutionem, sed usura constituta. Quam usuram ideo discernunt à فضل, quæ proprie est usura ex mutui causa, ut supra docuimus. Græcis Latinisque non licet esse tam disertis: nam illi nullum habent vocabulum præter τόκον, isti quoque nullum præter *usuram.* Sic appellant Latini quidquid accessionis vice debetur ex quacunque causa. De hujus appellationis ratione supra. De Græca τόκος nunc videndum. Græci, ut notum est, usuram τόκον appellant, quæ vox proprie γένεσιν, & generationem significat, sive partū. Quod igitur nummus nummum parit, ut pater sibi similes liberos, inde usura τόκος.

Vel

Vel potius à multiplicatione: Nam & generatio multiplicatio est. Hinc & Chaldæis usura רביתא. Arabes ab eadem causa & origine ربا, & Hebræi similiter תרבית. Septuaginta interpretes πλεονασμὸν verterunt, atque usuram vocarunt, ut in Levitico cap. XXV. καὶ ἐπὶ πλεονασμῷ οὐ δώσεις, pro ἐπὶ τόκῳ. Et alibi passim. Ubi in Hebræo est *Tarbit.* Latini quoque *accessionem* pro usura dicunt. Ut leg. XII. Cod. de usuris: *Frumenti vel hordei mutuo dati accessio etiam ex nudo pacto præstanda est.* Et sane, quid aliud est usura, *quam crescentis in dies singulos pecuniæ accessio?* ut dicitur in lege XVIII. Cod. Theod. de lustrali conlatione. Quo sensu & alibi in jure aliquoties occurrit nomen *accessionis.* Alii vocant *incrementum.* Ut Isidorus qui usuram incrementum esse definit, ut Arabes فضل, id est, accessionem, excessum, & additamentum. In eodem tamen Ezechiele, πλεονασμὸς & τόκος distinguuntur: Τόκον καὶ πλεονασμὸν οὐκ ἔλαβε. Ubi πλεονασμὸς in Hebræo est *Tarbit*, τόκος vero est נשך *Neschech.* Similiter & in Levitico cap. XXV, vers. XXXVI: Οὐ λήψῃ παρ' αὐτοῦ τόκον, οὐδὲ πλεονασμόν. Legitur quidem in Græco nunc, οὐδὲ ἐπὶ πλήθει, sed in Hebræo est תרבית. Et paulo post, πλεονασμὸν reddit; quod in Hebræo est מרבית *Marbit*, quod est ab eadem origine: τὸ ἀργύριόν σου οὐ δώσεις αὐτῷ ἐπὶ τόκῳ, καὶ ἐπὶ πλεονασμῷ οὐ δώσεις τὰ βρώματά σου. Ex quibus liquet, πλεονασμὸν & τόκον esse συνώνυμα. Ut & Hebræis *Tarbith* & *Neschech.* Quod si junctim ponuntur, non recte inde colligitur, invicem differre quæ diverso respectu eadem sunt. Nam *Tarbit* usura est quantum ad creditorem, quia ad sortem ei accedit, & opes ejus amplificat: *Neschech* vero quantum attinet ad debitorem, decessio est, non accessio; & ita dicta est usura ex parte debitoris, quia veluti quodam morsu deterat atque oblimet ejus facultates. Qua igitur incrementum est

 pecuniæ

pecuniæ creditoris usura, *Tarbit* nomen habet; quæ decrementum est debitoris, appellatur *Neschech*. Ut ἀπουσία hoc quod abscedit & abest à summa, ita è contra παρουσία pro facultatibus & copia vel abundantia Græcis ponitur, ut videre est apud Harpocrationem, qui idem esse dicit quod εὐπορία, & interpretatur πλοῦτον, πλῆθος, ἐσόδους. Ita Demosthenes, ita Dinarchus ea voce usi sunt. Etiam Menander in his verbis:

—Ὑμᾶς δ' ἀπωθῶ βίον
Παρόντα τε χρημάτων.

Neschech plane est ἀπουσία, *Tarbit* παρουσία. Arabes quoque usuram قرض *Kertz* vocant, à morsu. Nam verbum قرض est arrodere, & detrahere, ab Hebræo קרץ, quod *succidere & amputare* significat, & Chaldæis pro *calumniari & criminari* usurpatur, quod faciunt scilicet alienæ famæ adrosores, qui detrahere & detrectare iis dicuntur quorum famam imminuunt. Qua in significatione & *carpere*, & *mordere* Latinis accipitur, ut apud Terentium & Horatium. Hic, *obscuro adio morsuq. venenat*. Ille, *mordere omnes clamculum*, id est, detrahere. Apud eumdem Horatium, *dente Theonino circumrodere*, pro eodem. Usura autem mordet debitorem, dum sensim facultates ejus adrodit. Quantum quippe addit fœneratori, tantum demit ac detrahit debitori, metaphora sumpta à flumine, qui sensim abradit ripam alteram, ac diminuit, alterique per adluvionem addit. Horatius: *qua Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis*. Et apud Callimachum: Τοῖσιν ὑπερχομένων ὀπιπεύει νάματα. *Stringere* eodem sensu apud Virgilium de flumine qui ripam radit: *Ego sum quem pleno fluminis cursus Stringentem ripas*. Inde & *stringere bacas, ramos, frondes*, pro excidere, decerpere. Hinc *vem stringere*, pro abligurire: *strinxit malus ingluvie vem*. apud Horatium. Quod & *oblimare* idem dixit, à lima, cujus

cujus proprium est rodere & radere. *Rem patris oblimare, malum est*. Servius ad illud Virgilianum quod citavimus, *stringentem ripas* exponit, radentem & imminuentem, & *hoc esse proprium Tiberini fluminis, adeo ut ab antiquis Rumon dictum sit, quasi ripas ruminans & exedens*. Onkelos in loco illo Levitici Neschech vertit חבורא, quo nomine usuram vocant Chaldæi, à verbo חבל, quod est *destruere, perdere, ladere*, atque etiam *incidere*, & *excidere*. Unde סחבר, cui dempti sunt testes, castratus. Contrario sensu iidem usuram etiam appellant רבית *Ribitha*, ab augendo & adjiciendo. Atque ita idem Onkelos reddidit quod in Hebræo est תרבית. Saadias Gaon, in sua paraphrasi Arabica, ربـــا *Riba* vertit, quod est proprie augmentum & incrementum. At illud *Neschech*, quod à morsu, ac per morsum deminutione, derivatum est, Arabice dixit عِينَة, quod usuram quidem Arabibus notat, ut & *Riba*, non illam tamen adcrescentem quæ creditorem respicit, sed decrescentem quæ spectat debitorem. Nam عِينَة defluxum denotat, à verbo عان. Unde عان المـــا *aqua manavit, defluxit*, & عين المـــا *defluxus aqua*, & عان الدمع *fluxerunt lacrimæ*. Inde عين & عِينَة usura, qua pecunia defluit debitori ut creditori adfluat. Inde verbum عيّن *fœnerare*. Sed & عيّن الناجر, hoc est, fœnerare emptorem, de eo dicunt, qui mercem emptori dedit certo ad pretium solvendum statuto tempore, à quo mercem eamdem postmodum recipit pretio minore quam quanti vendidit. In quo est detrimentum, & ἀπουσία emptoris, ut

ut Græci vocant. Quod est proprie ܫܪܝܐ. Sed & arbores, cum flores aut folia producunt, ܫܪܝ dicuntur. Quæ omnia ab eadem origine. Josephus Tarofius interpres Persa pro *Neschech* reddit سود, quod est Persice *lucrum* & *usura*, idemque quod Arabicum قرض, & pro *Tarbit* سلف. Quæ vox est Arabica idem cum ܫܠܦܐ, ac pro usura etiam sumitur. Viderint Persice peritiores, an ille Persa interpres proprietatem vocum Hebraicarum *Neschech* & *Tarbit*, in sua paraphrasi expresserit. Alter interpres Arabs, quem Erpenius edidit, pro *Neschech* Hebræo posuit ربـــاء. Certe Chaldæis רשא fœnerari & δανείζειν significat, & ורשו usuram. Id verbi tamen iidem Syris Chaldæisque pro *carpere*, *accusare*, & *criminari* ponitur. Ut & קרץ. unde etiam קרץ pro *usura* Arabibus. Alias ܫܘܚܪܐ Arabibus munus est, & merces quæ datur pro opera præstita. Qua ratione & pro usura potuit accipi, ut ante docuimus. Ut Chaldæus autem & Arabs recte expresserunt vim utriusque nominis Hebraici, quo usura una eademque significatur, diversa relatione ad debitorem & creditorem, qua illi adjicit quod alteri adimit: videndum an & Græci similiter interpretes æque bene id reddiderint, vertendo, τόκον ἢ πλεονασμόν. Non sane videtur. Etenim τόκος reapse idem quod πλεονασμός, quatenus fœnora res multiplicantur & augentur. Et Aristophanes in Nebulis τόκους ita definit:

— τοῦτο δ', ἐξ' ὁ τόκος, τὸ ἀργύριον,
Τίκτ' ἄλλο τι; ἢ κἂν μύρια μὴ κυκᾷ ἐμέσαν
Πλέον πλέον πιέζομένου ἀεὶ χόλου;
Ὑπηρέτης δ' ἐχρῆσε;

— ὁ

— & ipsa usura quale bellua est?
An alia, quam in menses dieſque ſingulos
Subinde major facta cum pecunia
Majorque, ſuevit tempore ipſo increſcere?

Pet illa. πλέον πλέον πιέζομένου ἀεὶ χόλου, plane πλεονασμὸν designavit. At id τόκος est. Ergo proprie hoc *Tarbit*, non *Neschech*, quod abradendi arrodendiqi, ac proinde diminuendi ac deterendi, habet significationem; non addendi aut multiplicandi. Non igitur recte expresserunt vim utriusque nominis Hebraici, quod diverso respectu & ratione eamdem rem designat. Sed in causa fuit Græcæ linguæ hac in parte inopia, qui vocem non habuerunt qua illud *Neschech* exprimerent, quam τόκον, quæ usura quidem est, sed non ea quæ debitorem pauperat, verum quæ fœneratorem ditat. At illud *Tarbit* non aliter ad verbum reddere potuerunt quam per πλεονασμόν. Qui reapse idem cum nomine τόκος, qua δηγόμενον ἀεὶ πλέον πλέον γίνεται. Ceterum illud forte dici posset, τόκον, qui est partus & generatio, etsi revera augeat gregis numerum in animalibus, & liberorum in hominibus, ad quod exemplum & usura sic appellata Græcis, quia multiplicat pecuniam fœneratoris, tamen non sine detrimento fieri matris è qua partus exit. Tantum enim ex substantia ejus, quæ peperit, detrahitur, ac decerpitur. Quin & ipsa educatio infantis, ac nutritio, non constat sine detrimento nutricis quæ lac ei præbet. Ipse enim infans augetur & nutritur, sed lacte quod nutrici decedit. Ideo & usuram nutritioni etiam comparatum. Persius:

— *nummi, quos hic quincunce modeſto*
Nutrieras, pergant avidos ſudare denuncs.

Sane & verbum רבי Chaldæis in Paël etiam nutrire est & educare. Unde הרבוה *educatio* & *nutritio*. At תרבית Hebraice *usura*, & רבית Chaldæis ab eadem radice. *Pascere* Horatius dixit quod Persius *nutrire*

de nummis fœnore positis, qui augentur & nutriuntur: *nummos alienos pascit.* Eleganter autem Persius & proprie modestas & leves usuras pecuniam nutire dixit, graves autem & immodicas avido sudore peragi, quia minus sui deperdit nutrix, & minore cum malo & incommodo, quæ lac infanti præbet, quam qui totus sudore diffluit. In τόκῳ igitur etiam fit ἀκτασία genitricis, dum puerum parit, ut in coitu ἀκτασία patris est, qui semine arva muliebria conserit. Unde Clemens in pædagogo, lib. II, hominem ab homine abstrahi dicit per ἀκτασίαν illam quæ fieri solet ἐν τῇ συνουσίᾳ. Hæc verba ejus sunt: ὅλον τὸ μεγαλοφυὲς τοῦ βλέφους. ἀλλ' ἄνθρωπος ἀπὸ ἀνθρώπου, καὶ συνουσίας ἀκτασίαν. *Vide jactura magnitudinem. Totus homo ex homine avellitur, per intertrimentum coitus.* At quanto majorem fieri ἀκτασίαν in partu credendum, & quanto verius pronunciari potest, ὅλον ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου ἀναφύεσθαι καὶ ἀποπίπτειν? Illa autem ἀκτασία, quæ fit in coitu, est quasi impendium agricolæ qui semen in terram jacit, quæ illud reddit cum usura. Partus mulieris est τόκος quo impendium illud acceptum, & multis partibus adauctum, & amplificatum redditur. Quod tamen & ipsum multum de substantia matris traxit. Inde enim & incrementum suum accepit, ut semen ex terra succum quo increvit in segetem. Hinc ergo τόκος Græci pro usura usurparunt, quæ ex pecunia credita, cum damno debitoris novum pariens fœtum, multiplicatum cum reddit creditori. Nam primum impendium sive prima ἀκτασία creditoris est, qui pecuniam suam à se avelli patitur, ut alteri utenda detur. Eam ille diutius retinens, ut semen in terra servatur aut in utero muliebri, fœtum inde reddit majorem quam acceptus est. Hæc secunda ἀκτασία est debitoris, quæ id reddit quod accepit & aliquid de suo amplius. Quod in fœtu terræ usu venit, atque etiam in humano partu. Impendium autem ita dicitur sors pecu-

pecuniæ quam fœnore dat creditor, ut etiam semen quod terræ cōmittit agricola. Unde & quidam ita hæc legenda putat apud Ciceronem de senectute: *Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat impendium, nec unquam sine usura reddit quod accepit.* Scriptum fuit *impedium* pro *impendium*, unde *imperium* fecisse homines credit male feriatos. Sed non ego credulus illi. Nam *imperium* rectum est. Sic apud Virgilium agricola *exercet tellurem, atque imperat arvis.* Ita terra nunquam recusat imperium. Idem Virgilius: *Et quamvis avido parerent arva colono.* Parent, quæ imperium accipiunt. Ceterum, quod in sortem cedit, *impendium* proprie appellatum. Varro lib. IV de L. L. cujus verba vulgo corruptissima, ad hunc modum emendari debent: *Compendium, quod, cum compenditur, una fit. A quo usura, quæ in sortem cedebat, impendium appellata: quæ accederet ad sortem, ex usu usura dicta, ut sors, quod suum fit sorte.* Ex quibus constat, impendium non esse, ut vulgo docti putant, ipsam sortem, sed usuram quæ in sortem cedit, & sorti imputatur, & impenditur, ut in Anatocismo solet. De quo nos infra. Utut sit. *Neschech* est τόκος. *Tarbit* πλεονασμός, hoc incrementum, illud decrementum. Nec ulla alia inter eas voces differentia, nisi ex diversa relatione. Omnis enim usura *Tarbit* est creditori, & *Neschech* debitori. Quantumlibet dentatam & mordentem usuram fingas, semper erit πλεονασμός. Immo quanto magis mordebit, tanto majorem dabit πλεονασμόν. Atque ut *Tarbit* omnis est πλεονασμός, etiam quod ex levi usura redit, ita & *Neschech* quælibet usura detrahens, etiam si valde modica. Levis enim levius mordet & carpit, gravisque gravius. Ita & modica accessio nihilominus accessio est, quamvis minutatim id faciat ac lente. Nam usura plane ut alluvio est, ab una parte incrementum latens, quod ex alia terras minutatim *abstrahit & ambedet,*

dit, ut loquitur Alphenus leg. XXXVIII. de adempto rer. dom. Sic etiam *debitum* & *creditum* unum idemque est, nempe τὸ χρεῖον, diverso respectu, uno ad debitorem relatione facta, altero ad creditorem. Idem porro esse *Neschech* & *Tarbit*, vel inde constat, quod in Deuteronomio cap. XXIII. vers. XIX. לא תשיך, quod est à נשך, *non fenerabis*, Onkelosius vertit Chaldaice, לא תרבי, quod habet significationem increscendi, ut illud נשך habet adrodendi & diminuendi. Sed & nomen נשך pro usura eodem versiculo idem interpres Chaldæus vertit רבית, quod plane idem est cum Hebraico illo *Tarbit*. Iidem Chaldæi usuram etiam ניבתא vocant, à rodendo, & mordendo. Nam נבח est mordere. Inde & נבבה Thesaurus, quia, quod decerpitur, & abstrahitur debitori per usuram, cum accedat creditori, thesaurum ei accumulat, & acervo addit. Sic prorsus à nomine נשך, quod est *usuram mordens & dilacerans*, משכה *Thesaurus*, & θησαυρὸς apud Nehemiam. Utrumque etiam jungunt Arabes, cum dicunt اقرض بالربا pro *feneratus est*. Nam ربا est πλεονασμὸς, & اقرض est *fenerari*, ut & قارض, à verbo قرض, quod est *excidere, amputare, admordere*. Ita Arabica habet versio in Can. XVII. Concilii Nicæni, اقرض بالربا. Cur igitur apud Mosem in Levitico, & apud Ezechielem, hæc duo in eodem significatu junctim usurpantur, *Neschech* & *Tarbit*? An ad majorem emphasim? Atqui alterutrum sufficiebat. An more Orientalium respexit, qui etiam apud Græcos Romanosque percrebuit, qui duplici usuræ genere debitores conterebant: uno, quo ex summa, quæ dabatur fœnore, summulam ante omnia detrahebant, ac veluti execabant, & in reliquum sortis, quasi si tota summa mutuo data fuisset, usuram impo-

imponebant. Hæc usura quæ ad sortem accedebat, merito vocata est *Tarbit*, quia pecuniam creditoris multiplicabat: illa autem, quæ detrahebatur ex summa, nomen habuit *Neschech*, quod decerperetur ex sorte & veluti excideretur. De ea usuræ specie intellexit Horatius, cum dixit: *Hic quinas exiti mercedes execat*, ut infra pluribus explicaturi sumus. Hoc usuræ genus etiam قرض Arabibus videtur appellatum, ab excisione & amputatione summulæ de tota crediti sorte. Postea pro qualibet usura cœpit usurpari, ut & *Neschech*, quod ab eadem causa deque eadem usura dictum est. Quid aliud afferri possit, non video. Verum de his inferius, ubi docebimus ratione carere, quod quidam adstruunt, *Neschech* de majoribus usuris proprie dici, quod æque posset affirmari, immo & meliori jure, de voce *Tarbit*. Sors porro & usura sic opponuntur, ut radix vel truncus & rami, fons & rivi. Nam ut isti à radice exeunt, aut è trunco, ita usuræ à sorte. Inde Arabes verbum عين & de arboribus dicunt, quæ folia & frondes germinant, & de fœnore, quod usuras parit, & de fonte, unde rivi defluunt. Ita ergo & usuræ à sorte ceu fonte, vel capite profluunt. Unde & ipsa quoque sors caput dicitur, ut Græcis κεφάλαιον & κεφάλαιον. Arabibus quoque أصل, id est, radix. Glossæ: *Sortes* χρεωμῦλοι, κλῆροι, καὶ τὰ κεφάλαια τῶν δανειστικῶν. Forte, καὶ κεφάλαια τῶν δανειστικῶν. Quamvis & illud ferri posset. Græci etiam δρχαῖα appellant passim, ut Demosthenes, Aristophanes, alique:

—ἰὼ, κλάετ', ὦ βελεσπόντιε,
Κεῖται, καὶ πέρχαῖα, κ' οὐκ ἐπώλησεν.

Sors vero idem quod caput, est credita pecunia, id est, principalis summa rei creditæ, cujus usura est accessio. Non inde dicitur, ut placet Varroni, quod impendium,

dium, id est, usuras sorti imputandas, inter se jungat. Ille enim usuram, quæ in sortem cedit, *impendium* appellat; quæ ad sortem accedit, *usuram* ex usu. *Sortem* autem appellari ipsam, quod impendium & se jungat. Quod est inepissimum. Atque hoc etymum illi placuit, lib. v. Libro vero IV *sortem* ex eo dici ait, *quod suum sit sorte*. Sed & *sortes*, id est, oracula, putavit inde appellatas, quod in his juncta tempora cum hominibus ac rebus. Tria Latinis hæc vox *sors* significavit: Ἢ κλῆρον, id est, possessionem, sive fundum. Oraculum, & caput, sive pecuniam principalem in mutuo. Omnia hæc ab una eademque origine Græca, quæ in totidem significationes dispalata est. Et ἔρσην enim *sors*, ut ex ῥέρσην *mors*. Ab ἔρσην porro *sors*, ut ab ἑλκὸς *sulcus*, ab ὕρακξ *sorex*, & similia. Sors, & κλῆρος, sive possessio, ab ὅρος, qui terminus est, quia descriptæ limitibus, & terminis invicem aliæ ab aliis distinctæ ac separatæ privatorum possessiones. *Sors* pro oraculo etiam ἔρσην, quæ dictio est, vel definitio, quod fato eventurum est, veluti ex ore divino pronuntians. At *sors* pro capitali summa pecuniæ creditæ etiam ἔρσην, quia veluti definita ac determinata summa principalis erat, non solum ex qua petebantur usuræ, sed etiam in quam imputabantur & simul coacervabantur, ut in Anatocismo, & usuris usurarum, de quibus infra. Nam & κεφάλαιον Græcis ex summa dicitur, quæ ex pluribus parvis subducitur in ratione putanda. Ut apud illum: μίζαν κεφάλαιον ἔβαλον ἀλφεσιβοίων κιχησάμενον. Inde & *summa* quoque pro sorte Latinis, quia *summa* etiam in Logistica τὸ κεφάλαιον. Lucilius: *An est ratio, perversa ara, summa subducta improbe?* τὸ κεφάλαιον. Theophrastus in Charactere imo stupidi: εἶτ' ἀναιδὲς εἶναι τοῦτο τὸ πρᾶγμα, εἰ λογισάμενος τοῖς ὑφεῖσι τὸ κεφάλαιον πολίτας, ἐρωτᾷ τὸν ἀφελόμενον, τί χαίρει; Hinc librorum sectiones majores, quæ in alias minores, hoc est, versus, dividuntur, κεφάλαια. *Summam* quoque Latini dixerunt ipsam sortem pecuniæ creditæ. In lege 1. Cod. Theod. de usuris: *summa crediti*, τὸ κεφάλαιον. Et Paulo in collectaneis sententiarum, tit. eod. *capitis summa*. Κεφαλαῖον etiam Græcis appellatur ad differentiam novarum summarum, quæ ex usuris accedunt, ut *principalis & capitalis summa*, pro sorte, ad distinctionem accessionum, quæ usuræ sunt. De renovatione porro usurarum, & anatocismo, item usuris usurarum, inferius erit suo loco dicendum. Pecuniam κατ' ἐξοχὴν pro ipsa sorte appellatam, in sequentibus docebimus. Sic & *nummos* Horatius: *Mercedem, aut nummos*. Id est, usuram, aut sortem.

CAP. VIII.

Post mutui, fœneris & usuræ definitiones & differentias expositas, item commodati & locati, transitus factus ad quæstionem de fœnore, an licitum. Non aliud discrimen inter commodatum & locatum, quam inter mutuum & fœnus. Si locatio rerum permissa, debere esse & fœnerationem. Quæ ratio fœnus impugnat, mutuum etiam evertit. Prima objectio refutata, quia fœnerator vendat id quod non est, aut duplicem pro eo petat mercedem. Responsio ad secundam objectionem, qua dicitur, sterilem esse suapte natura pecuniam, ac proinde nihil ab ea fructus exigendum. Nihil sterile esse quod esse sterile nolit. Pecuniam eam solam videri sterilem quæ usuras non parit, nec fœnore occupata est. Eo sensu sterilem vocari à Turrisensuitis, Græce quoque ἀτοκον dici. Exercitio pecuniæ Græcis ἐργασία. Pensionem, mercedem fructû pro usura usurpari. Ἐργῶν Græcos usuram appellare. Tertia objectio infirmata, quare pro mutuo nihil debent exigi, quia pro re jam alienata, & non amplius tua nihil tibi debeatur.

Ridicu-

Ridiculam esse hanc rationem, demonstratum. Quod utendum datur, non alienari. Aliud χρῆσις, aliud κτῆσις. De mancipio & usu. Inter modos acquirendi rerum dominii mutuum non computari. Duo præterea alienationum genera Aristoteli notata, δόσιν καὶ πρᾶσιν. Quid sit δόσις? An traditio? De traditione pluribus tractatum. Tradi tantum res corporales. De jure prisco traditionis à Iustiniano innovato. De simplici traditione, ac de traditione nexus. De rebus mancipii & nec mancipii. De sollemnitate nexus & mancipatione. Boethius correctus. Mancipia dare & accipere, vendere & emere. Inter quos hæc mancipatio locum habuerit. Quid sit nexum. Pro oppignerato sumi. Manilii & Scævolæ diversæ de nexo sententiæ. De jure mancupii, & jure nexi, quomodo differant. Quid sit jus auctoritatis apud Ciceronem. Non esse usucapionem. Nomen auctoritatis quomodo accipiendum in lege XII. Lex Atinia exposita. Ratio redditur differentiæ inter res mancipii & nec mancipii. Vlpianus in Regulis correctus. Turnebus reprehensus. Nuda & naturalis rerum traditio etiam locum habuit Ciceronis ævo. Varro emendatus. Δωτῆνα quid? Δόμα, δόσις, δώς, δωρεὰ. Dos, donatio, & dono datio. Δώς & δάνος ab eadem origine diversam habent significationem: illa, pro donatione, hoc pro mutuo. In traditione requiri etiam animum alienandi. Mutuum qui dat, non eo animo dare, ut alienet rem suam. Dono datio à mutui datione distincta. Inter acquirendi modos mutuum non reponi. Quod proprium alicui datur, discerni ab eo quod utendum datur. Reddi aliam rem in mutuo, genere tamen eamdem, & æque bonam. De usu fructu rerum quæ usu tolluntur, qui à senatu introductus est; an similis mutuo, & quatenus similis. Quarta objectio refutata, quæ non vult periculo accipientis rem mutuo datam esse, & præterea usu-

ras pro ea debere. Quinta ratio similiter explosa, qua objicitur, fœnerationem agriculturæ & omnibus artibus officere. Frustra id objectari. Non posse agriculturam sine mercatura subsistere, nec mercaturam sine fœneratione. Monopolia Reip. esse perniciosiora fœnore. Nec meliores aut utiliores pauperibus videri, qui res vili emunt, ut carius vendant, quam fœneratores. Alia plura eodem pertinentia.

EXplicavimus ante sat multis cum definitione mutui & fœnoris, etiam quæ ad rem pertinere visa sunt, circa commodati & locati, commodati & mutui, mutui & fœnoris differentias. Docuimus inter alia, quod maximi erat ad hoc, quod tractaturi sumus, momenti, inter *commodatum* & *locatum* non esse majus discrimen, quam inter *mutuum* & *fœnus*. Nunc ergo hic locus est ei disceptationi, qua discutiendum est, utrum *fœnus* numerari debeat inter licitos & naturales contractus, an vero inter vetitos ac minime naturæ consentaneos. De *mutuo*, quod dicitur gratuitum esse, æque libenter id concedam, ac de *commodato*, quod & ipsum gratuitum esse debere inter omnes convenit. Sed quæstionis est, quemadmodum pro commodatæ rei usu non inter vetita est mercedem postulare, an similiter, & pro usu rei, quæ mutuo datur, licitum sit usuram exigere, quæ merces est non solum pecuniæ mutuo datæ, sed etiam cujuslibet rei, ex earum genere, quæ pondere, numero, & mensura constant, si utendæ alicui dentur. Quæ res facit ex *commodato locatum*, eadem præstat ut pro *mutuo* sit *fœnus*, nempe merces. Qui eam in commodato probant, cur in mutuo improbent, nescio, nec ullam hujus diversitatis rationem video. Locatio ædium, vestis animalis, servi, agri, operæ, operis, licita erit: non erit fœneratio quæ proprie locatio est pecuniæ, tritici, hordei,

vini, & aliarum hujusmodi specierum, frugumque tam arentium quam humidarum? Si ulla potest afferri causa, quare tam diverse de *commodati* mercede licita, *mutui* vero illicita pronuntietur, eam solum probabilem reddet usus differentia in rebus *mutui*, & in rebus *commodati*. Rerum enim usus, quæ mutuo dantur, in abusu consistunt, cum eæ, quæ commodantur, non soleant usu absumi. Quid est præterea quod adducere queant sententiæ illius auctores, quod vel in speciem videatur verisimile? Hoc ipsum vero argumentum videamus, quanti sit faciendum. Profecto hæc ratio nullo modo valebit ad *fœnus* impugnandum, quia ipsum *mutuum* funditus everat. Nam si usum non admittunt earum rerum quæ in abusu consistunt, mutuum plane tollunt. Atqui hoc tantum pugnant, ut fœnus modo de medio abeat, qui mutuum gratuitu debere esse contendunt. Quod quo telo evincere se sperent posse, vellem aperuisse declarassent. Si datur quippe mutuum in his rebus quas quis utendo abutitur, non erit discrimen, si gratuitum existat hoc mutuum, nihilque petatur præter eā quæ pro re reddenda est, an aliquid amplius exigatur, ut solet in locato cum res ipsa restituitur. Scrupulum enim est quod allegant, quia in mutuo usus rei ab ipsa re separari nō possit, & in abusu consistat, ideo pro eo nihil exigi debere. Immo tanto magis debere aio. In locato rem suam, quando vult, potest vindicare dominus, quia dominus ejus manet: in mutuo non potest quæ abusa est. Si rem aliam, quam pro consumpta reddat, non habet qui mutuo eam accepit, expectandum est creditori donec facultas debitori suppetat rei alterius in locum ejus, quam accepit, sufficiendæ. Quid si solvendo non sit? si decoquat, & bonis cedat? Periculum certe sæpe incurrit æris sui, qui mutuum dedit. Propter has moras, & metus, ac sollicitudines, atque etiam damna quæ patitur in pecunia debita

debita qui eam credidit, tanto impensius æquum est ex *mutuo* mercedem expeti quam ex *commodato*. Si nihil deberetur commodi, aut mercedis pro usu mutui, quia in abusu est & consumptione, tollatur & ipsum mutuum, nec res ulla detur utenda qua non possis aliter uti, nisi abutaris. At si datur hujusmodi usus, ut dari non est dubium, concedatur & pro usu illo, quamdiu quis eo fruetur, quæ inter dantem & accipientem convenerit merces, hoc est, usura. Sophisticum omnino est, quod inter primarias causas ponunt mercedis propter usum pecuniæ mutuæ non exigendæ, quia vendatur nimirum id quod non est, & duplex veluti pro una merce pretium flagitetur. Nam qui aliquid, inquiunt, accipit præter sortem, aut id accipit pro rei usu quæ consumpta est, & sic pro nihilo capit, aut, si pro sorte capere putandus est, bis idem vendere existimari debet. Quæ ridicula sunt, & nullo negotio diffiari possunt. Non enim pro sorte usura exigitur, sed pro usu sortis. Usus autem ille non est nihilum, nec pro nihilo datur. Quod haberet rationem, si alicui pecuniam mutuam darem, ea lege ut statim in flumen eam projiceret aut alio modo perderet sibi non profuturam. Sed qui pecuniam ab alio mutuam desiderat, ad necessarios sibi usus illam expetit. Aut enim ædes inde comparat, quas ipse habitet, ne in conducto diutius maneat, vel quas alii cum fructu & compendio locet: aut fundum ex ea pecunia emit salubri pretio, unde fructus & reditus magnos percipiat: aut servum, ex cujus operis locatis multum quæstus faciat: aut ut denique alias merces præstinet, quas vili emptas pluris vendat. Quid si postremo pecuniam ad hoc mutuam sumit, ut molestum absolvat creditorem, quo se liberari magno velit redemptum? Ea autem de causa senatusconsultum Macedonianum factum, ne filiisfamilias ad libidines suas tantum explendas & profusiones faciendas mutuas

tuari, ut plurimum, solitis, aliquis pecuniam crede-
ret, nisi qui debitum vellet perdere. At patri familias
rei suæ intelligenti ac parcenti si quis pecuniam det
mutuam, quam in usus suos convertat, cur, quod ac-
cipienti non solum utile, sed etiam lucrosum fuerit,
id sterile & vanum danti existet? Non est porro mei
muneris, inquirere scrupulosius, an ille, qui mutuam
sibi dari petit, ad causam quæstuosam id expetat, an
ad alium usum necessarium? Satis est, si sciam, me
dare non homini luxu diffluenti, non prodigo ac ne-
poti, aut filiofamilias, cui lex dari vetat, temere pro-
fusuro, sed illi qui bene pecunia à me accepta sit usu-
rus. Gladium, qui militi commodaret in militiam
iturо, non male faceret, sed qui insano & mentis suæ
male compoti traderet. Qui ædes locat, non curiose
explorat aut exquirit, an utiles, aut commodæ futuræ
sint ei qui eas constituta mercede conducit, & tamen
non dubitat mercedem pro his pacisci. Post finitum
tempus locationis, ædes domino restituit præter pen-
siones quas pro usu ædium præstitit. Sic & in mutuo
fœnebri sortem pro sorte reddit quam accepit, præ-
ter usuras, quas pro usu pecuniæ ex pacto, aut stipula-
tione dependit. Hoc non est sortem bis vendere, nec
pro nihilo aliquid percipere. An pro nihilo compu-
tandum, quod tu dum meis nummis uteris, sive ad ea
quæ tuæ postulant necessitates, sive ad tua compen-
dia, ego interim his careo cum meo interdum damno
& jactura? Et cum mutuum non in sola sit pecu-
nia numerata, sed etiam in aliis rebus quæ pondere
& mensura continentur, ut in frugibus humidis vel
aridis, an, qui indigenti mutuum vinum aut triticum
dederit, quod usuræ nomine pro usu eorum conse-
quetur, pro nihilo id capere existimabitur? Qui fru-
ges meas in egestate sua consumpserit, quas care
emere ad victum coactus esset, aut qui eas aliis care
vendiderit, præter ipsam mensuram quam accepit, si
aliquid

aliquid vice mercedis propter usum admensus fuerit,
an id injustum habebitur? Atqui poteram, si eas ser-
vassem, carius fortasse in foro vendere, & plus lucri
ex illis venditis efficere, quam quantum possim per-
cipere ex usuris quas mihi reddent. Certe & propter
incertum pretium fructuum majores in horum mu-
tuo usuras permiserunt semper leges quam in pecu-
nia mutuaticia. Sed nec pro usu tantum usuræ accí-
piuntur, verum etiam pro eo quod interest creditoris,
non carere sua pecunia, quæ in gratiam debitoris ca-
ret. Etiamsi autem non in gratiam accipientis hoc
semper fiat, sed etiam pro compendio & quæstu dan-
tis, non tamen ad accepturum it fœnerator, sed ad
fœneratorem debitor futurus, ut, quod opus habet,
ab eo sumat mutuum. Sic rem suam uterque agit. Fœ-
nerator hoc pacto reperit cui nummos suos cum quæ-
stu collocet, ne otiosos diu custodiat ac steriles, &,
qui eos mutuaturus est, suis etiam rebus, dum eos ac-
cipit, consulere se putat, sive ad lucrum, quod inde
prospicit, captandum, sive ad damnum, quod immi-
nens ea ratione se propulsare posse videt, vitandum.
Cum venditor in merce venum exponenda emolu-
mentum suum considerat, hoc non obstat quo minus
& emptor, qui ab eo illam pretio dato accipit, rem
suam bene se facere cogitet, etiamsi carius emat.
Nam aut necessitas ad emendum eum compellit, aut
se aliis sperat venditurum pluris quam emerit. Idem
in locatore & conductore dicendum. Idem ergo erit
& in creditore ac debitore, & in quibuscunque con-
tractibus utriusque partis utilitas versatur. In gratuito
enim mutuo, ut & commodato, sola ejus, cui datur,
ut ei bene sit, habetur ratio. Quod & in omnibus be-
neficiis spectatur, quæ non causa dantis, sed accipien-
tis tantum solent tribui. *Nec enim*, ut ait Cicero, lib. II.
de Finibus, *si tuam ob causam cuiquam commodet,
beneficium hoc habendum est, sed fœneratio.* In omni-

bus commerciis, in quibus pretium aut merces intervenit, utriusque contrahentium agitur commodum. Ob meam causam tibi do, tu ob tuam accipis. In venditione & emptione pretium pro re datur. In permutatione res pro re. In locatione & conductione res ipsa redditur, & pro ejus usu, quanti interest non eo caruisse locatorem, merces de qua convenit. In mutuatione fœnebri res alia pro re restituitur, & præterea pro usu rei mutuaticæ merces quoque, quæ proprie usura, quanti interest creditoris, hunc usum non sibi potius reservasse, sed alii concessisse. Nihilo melioris est notæ & altera ratio quam objectant, pecuniam suapte natura sterilem esse, ac proinde iniquum esse, fructum ex ea re quærere quæ per se infructifera sit. Facilis responsio. Nihil non sterile est, quod tibi sterile esse volueris. Ut contra nihil non fructuosum, quod cultura exercere, ut fructum ferat, institueris. Nec de agrorum fertilitate regeram, qui non essent feraces nisi humana industria redderet tales. Alia sunt plura magis analoga fœnori, quæ æque infructuosa forent, si sine quæstu dominis suis, ut natura ea fecit, relinquerentur. Adde quod ager si semente non conseratur per hominum laborem, possit tamen sua sponte esse pascuus. Et nisi homini utilis existat, erit pecori, & per hoc etiam domino pecoris homini. Prata sunt id quod sunt, sine hominum arte, & opera, unde & sic dici quasi parata volunt Romanæ litteraturæ magistri. Terram esse fœcundam, vel per se, vel alieno ingenio, quid mirum? Magis mirum de aere, & hunc quæstuosum imperio factum. Qui ἀερικὸν imposuerunt vectigal singulis domibus Constantinopolitani imperatores, aerem sterilem esse pati non potuerunt. Sed hæc minus cum fœnore conveniunt. Nec mare hic sollicitandum, quod piscatoribus, urinatoribus ac nautis ad quæstum patet, ceteris sterilitate occlusum est. Quid sterilius ægroto? Nec ferre se,

se, nec movere interdum potest. Hunc tamen in reditu habet medicus. Una res est ægroto sterilior, nempe mortuus. Unde proverbium de eo qui lucratur unde nihil potest lucri avelli, κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν. Hic tamen sterilis non est pollinctoribus, neque sandapilonibus, neque vespillonibus, neque fossariis. Immo nec præficis olim, nec nunc sacerdotibus, qui eum ad sepulcrum cantando deducunt. Quæ corpus alit corpore, etiamsi liberos non pariat, non tamen sibi infecunda est. Nec artem hic cogites; natura potius victum quærit. Meretricem me dicere nemo non sentit. Artes omnes suis artificibus steriles essent, nisi ipsi sibi quæstuarias efficerent. Nec enim artis finis est, quæstus, sed opus, quod artifex perfecit. Cui vita est opera, nisi eam mercede locaret, non haberet unde viveret. De pecunia quod ajunt, nihil ex se producere natura, cur non idem de ceteris rebus, & frugibus omne genus, quæ mutuo dantur, asserunt? Sed triticum duplici modo frugiferum est, & cum in terram jacitur, & cum in fœnus locatur. Utrobique fœnus est. Nam & terra id reddit cum fœnore. Cur natura ædium, quas mercede pacta locavero, magis potest videri fœcunda, quam nummorum quos fœnore dedero? Si gratis eas commodavero, æque ac si hos gratis mutuo dedero, tum steriles tam hi quam illæ mihi evadent. Vis scire igitur, quæ pecunia proprie sterilis sit dicenda, immo & dicta sit? illa certe, quæ fœnore non erit occupata, quæque nihil mihi pariet usurarum, quas & propterea Græci τόκον nomine appellarunt. Adeo viri sapientissimi, qui nomina primi rebus imposuerunt, pecuniam non esse sterilem agnovere, cujus fructum vocarunt τόκον, id est, partum. Hinc sterilis pecunia Jurisconsultis, ut ager aut mulier, quæ nihil parturit. Leg. VII. D. de usuris: *Ex eo die ratio non habebitur usurarum. Quod si postea conventus, ut solveret, moram fecerit, nummi steriles ex eo tempore*

 non

non erunt. Item leg. III. D. de contraria: *Et magis ut quoad ei reddatur pecunia, usuras ejus consequatur. Nec enim debet ei sterilis esse pecunia.* Ergo ea sola domino sterilis habenda pecunia, quæ nihil ei adfert emolumenti, sed iners & otiosa domi in arca jacet. Occupari semente ager perhibetur qui seritur: nec minus occupari pecunia memoratur, quam fœnerator otiosam & vacuam non patitur. Græci quoque ἐργάζεσθαι pecuniam dicunt, & usuram ejus ἔργον appellant, & nummi ἐργασίαν haud secus atque in alia mercium negotiatione. qui etiam id verbi de terra, quæ exercetur, usurpare amant. Quod ex fundo bene culto redit, fructus ejus est. Quod ex pecunia bene collocata colligitur, fructus quoque ejus censetur. Et usuras Jurisconsultus vicem fructuum obtinere dicit, ac merito non debere à fructibus separari. Pensiones etiam prædiorum urbanorum pro fructibus accipi, Paulus scripsit. *Pensio* non minus appellatur merces quæ ex pecunia fœnerata solvitur: quæ ipsa etiam locari & conduci dicitur, haud secus atque ædes, quæ sic locantur, ut pro earum usu atque habitatione pensio exigatur. Hinc *nummi conducti* apud Horatium pro fœnore sumptis: *Omnia conducti coëmens obsonia nummis.* Est qui pro habitatione ædium, quas locat, pecuniam paciscitur: at rursus est alius, qui ex pactione sic mutuam dat pecuniam, ut accipientis domum inhabitet. Quod Imperator Alexander, leg. XIV. Cod. de usuris, admisit, usque eo, ut nec illicitum fœnus contractum rescripserit, etiamsi plus domus locata quam locata pecunia domino suo referret. Vilius enim cōductam domum pronuntiavit, quasi tanti modo locata sit, quanta esset pensio pecuniæ mutuo acceptæ. Hæc igitur sibi invicem respondent, pro domo ad habitandum data pecuniam stipulor; pro pecunia domum habitandam. Sed & pro ipsa pecunia, quam utendam locabo, pecuniam. Quidni?

Quod

Quod aliarum rerum est pretium, cur sui pretium ac merces esse non queat? Si queat, nec sterilis esse cuiquam pecunia poterit, aut aliæ quæcunque res mutuo dandæ, nisi qui steriles eas sibi esse patiatur, nec quicquam mercedis exigere pro earum usu voluerit. Hinc ἄτοκον Græcis & sterile est ac minime usurarium debitum, ut contra ἔντοκον & ἐπίτοκον δάνεισμα, fœcundum & quod fructum affert domino ex pecunia fœnebri. Ἐπίτοκος tamen mulier Græce non dicitur fœcunda, ut ἄτοκος est sterilis & quæ non parit. Nam ἐπίτοκος, cui partus instat, appellatur, quæ aliis ἐπίτηξ, quam τοκάσαν, id est, parturientem Cratinus dixerat. Sed ἔντοκος opponitur τῇ ἀτόκῳ. At pecunia, quæ ἐπὶ τόκῳ mutuo datur, ea est proprie ἐπίτοκος, ut mulier ἐπὶ τόκῳ quæ prope partum est, ea ἐπίτοκος. Ridiculum est & illud, quod tamen pro ratione magna obtruditur, ut mutuum non esse debeat usurarium, quia in mutuo dando fiat de meo tuum. At injustum est, ajunt, me tibi vendere quod tuum est, videlicet usum æris tui. Potens sane argumentum. Atqui non fit tuum, nisi hac lege, ut pro eo, quod accepisti utendum, certam mihi præstes mercedem, usuræ nomine, absque qua frustra tuum id esse cuperes. Non igitur tibi, quod tuum est, vendo, sed, quod meum est, ea conditione ad te transfero, ut pro usu ejus, quamdiu te uti patiar, mihi, quod pactū inter nos est, persolvas. An aliter fit in locato? Usum rei quam à me aliquis conduxit, ea lege atque omine vendo, ut quamdiu possessionem ejus retineat, pensionē de qua conventum est, mihi præstet. Sed in locato, dicet, non ita de meo fit tuum, ut in mutuo. Ineptum & falsum hoc etymum mutui in superioribus satis confutavimus. Saltem addidissent, quomodo de meo tuum fiat, nempe usu. Quod bene adjectum est à Grammatico Nonio Marcello. *Mutuum, quod sub amico affectu fiat meum tuum usu temporis necessarii.* Alias

dona-

donatio justius nomen mutui ferret quam ipsum mutuum. Quid enim aliud vere fit in donatione, quam ex meo tuum? Ipsa enim transfertur proprietas ἀναφαιρέτως cum usu. Quod usu vero datur tantum, non alienatur ejus proprietas. Inde illa: χρήσει *tuus*, κτήσει δὲ *Attici nostri*. Item hæc ejusdem Ciceronis: *Attici quoniam proprium te esse dicis mãcipio & nexu, meum autem usu & fructu, contentus isto sum.* Sic vitam nobis utendam datam, non mancipio nostram esse, poeta ille philosophus recte cecinit: *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.* Quod de mutuo intelligendum, poetæ illius amator summus, qui & ipsum emendasse, & perpoliisse traditur. Cicero ostendit, his verbis, lib. 1 Tusc. Quæst. *At ea quidem*, de natura loquitur, *dedit usuram vitæ tanquam pecuniæ nulla præstituta die.* Quod igitur mutuo datur, usu tantum datur, non mancipio, nec ut proprietas alienetur. Præterea quod datur, ut reddatur, non animo alienandi datur. Hoc fit in mutuo. Ergo mutuatio non est alienatio. Inter modos dominii rerum acquirendi, cum plura dominiorum, & acquisitionum genera à Jurisconsultis tradantur, & à philosophis, nemo unquam mutuum inter illa nominavit. Aristoteles, lib. 1 Rhetorices, cap. v, duo genera abalienationis ponit, donationem, & venditionem, ubi definit proprium id esse cujusque, quod abalienare possit, id est, donare aut vendere: τὸ δ' οἰκεῖον νεῦναι, ἢ μὴ, ἔστιν ἐφ' αὑτῷ ἢ, ἀπαλλοτριῶσαι. λέγω δὲ ἀπαλλοτρίωσιν δόσιν καὶ πρᾶσιν. Idem in Nicomacheis, lib. VIII. τὴν δόσιν distinguit ἀπὸ τῆς χρήσεως, id est, donationem à mutuatione: quo loco dicit, qui amico dedit aliquid aut contulit, non animo scilicet donandi, tantumdem sibi reddi aut etiam amplius postulare. κομίζεσθαι δ' ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ τὸ πλέον, ὡς οὐ δεδωκώς, ἀλλὰ χρῆσας. *Vt qui non dono dederit, sed mutuo.* Ergo aliud χρῆσις, id est, mutui datio, aliud δόσις, donatio, quæ species est abalie-

abalienationis. Δόσις hic non est, ut nomen sonat, datio. Nam & in mutuatione datio est, nec tamen ea datione res acquiritur. Non etiam est traditio. Traditio quidem inter modos recensetur ab Ulpiano quibus dominium in alium transfertur. Sed traditio apud illum ex veteri jure, rerum tantum est quæ *nec mancipi* dicebantur, capite de dominiis & acquisitionibus rerum: *Traditio proprie est alienatio rerum, nec mancipi. Harum dominia ipsa traditione adprehendimus, scilicet, si ex justa causa traditæ sunt nobis.* Libro porro II Instit. cap. de rerum divisionibus, traditionis nomen ad ea tantum porrigitur quæ manu tangi ac tradi possint, ut sunt res omnes corporales. Quia, ut inquit Theophilus, τὰ ἀσώματα ἀφῆς ὄντα κρείττονα εἶναι ἐπιδέχεται τραδιτζίωνα. Sed dicit ibi Justinianus, *cujuscunque generis rem corporalem tradi posse, & à domino traditam alienari posse.* Quod ita innovatum fuit à Justiniano ex jure prisco. Nam inter res mancipi, quas tamen simplici traditione acquiri non licebat, multa fuere quæ corpore constarent, ut prædia tam urbana quam rustica in solo Italico, servi, quadrupedes dorso collove domitæ, ut boves, muli, equi, asini. Hæc erant mancipii. In quibus etiam traditio locum habuit. nec enim aliter eorum dominium in alterum potuit transmitti, sed traditio nexu. Duplex igitur traditio fuit; rerum mancipii, quæ *traditio nexu* dicebatur, & traditio simplex & naturalis rerum non mancipii. Illa fiebat certis ac sollemnibus verbis, libripende, ac quinque testibus præsentibus. Justinianus sollemnem illam & imaginariam cum nexu traditionem sustulit, & omnia ad unam reduxit naturalem traditionem, ἀπεριέργον καὶ φυσικὴν τὴν πρᾶξιν ἔχουσαν. Hinc & prædia urbana & rustica Italici soli, quæ olim non aliter abalienari poterant nisi traditione nexu, simplici ac naturali traditione qua res nec mancipi alienabantur, posse dominum mutare san-

sanxit haud secus ac stipendiaria ac tributaria prædia quæ in provinciis sita erant. Quæ ut clarius explicentur, sciendum est, inter res corporales ad quas traditio pertinebat, alias fuisse mancipii, alias nec mancipii. In tradendis quæ mancipii erant, nexus sollemnitas intervenichat; cum alia, quæ nec mancipii, traderentur, sola traditione naturali opus erat. Hæc ex jure gentium, illa ex jure Quiritium. Traditionem illam vocat mancipationem Ulpianus, & distinguit à traditione sic proprie dicta quæ naturaliter fit. *Singulorum*, inquit, *rerum dominia nobis acquiruntur, mancipatione, traditione, usucapione*, & cetera. At eam mancipationem Cicero in Topicis *traditionem nexu* vocavit his verbis: *Abalienatio est ejus rei quæ mancipii est, aut traditio nexu, aut cessio in jure inter quos ea jure civili fieri possunt.* Traditio hæc nexu sequitur mancipationem. Ad eum locum notat Boethius *Mancipi res* veteribus appellatas, *quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quamdam nexus fieret sollemnitatem.* Citat deinde verba Gaii ex primo Institutionum, quibus explicat nexus faciendi sollemnitatem in mancipatione, & traditione nexu, ubi dicit, *mancipationem esse imaginariam quamdam venditionem: quod ipsum jus proprium Romanorum est civium; eaque res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Romanis puberibus, ac præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens.* Quæ sequuntur sic, sic apud eum legenda sunt: *Is qui mancipio accipit, as tenens, ita dicit.* Perperam editum est: *Is qui mancipium accipit.* Idem mendum paulo post in his: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus esto hoc ære æneaque libra. Deinde as percutit libram, indeque as dat ei à quo mancipio accipit, quasi pretii loco.* Inde illæ loquutiones nexum, *mancipio dare*, & *mancipio accipere*. Item *mancipio*

pio vendere & *emere*. Ut leg. 1v. D. de Evictionibus: *qui mancipio vendidit.* Nam venditor, qui mancipio rem aliquam dabat, periculum judicii, quo res repeteretur, in se suscipiebat. & præstabat. Hinc rem suo periculo emere dicebatur, qui mercimonium mancipio non accipiebat. Quod apud Plautum sæpe occurrit. Hæc mancipatio, sive mancipio datio, sive traditio nexu, locum habebat inter cives Romanos, teste Ulpiano, & Latinos Colonarios, Latinosque Junianos, eosque peregrinos, quibus commercium, hoc est, emendi vendendique invicem jus cum Romanis datum erat. Ergo cum aliis peregrinis, quibus id jus concessum non fuit, locum mancipatio non habuit. Differentiam inter hanc ex mancipatione traditionem quæ juris fuit Quiritium, & aliam traditionem quæ ex jure gentium, id est, naturali descendebat, sola sollemnitas nexus statuisse videtur. Qui igitur hoc sollemni nexu se dominum rei venditæ asserebat ac præstabat, mancupationem facere, & mancupio dare censebatur. Nexus enim est obligatio. Sic junguntur in lege XII. Tab. *Cum nexum faciet, mancupiumque, uti lingua nuncupassit, ita jus esto.* Manilius apud Varronem omne, quod per libram & æs geritur, ita appellari scripsit, *in quo sint mancipi*, id est, res mancipii. Nam falluntur viri docti, qui *mancipi* hic accipiunt in dandi casu, pro *emptori*. Res itaque mancupii, quæ dabantur mancupio, nomine nexus contineri voluit Manilius. Eorum quippe, quæ ita traderentur, traditionem fieri nexu, Cicero in Topicis dixit, & ejus interpres ex Jurisconsulto Gaio hoc probavit. Mucius autem Scævola eodem Varrone auctore, *quæ per æs & libram fiant, præterquam quæ mancipio dentur*, ita dici putavit. Varro ipse suam interponit sententiam, & pro Scævola stat. *Hæc verius*, inquit, *esse, ipsum verbum ostendit, de quo quæreretur. Nam idem, quod obligatur per libram, neque*

suum

suum sit, inde Nexum dictum. Quod ita obligatur alicui per libram, ut tamen suum illi non fiat, nec proprium exsistat, cum Scævola Varro *Nexum* dici proprie existimat, & rationem addit, quia sic dicatur quasi *nec suum.* Quod ex æquo mihi probatur, ut *mutuum* de meo tuum. *Nexum* sane idem quod obligatum, vel oppignoratum, & quocunque modo obstrictum & obnoxium. Apuleius de deo Socratis: *Solutum ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendive.* Pro oppignerato. Glossæ veteres: *Nexum, ἐνεχύρασμον.* Inde *nexum facere prædiorum*, pro, prædia obligare, leg. 11. Cod. Theod. de pignoribus: *Nexum non faciat prædiorum, nisi persona quæ jure potuit obligari.* Hoc est, non obliget prædia, & oppigneret. Et leg. 1, D. ne vis fiat: *Si quis ideo possessione arcuerit, quia rem suam putabat, vel sibi nexam.* Hoc est, pignori obligatam. Sic accipienda *nexi datio*, & *nexi obligatio*, pro pignoris datione & liberatione, apud Festum, ubi Nexum explicat ex Galli Ælii opinione: *Ælius Gallus necti dicit quidquid per æs & libram geritur, cujus generis est testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio.* De *nexu*, quem inibant obærati, non solvendo, & de *nexis*, id est, compeditis, nos infra. Alio enim pertinent. Si, quidquid per libram geritur, nexum est, etiam res mancupii eo continentur; quæ sententia Manilii fuit. Nam mancupio dabantur res mancupii per æs & libram, quam *nexu traditionem* vocavit Cicero in Topicis. Scævola vero quæcunque per æs & libram fiunt, ut obligentur, hoc nomine tantum voluit censere, & ab hac appellatione, quæ mancupio dabantur, exclusit. Cujus opinionis hanc habuit, ut videtur, rationem. *Nexum* proprie obligatio, à nectendo, id est, obligando. Hinc ea sola *Nexi* nomine venire voluit, quæ per æs & libram fierent, ut obligarentur. Qui dant mancipio, rem ipsam tradunt, nec auctoritati obligantur, nec evi-

ctionis nomine tenentur. Satis est, si se dominos fuisse probent. In judicio tamen emptorem defendunt, & judicii periculum præstant, ut paulo post dicam. Ideo eos à nexi appellatione removet. Si non excipere à nexu quæ mancipio dantur, Scævola incideret in eamdem cum Manilio sententiam, quæ ea sub nexu, ut speciem sub genere, comprehendit. Non puto, tam hardum fuisse Varronem, ut nequierit mentem Manilii & Scævolæ ex ipsorum scriptis integris capere. Præterea verba illa Scævolæ, *præterquam quæ mancipio dantur*, non alium, quam quem diximus, sensum admittunt. Cicero, lib. III de Oratore, *Nexum*, quod per libram agitur, improprie dici notavit, ut *divortium* in uxore, quia proprie sunt aquarum divortia: ut *pes* in navi. *Si res*, inquit, *suum nomen & proprium vocabulum non habet, ut pes in navi, ut nexum quod per libram geritur, ut in uxore divortium, necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere.* At *Nexum* proprie est quod vinculo ligatum est. Hinc non suo nomine dicitur, si quid per libram obligatum est. Idem de *obligatione* dici potest. Incertum tamen eo loco, Cicero utrum Manilii an Scævolæ sententiam sequatur. Potius est, ut hic sequi videatur Manilium, qui, quidquid per libram geritur, eo nomine intellexit, & mancipium etiam comprehendit. Alibi tamen Scævolæ sententiæ accedere videtur idem Cicero, ut in ea de aruspicum responsis, cum *jure mancipii à jure nexi* separat: *Multæ sunt domus in hac urbe, P. C. atque haud scio an pene cunctæ jure optimo; sed tamen jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipii, jure nexi.* Quibus verbis per *jus auctoritatis* non intelligi ab eo puto, ut placet doctis, jus usucapionis, sed distinguit plane jus mancipii à jure auctoritatis, quia, qui mancipio aliquid dederant, auctoritati non erant obnoxii, id est, actioni pro evictione, ut explicat lex ult. D. de Evictione.

Nam

Nam qui rem aliquam vendebat, auctor ejus dicebatur, ut dominus ac venditor. Et, si dominus quidem ejus non erat, malus auctor audiebat, nec auctoritatem, quam in re non habebat, poterat transferre ad emptorem. Ideo evincebatur ab emptore, qui ad auctorem suum, id est, à quo emerat, confugiebat, ut aut auctorem bonum ac dominum rei venditæ se probaret, aut evictionem præstaret, duplæ aut simplæ pœnam, sicut convenerat, & præterea id quod interererat. Nec aliter autem auctoritatis nomine tenebatur venditor, quam si rei dominus non esset. Nam si vere dominus fuisset, non obligabatur. Paulus, lib. II. sentent. Tit. XVII: *Venditor, si ejus rei, quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritati manebit obnoxius. Aliter enim non potest obligari.* Ita legendum. Certe, qui rem bona fide, cujus erat dominus, vendidisset, non erat obnoxius auctoritati. Duplam tamen quam promiserat, solvebat sed ad quod interest, non tenebatur. Nam si mancipio non dabatur, dupla aut simpla promitti solebat, ut constat ex Varrone, lib. II. de R. R. cap. X. At qui mancipio dederat, neque duplæ nomine tenebatur, quia non moris erat promitti, neque auctoritatis si res evinceretur, quia sollemnitas nexus in mancipatione verum dominum videri efficiebat res quæ mancipio dabatur. Paulus eodem titulo: *Res empta mancipatione & traditione perfecta si evincatur, auctoritati venditor nullatenus obligatur.* Ita enim ex vetustissimo suo libro legi debere, recte Cujacius admonet. Quid igitur præstabat evictionis nomine venditor, qui mancipio dederat, si neque duplam neque auctoritatem præstare tenebatur? Periculum judicii eum præstitisse, ait Cicero pro Muræna: *Quod si in iis rebus repetendis, quæ mancipii sunt, is periculum judicii præstare debet qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius in judicio consulis designati is potissimum consul. qui*

qui consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani defensorque periculi esse debebit. Vides, eum, qui mancipio dedit, esse auctorem rei quæ data est, ac proinde non obligari auctoritati, quam is solus præstare debet qui non est ejus dominus. Defensionem tamen in judicio pro emptore suscipit, quia & periculum judicii præstat, si res, quæ mancipio data est, repetita & evicta fuerit, non etiam duplam, neque id, quod interest. Sic igitur jus auctoritatis, & jus mancipii, in domibus quæ jure bono possidentur, à Cicerone discernitur. Jure namque mancipii possidebantur quæ mancipio erant emptæ, jure auctoritatis quæ non erant mancipio venditæ, sed quarum venditor auctoritati erat obligatus & actione tenebatur de evictione. Auctoritas in his non est proprie actio pro evictione, etsi ita exponat Venuleius, leg. ult. D. de evictionibus, sed id quod illi actioni locum facit. Qui enim auctorem bonum se rei venditæ promisit & dominum, id præstare debet, & sic auctoritati obnoxius censetur, quam nisi præstet, actione tenetur pro evictione. Non est etiam titulus vel jus, quo quis possidet, ut Hotomannus & alii accipiunt, sed ἀξίωμα, qua se dominum rei spondet qui eam vendit. Is primus auctor est. Si fidejussorem etiam det ob evictionem, secundus auctor appellatur, ut est in leg. IV. D. de evictionibus, *an id, qui mancipio vendidit, debeat fidejussorem ob evictionem dare, quem vulgo auctorem secundum vocant.* Quo loco haud scio quid voluerit Cujacius, qui, Observat. lib. XXI, cap. XV, dicit, cautionem illam sive satisdationem, quæ ob evictionem datur, vocari *secundum mancipium.* In venditionibus dicitur *auctor secundus*, qui in aliis contractibus appellatur *sponsor* aut *fidejussor.* Glossæ veteres: *Secundus auctor*, βεβαιωτής. Quia nimirum ipse, qui vendit, primus auctor est. Hinc *auctoritatem defugere* dicitur qui non vult se auctorem dici; ut con-

tra, qui auctorem se promisit, auctoritati obnoxius est; ut & ille, qui pro venditore spopondit, *secundus auctor*, qui nimirum suo periculo affirmavit, illum bonum esse auctorem, quem & βεβαιωτὴν Græci inde nominant. *Auctorem* etiam *fundum laudare* dicebatur emptor, qui nominabat dominum, à quo emisset, & ad quem confugiebat, si res empta in eo esset ut evinceretur. Sed & Scævola, leg. ult. D. de pigneraticia actione, quod *instrumentum emptionis* primo dixerat, paulo post, *instrumentum auctoritatis* appellat. Nam Auctor proprie venditor, & qui pro venditore fidejussit. Hinc titulus est in sententiis Pauli, lib. v. *de contrahenda auctoritate, quo ob metum impendentis damni vicinus vicino satisfidere debet. additis sponsoribus super eo quod damni acciderit.* Qui apud Ciceronem verbis supra citatis *jus auctoritatis* pro usucapione acceperunt, mihi falli videntur, viri alias summi; etsi *auctoritas* etiam in usucapione dicatur, sed quæ hinc sit explicanda. Verba legis de Usucapione, in XII. Tabulis, sic erant concepta: *Usus auctoritas fundi biennium esto: ceterarum omnium rerum usus auctoritas annus esto.* Ita enim legenda ac distinguenda verba legis, ex Ciceronis pater, in ea pro Cæcina: *Lex usum, auctoritatem fundi, jubet esse biennium. At utimur eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur.* Frustra igitur est auctor interpretamenti ad legem XII, qui *usus auctoritatem* hic accepit pro perfecta usucapione, ex qua jus dominii, & titulus sive causa, ut in lege Atinia apud Agellium. Atqui in lege illa Atinia *auctoritas* non est titulus sive causa. Verba legis: *Quod furreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto.* Si titulus esset sive causa qua quis possidet, penes furem eam esse lex diceret. Jure ergo fur possideret rem furreptam. Auctoritas, ut jam docuimus, est id quod actionem parit pro evictione. Jurisconsultus pro ipsa actione accipit. Quod evicti

potest

potest omni tempore, nec unquam potest usucapi à possidente, ejus æterna est auctoritas, quia æterna est evictio, sive actio pro evictione. Sic, in XII Tabulis, lex fuit, quæ *æternam esse auctoritatem cum hoste*, id est, cum peregrino, ut tunc loquebantur, sanciebat. Nunquam posse usucapere rem sibi ab eo, qui non esset dominus, traditam, peregrinum, lex illa voluit, sed semper evictioni locum esse & actioni pro evictione. At cum cive Romano, ut cum peregrino, æternam esse auctoritatem eædem tabulæ decemvirales noluerunt. Quid igitur, & quousque eam manere in cive statuerunt? In rebus soli ad biennium, in mobilibus ad annum. Inde illa legis interpretanda sunt; *Usus, auctoritas fundi biennium esto.* Nempe non ultra biennium patere locum auctoritati, sive actioni pro evictione, atque adeo evictioni ipsi. Notandum, quod jam ante monuimus, auctoritatem tantum habuisse locum in eo qui rem alienam vendidisset, cujus dominus non erat. Nam qui dominus erat, auctoritate non tenebatur. Qui bona fide ab eo, qui dominus non esset, aliquid emerat, dum crederet eum dominum esse, *is eam rem, si mobilis erat, anno ubique uno; si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucapiebat, ne rerum dominia in incerto essent*, ut habetur lib. II Inst. de Usucapionibus. Hic proinde sensus legis suprascriptæ, *usum auctoritatem fundi biennium esse.* Dum in incerto est dominium rei penes emptorem qui rem alienam accepit, propter evictionem, usum tantum in ea habet. In suspenso itaque proprietas est, donec biennium elapsum sit in re soli, vel annus in re mobili. Ab eo tempore emenso usucapere eam incipit, & propriam possidere. Hæc usucapio dicebatur. Intra illud temporis spatium, quod statutum est usucapioni, usum tantum habet rei, sed & auctoritatem etiam, sive actionem adversus venditorem malæ fidei, qui auctoritati obligatus est.

ob evictionem. Certum quippe est, eum, qui rem alienam per venditionē alicui tradit, usum quidem, quam in re habet, ad emptorem transmittere, qui bona fide eam accipit, quia dominium credit, dominium tamē non transmittere quod nō habet. Theophilus: Τὸ μὲν ἀκόλουθον ἦν τὸν πωλοῦντα, ὃ οὐκ ἔχει δοῦναι, μηδὲ δοῦναι μηδὲ τὴν ἐπιλαμβανομένην μεταδιδόναι τοῦτο· ἡ διανόησις δὲ λέγει, ὅτι ἂν δόλωσις, καὶ ἐξ ἐλαφρᾶς αἰτίας τὸ πρᾶγμα εἰς ἐμπλοκὴν ἔρχεται· ἐπὶ ἐμοῦ γὰρ οὐκ ἔστι πωλοῦντος ἢ ἀγοράζοντος. Possessionem, inquit, tantum transfert, sive detentionem, non dominium, sive proprietatem. Per possessionem, hoc est, πωλοῦ, utendi jus intelligit, quod *usus* nomine ipsa lex XII. nuncupavit. Et usus ille fundi per biennium continuatus, sive rei mobilis per annum, causam dat usucapioni, quæ ipsam quoque transfert proprietatem. Post quam acquisitam neque amplius locus est auctoritati. Tandiu igiter illa durat, quamdiu & usus. Idcirco in lege dicitur: *Usus, auctoritas fundi biennium esto.* Cujus mentem nemo hactenus fuit assequutus. Auctoritas enim cessat, ubi actio inanis est, quæ emptori datur adversus eum qui rem alienam tradidit. Actio porro ipsa cessat quando evinci res amplius nequit. Venuleius, leg. ult. D. de Evictionibus: *Si alienam rem mihi tradideris, & eamdem pro derelicto habuero, amisti auctoritatem, id est, actionem pro evictione. placet.* At in verbis Ciceronis supra allatis *auctoritas*, qua possideri jure auctoritatis domus dicuntur, aliud significat, ipsam nempe emptionem, quæ non mancupio facta est, ut *instrumentum emptionis*, & *instrumentum auctoritatis*, apud Scævolam, idem est. Certe & totam emptionem præstare debet, qui auctoritatem præstat, quique actione pro evictione tenetur. Eam autem ut jam supernum dictum est, præstare debet, qui pro domino vendidit rem cujus dominus non esset, cui non erant obnoxii, neque dominus, neque qui mancipio dederat rem mancipii.

mancipii. Non omnes enim res eo modo dabantur, sed tantum res quæ dictæ mancipii, quas aliter alienari non licebat nisi cum illa sollemnitate ac verborum formula quam supra exposuimus. Boëthius ad illum Topicorum locum quem ante retulimus: *Quæcunque igitur res lege XII. Tabularum aliter nisi per hanc sollemnitatem abalienari non poterant, erant mancipii: cetera res nec mancipii vocabantur.* Sic verba hæc corrigenda sunt, quæ valde corrupta extant in editis. Ulpianus in Regulis certum earum rerum numerum, quæ mancipii dicerentur, ita videtur definisse, ut inde colligi possit, sic proprie vocatas, quæ in cujusque maxime potestate essent, & quasi manu captæ tenerentur. Nam cum dixisset, servos, & quadrupedes, quæ dorso collove domantur, velut boves, mulos, equos, asinos, esse mancipii, addit ceteras res nec mancipii esse. Deinde statim subjungit, elephantos & camelos, quamvis collo dorsove domentur, nec mancipii esse, quoniam bestiarum numero sint. Ergo animalia maxime cicuria, & domestica, quæque mancipio veluti possidebantur, ea mancipii appellata; quæ feritatis aliquid haberent, etiamsi mansuefactæ essent, inter res nec mancipi repositæ, ut bestiæ. Inde est quod & prædia tantum in Italico solo, tam rustica, quam urbana, hac appellatione & jure rerum mancipii comprehendit; quæ in provinciis sita erant, ab eo numero excluser. Sed nec cum peregrinis mancipatio locum habuit, nisi si quibus esset cum civibus Romanis jus commercii; sed propria fuit civium Romanorum inter se & Latinos Colonarios, Latinosque Junianos. Ut non omnes res igitur mancipio accipi poterāt, ita nec ab omni. Hinc Varro de R. R. lib. II. cap. X. *si, ut debuit, mancipio ab eo accepit à quo jure civili potuit.* Id est, si rem mancipii ab eo, cum quo jus mancipii fuit, & ea sollemnitate qua oportuit, nempe per æs ac libram. Inde

& mancipia pro rebus mobilibus proprie usurpata, quia ea videntur maxime mancipio possideri & quasi manu teneri, quamvis non omnia mobilia inter res mancipii reponerentur. Sic *mancipia* opponuntur prædiis apud Modestinum, leg. III, D. de divers. temp. præscript. Sed & res mobiles, quæ mancipii erant, si quando mancipio darentur, *non nisi præsentes mancipari poterant*, ut ait Ulpianus, *& non plures quam quæ manu capi possent.* Apud eumdem Ulpianum ita scribendum est: *Mancipatio proprie species est alienationis rerum mancipii: eaque fit certis verbis, libripende, & quinque testibus præsentibus.* Mancupationem eam sequebatur traditio, quam *nexus traditionem* vocat Boëthius ad Ciceronis Topica. Paulus quoque cum mancipatione jungit traditionem, quæ est illa traditio nexu Ciceroniana: *Res empta mancipatione & traditione perfecta.* Nam, ubi res empta est ac vendita tanti, ac pretium convenit, potest emptor ex empto vendito venditorem damnare, nisi tradat, ut ait Varro. Simili judicio venditor emptorem damnat si non reddit pretium. Nec enim venditæ res & traditæ ante acquirebantur emptori, quam pretium esset adnumeratum, vel alio modo ei satisfactum. At ea traditio, quam proprie esse alienationem rerum nec mancipi scribit Ulpianus, in Excerptis Regularum, quarum dominia ipsa traditione apprehendi dicit, est nuda & naturalis traditio nulla sollemnitate verborum peragenda, quæ consummatur de manu in manum facili translatione. Doctissimus suæ vir ætatis Turnebus non putat, eam simplicem ac nudam traditionem Ciceronis ætate fuisse usitatam, nec aliter tum censet res nec mancipii mutare dominum solitas quam sola in jure cessione. Sed fallitur. Nam cum traditio nexus in sola mancipatione locum haberet, mancipatio autem non nisi in rebus mancipii, in ceteris rebus nec mancipi alienandis tradi-

traditio illa, per quam res jure naturali acquiruntur, necessaria summe fuit. Quæ non tantum in emptionibus, sed etiam in alia omni alienatione, quocunque titulo & causa fieret, ubi res esset tradenda, usurpata est. Nam traditio modus est naturali jure dominii acquirendi, cum ex aliqua causa, puta venditionis, permutationis, legati, dotis, donationisve, traditur. Ideo addit Ulpianus, *traditione dominium rerum nos adprehendere, si ex justa causa traditæ sunt nobis.* Traditio, qua aliquid donatur ab eo, qui id non est repetiturus, Atticis δόσις dicebatur. Hinc Aristoteli, ut duo præcipui modi, memorantur, quibus res abalienari solent, δόσις καὶ πρᾶσις, donatio & venditio. Varro, lib. IV de L. L. *Dos erit pecunia, si nuptiarum causa data. Hæc Græce δωτίνη. Ita enim Siculi. Ab eodem donum. Nam Græce & hocce δωτίνη, ut alii δόμα, ut Attici δόσις.* Ita scribendus locus ex antiquo codice. Dicit, dotem esse pecuniam quæ nuptiarum causa datur, à Græco δωτίνη. Nam Siculos ita dotem vocare. Ab eadem Græca voce δωτίνη Latinam *donum* deductam. Nam & hocce donum, quod ita Latini vocant, Græce etiam δωτίνην appellari, non ut Siculis, qui pro dote, id est, pro pecunia nuptiarum causa data, id accipiebant. Quod verum esse, Hesychius docebit: Δωτίνην, δωρεὰν, δόσιν. Unde liquet, & δόσιν apud Aristotelem esse donationem, sive dono dationem. Nam *Donatio* Romanis paulo aliter sumitur quam Græcum δόσις, quamvis & Græci δωρεὰν vertant Donationem Jurisconsultis notam. Sed Latinum *dos*, ex Græco δώς, quod & dotem etiam significat. Idem: Δῶτος, δώς, φερνή. Sed & δώς, idem quod δόσις, Hesiodo: Δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ τε κακή. Ubi δώς est quæ Aristoteli δόσις. Idem auctor in problematis, si modo eorum auctor est, τὴν δόσιν ἀπὸ τοῦ δανεισμοῦ distinguit, id est, dono dationem à mutuo, Sect. XXIX. οὐ γὰρ δανείζει τὰν ἢ φίλος, ἀλλὰ δίδωσιν. Certum tamen

est,

est, τὸ δώσω, quod & pro δώσειν, accipitur, ab eodem verbo descendere. Antiquum enim δῶ contractum ex δόω. Ab illo δῶ δώσω, ut δοὺς & φύς, quod etiam contractum ab antiquo φόος, φοῦς. Inde & φόσω. Inde & φώσω apud Hesychium pro φώσουσι. Sic δοὺς & βοῦς βώσω. Quinetiam à φοῦς dixerunt φοῦμαι. Ita igitur δώσω à δώσω, quod idem est ac δῶ, ut à φώσω φώσω. Hinc δώσω pro δώσειν, ut supra notavimus. Sed & pro δώσειν usurpatur. Sic usus ab eodem verbo diversas significationes traxit. In traditione porro quacunque ex causa alienatio fieret, oportebat & dominum esse qui rem traderet, & animum habere alienandi. Hoc secundum ideo se adjicere testatur Theophilus, ut excipiaret τὸ χρῆσιν καὶ τὸ παρακαταθήκην, commodatum & depositum. Nam quamvis in his & dominus sit qui tradit, & res sit corporalis quæ traditur, quia tamen tradit eo animo ut paulo post recipiat, idcirco rem eam traditione non alienari. Ἀλλὰ παραδίδωσι, inquit, ἀπὸ ἄλλου ἐπὶ ἄλλον μεταβιβάζων τὴν οὐσίαν. Annon æque hoc dici posset & in mutuo, quod χρῆσιν nomine Græci etiam appellant? Non tamen Theophilus. Propterea de mutuo id non addidit, quia res non eadem recipitur, sed alia. Ergo alienatum videtur quod mutuo datum est. Verum non ita est. Inter modos rerum acquirendarum, qui iidem sunt & alienandarum, nemo unquam reposuit, ut jam dixi, mutuationem. Sex enumerat Ulpianus: *Mancipationem, traditionem, usucapionem, jure cessionem, adjudicationem, legem.* Nullo horum potest intelligi aut comprehendi mutuum. Si sub ullo horum modorum posset genere involvi, aliqua traditionis specie contineretur. Atqui nulla omnino potest. Nec enim donatio est, non permutatio, non venditio, non aliquid tale cujus dominium per traditionem apprehenditur. Vendi usum in mutuo, aliquis possit dicere. Non tamen alienatur. Nam ut simul

mul cum re traditur, ita etiam cum re repetitur. Præterea si usus venditio est in mutuo, æque erit & in locato. Postremo, cum usus sit res incorporalis, non potest traditionem recipere, nec in ullam causam cadere, quæ traditioni subsit. Hæc enim propria tantum rerum corporalium. Varro lib. 11. de R. R. cap. xi, sex fere res dominum legitimum perficere dicit: *hæreditatis justa additionem, mancipationem, in jure cessionem, usucapionem, è præda sub corona emptionem, & ab auctione publica, cum bona cujuspiam sectione venerunt.* Jam diximus, quod proprium cuique ut fit datur, id alienari, non quod datur utendum. Hinc opponuntur apud Plautum, in Trinummo, Act. v, scen. 1:

Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium sumpserit. (quando velis.
Quod datum est utendum, id reponendi copia est

Ita mutuum idem opponit proprio, quia mutuum est quod utendum datur. Act. IV, scen. penult.

Si quis mutuum quid dederit, sit pro proprio perditum:
Cum repetas, inimicii amicum beneficio invenis tuo.

Ex quibus proprium manere mutuum ei qui dedit, prorsus liquet, cui pro proprio perditum sit si non reddatur cum repetitur. Sed quid respondebitur jam nostri auctoribus, qui in mutuo rem fieri debere accipientis tradunt, nec aliter constare mutuum, & ea re distare à commodato & locato, in quibus similiter res utendæ dantur, sed non fiunt accipientis? Mutuum consistit in his rebus, quarum usus non potest usurpari absque ipsius rei consumptione. Cum igitur res ipsa ab usu non queat separari, nec usus à re, quia utendo res deperit, necesse est, cui usus rei datur, eidem etiam rem ipsam absumendam dari, alioquin nullus ejus esset usus. Sic res fit accipientis, ut & usus in ejus sit potestate. Non ea tamen mens est mutuum

tuum dantis, ut rei suæ proprietatem amittat, & eam alienet, cujus usum tantum concedere vult. Par enim, ut repetat, & quando velit. Sic enim olim mutua dabantur pecunia. Quoniam vero reddi non potest eadem species, utpote usu consumpta, redditur idem genere. Nec licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere, veluti novum vinum pro vetere, ut expresse habetur leg. 111. D. de rebus creditis. Nec opus est, ut caveat, qui dat mutuum, æque bonum sibi reddi. Hoc per se postulat jus mutui ut æque bonum reddatur. Hæc itaque suffectio, quam in genere recipiunt res in quibus consistit mutui datio per solutionem, non solum in eadem quantitate, sed etiam qualitate & bonitate, ne proprietas amissa domino aut alienata videri possit, plane efficit. Quippe cum idem ferme restituatur, hoc est, ex eodem genere, quantitate, & qualitate, omnino par substantia. Ubi enim in locum consumpti subrogatur aliud eo modo quo diximus, vix potest aliud videri. Quid refert, ubi centum aureos à te accepero mutuos, si eos ipsos reddam, an alios totidem ejusdem notæ ac ponderis? Si modium tritici mihi dederis, utrum hoc ipsum reddam triticum, an aliud æque bonum eadem mensura? Pone, teneri me illos ipsos nummos reddere, ut in locato solent res ipsæ restitui, facile possem, si vellem, tibi imponere, & alios reddendo affirmare eosdem esse. Quod non æque licet in rebus quæ commodantur aut locantur, quæque extra eas res sunt, quæ pondere, numero, mensura continentur. Nam equum si velim alium reddere, non potero ita similem, ut formæ errore decipiaris, & tuum possis putare. Sic neque ædes, neque aliud ex his quæ locantur aut commodantur, utidem reddatur. Ideo in his omnibus aliud pro alio invito creditori solvi non potest. Huc adde, quod in ejusmodi rebus neque paritas bonitatis ita ex amussim respondere potest, ut

ut in illis, quæ pondere, numero, & mensura constant. Meliorem reddendo gravaretur debitor, deteriorem recipiendo creditor. Æque bonam difficile esset repetire, ut omnia constarent. In mutuaticiis contra. Atque hæ quidem quodammodo fiunt accipientis, & non fiunt. Fiunt accipientis propter usum, qui non potest aliter procedere. Non fiunt accipientis, quia redire ad dominum debent quandocunque ea repetet, in eadem natura & qualitate qua data sunt, ex eodem genere. Sed quod fiant accipientis, non id eo valet, ut non liceat aliquid pro usu earum pacisci, qui non alia daretur conditione. Usus enim est proprie qui datur. Sed quia sine re nullus est, ideo & res ad dominum cum usu reversura simul atque appellaverit. Non alienari proprietatem in mutuo, usura, quasi merces quæ pro usu ejus domino solvitur ab eo qui mutuum accepit, satis indicat. Nemo enim mercedem pendit pro usu rei suæ. Qui pensionem præstat pro usu ædium, eo ipso satis ostendit ædes ad eum pertinere cui eam mercedem pensitat. Idem est & in mutuo. Quod quidam afferunt de usufructu rerum quæ usu pereunt, qui senatusconsulto inductus est, longe aliud est. Ususfructus earum rerum est proprie quæ non tolluntur nec consumuntur usu, quorum proprietas penes dominum, qui usumfructum dedit, manere debet. Nam, ut Jurisconsulti definiunt, *ususfructus est jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia.* Non igitur naturaliter datur ususfructus earum rerū quæ usu delentur. Cum enim ususfructus ad dominum proprietatis redire debeat post mortem fructuarii, in iis rebus, quæ usu tolluntur, vel minuuntur, non solum ususfructus ad dominum non posset redire, sed etiam ipsi periret proprietas, usu consumpta & sublata. Mutuum contra earum proprie rerum est quæ usu consumuntur, non aliarum. Ideo & mutuum dicitur, quia mutata res, hoc est, specie

cie diversa, restitui debet. Hinc μοῖραν Siculis, quod est idem cum ἀμοιβὴν, appellatur, ut supra dictum est. In eo non de meo fieri tuum, usura, ut dixi, quæ pro usu ejus solvitur, argumento est. Senatus cum censuit omnium rerum, quæ in cujusque patrimonio sunt, usumfructum legari posse, hoc decreto induxit etiam usumfructum earum rerum quæ usu depereunt. At nullo senatusconsulto opus fuit, ut pecunia mutua daretur utenda, aut alia quælibet res quæ usu tollitur, quia hæc natura mutui est. Qui usumfructum alicujus rei legat, quæ usu consumi potest, proprietatem ejus legare intelligitur, quia non potest fructus ex ea percipi sine substantiæ ejus abolitione. Ad instar igitur mutui constituendus fuit ususfructus earum rerum quarum substantia utendo perit. Pecuniæ itaque usufructu legato, ita datur legatario, ut ejus fiat, & legatarius satisdet hæredi de tanta pecunia restituenda, si moriatur, aut capite minuatur. Idem fit in mutuo. In usufructu vero & naturali proprietas nunquam domino abscedit. In fictitio & quem ad instar mutui constituit senatus, ne ea quoque abscedat, provisum est senatusconsulto. Et hac in re hic *quasi ususfructus* imitatur rerum usumfructum. Nec in mutuo igitur amittitur proprietas, quæ redit ad dominum, qui non alia conditione rem suam dedit quam ut sibi redderetur. Locavit, non donavit, nec alienavit rem suam, pro cujus usu & mercedem stipulatus est, donec proprietas sibi reddatur, quæ in usufructu rerum usu deperditarum post mortem fructuarii simul cum jure utendi fruendi etiam restituitur. Hæc etiam differentia ususfructus rerum usu consumptilium à mutuo, quia legatos hujusmodi ususfructus non finitur nisi morte fructuarii. At mutuum, si nulla dies præstituta sit, repetitur ex voluntate creditoris; si sit præfinitum restitutioni tempus, statim tempore exacto redditur, aut usura pro mora solutionis

uis præstatur, quæ argumentum est proprietatis, si mentem ejus ac propositum spectes, à domino retentæ. Sic minus etiam alienatur rei proprietas in mutuo quam in usufructu qualem in rebus quæ usu tolluntur introduxit senatus. Hæc pluribus dicta sint, ut magis diluceant. Quartam rationem addunt quidam Canonistæ, quamobrem nefas sit aliquid ultra sortem exigere, quæ Molinæo ceteris probabilior visa est. Quando, inquiunt, pecunia statim est periculo accipientis, non par videtur, eum præterea gravari, & fructum ejus alii præbere ad quem periculum non pertinet. Mihi longe abest, probabilem videri, qui potius eam risu explodendam existimem. Si aliter quippe fieret, nihil esset injustius. Cur enim res ea, quam fieri accipientis necesse est, ut usum ejus habere queat, non esset periculo illius qui eam accepit, & cujus propria facta est quamdiu ea utetur? Qui mutuo aliquid accepit, potest eo tanquam re sua uti, abuti, profundere, perdere, atque in mare, si velit, projicere. Non amplius est domini qui dedit, sed ejus qui utitur, quique adeo non potest uti nisi absumat. Ideo nec potest id dominus vindicare. Periculo igitur ejus esse æquum est qui jam illud veluti proprium possidet, non illius è cujus dominio & potestate exiit, cuique non eadem res sed alia debet reddi? An debet esse periculo creditoris id quod dat perdendum & consumendum arbitrio debitoris, dummodo aliud in ejus locum substituat quod sibi reddat? Si periculum rei mutuaticæ respiceret creditorem, ut rem eamdem recipere non posset, ita nec aliam unquam reciperet. Nec enim dolum præstaret debitor, nec culpam, nec etiam diligentiam. Hæc in rebus alienis præstantur, quæ apud aliquem depositæ sunt, aut commodatæ, aut locatæ. At in re sua nemo hæc præstat, quia nemini hæc præstare debet quam sibi. Suo sibi damno aut lucro unusquisque negligens est aut dili-

diligens. Nemo contra se dolosus est. Culpam suam, qui admittit, ipse sentit; nec enim in alium recidit. Si aliquod ipsi damnum fatale contigit, ut vel ruina, vel incendio, vel vi latronum, vel quocunque alio casu rem suam amittat, sibi imputet, non ei ad quem res non amplius pertinet, sed pro qua, quodcunque sit eventurum, aliam ex pactione restituere obligatus est. Res locata aut commodata non ad hoc datur ut consumatur usu, sed ut eadem ipsa reddatur. Ideo domini manet, qui & potest eam statim vindicare, si videat, eum periculo aliquo esse apud commodatarium aut locatarium. Sed & qui commodatum accepit, & culpam & diligentiam præstare debet. Immo & omne periculum, si forte res æstimata data sit, & æstimationem ejus se præstaturum recepit, ut habet in leg. v. D. Commodato. Quanto magis in mutuo hoc obtinere debet; ubi res mutuaticia sua fit accipienti? Sed dicet aliquis; Nihil hæc omnia obstant, quin videatur iniquum, eumdem rei quam mutuo accepit periculum præstare, & tamen pro usu ejus aliquid solvere. Sic enim plus vice simplici gravari. De periculo jam diximus, non aliter posse fieri, quam ut periculum quis præstet rei jam suæ. Si sua est, inquient, cur pro re sua aliquid solvit? Jam responsum est, non pro re sua solvere, sed de solvendo convenisse, ut res fieret sua, id est, ut posset uti tanquam sua, atque etiam abuti. Præterea in rebus mutuo datis culpa est debitoris si aliquod periculum incurrat. Potest eas statim consumere, potest expendere, potest denique, si pecunia sit, in agris emendis aut ædibus collocare, aut in alios usus convertere. Nemo enim mutuum sumit, quin præsenti necessitate adductus sumere id cogatur, quin statim destinet cui usui sibi futura sit res mutuo accepta. Non, ut diu servet ac reponat, eam accipit. Nec enim, eam ipsam ut reddat, accipit, sed ut aliam. In commodato & locato

cato aliud est. Res servandæ accipiuntur ut ipsæ restituantur. Non fiunt accipientis; ea gratia nec periculo debent esse ejus qui non factus est earum dominus, sed ejus qui dominus earum mansit. Culpam tamen & diligentiam præstare debet. Additur & quinta ratio contra mutuum usurarium; quæ reipublicæ utilitatem spectare videtur. Fœnerationem enim ajunt ideirco non admittendam, quia facit, ut homines huic studio addicti minus curent agriculturam, mercaturam, & alias artes bonas publicoque necessarias. Ut omnes homines in Republica non possunt nec debent esse agricolæ, nec omnes mercatores, nec omnes artifices, ita concedendum est, & aliquos ex his esse fœneratores. Quemadmodum agriculturam non impedit mercatura, nec mercaturam artium professio, ita nec omnia illa fœneratio poterit impedire. Immo si quis recte calculum ponat, invenietur omnibus supradictis vel adprime necessaria. Ut enim agricultura sine mercatura vix potest subsistere; habere quippe debent agricolæ quibus in urbe sua vendant, & à quibus vicissim emant sibi necessaria: ita nec mercatura sine fœneratione stare. Nam quibus ad manum pecunia non est, qua merces aut exportandas, aut importandas emant, eo tempore, quo maximum ex his lucrum captari potest, nisi fœnerator in proximo sit, à quo adjuventur, occasiones luculenti compendii sui plerumque amittere cogentur. Sciunt me verum dicere, qui negotiantur. Sed & in sequentibus hoc clarius & accuratius probabitur. Quinimmo & ipsis interdum agricolis, & artificibus, omnique adeo hominum generi fœneratores utiles deprehendentur, si intra modum suum exercere quæstum adigantur, & fræna, ex lege, eorum cupiditati injiciantur. Sic enim prohibebuntur exhaurire cæterorum omnium facultates; quod pro valido argumento quintæ illi rationi stabiliendæ subjicitur. Mer-

cato-

catores si monopolia exercere finantur, æque & amplius reipublicæ exitiales ausim asserere quam fœneratores nulla lege cohercitos. Sed & qui res emunt ut carius vendant, non minus publico bono nocere judico, quam qui licenter, ut lubet, fœnerantur. Quod dicunt, agriculturæ studium ex fœnerandi negotiatione remissius curari, quia multi illiciantur pinguiore & pratiore lucro ex fœnore, an aliquid hoc sit, nescio. Desertos agros qui colendo essent idonei præ copia fœnerantium, nusquam memini legere. etiam in his locis ubi passim fœneratio permissa. Querelæ veterum auctorum nullæ super eo occurrunt, non Græcorum, non Romanorum. Neque nunc tales audiuntur. Immo fœneratores ubi multi sunt, ipsi sibi invicem incommodant, non agricolis aut aliis artificibus. Ut enim ubi plures ejusdem mercis propolæ reperiuntur, quæstus eorum minor fit, qui esset uberior si pauciores forent, ita multitudo fœneratorum viliorem reddit hanc negotiationem, & capturæ sterilliorem. Nam inter multos aliquem semper invenire est qui levioribus usuris paratus sit pecuniam locare, ut plures ad se accurrant mutuaturi. Hoc in omnibus usu venit artibus & professionibus quæ sunt quæstuariæ. Copia opificum ejusdem artis, singulorum artem minus quæstuosam magisque inopem reddit. De fœneratoribus exemplum obvium est. Cum in singulis Hollandiæ urbibus singuli sint fœneratores, quos vocant vulgo Lombardos, si decem essent, non plus ex privatorum facultatibus haurirent quam unus facit. Unus quippe omnibus sufficit qui pecuniam quæ opus habent sub pignoribus & cum usuris ingentibus coguntur sumere. Si plures forent, inter omnes hic quæstus dividereur, qui unius est. Immo & ex pluribus aliqui existerent leviores usuras exigere contenti, quo magis multis fœnerarentur. Ita numerus eorum non magis noceret reipublicæ quam unus, & privatis magis

magis prodesset. Hoc amplius, cum pecunia rarior est, eo usuras graviores capi jus fasque est. Tum plures verisimile est hoc genus quæstus sectari, quo majus ex eo compendium speratur. Sed tunc propter rei nummariæ angustias minus multi sunt qui hanc nundinationem capessere possint. Quis eo in tempore ex agricola posset evadere fœnerator? Solorum divitum & bene nummatorum hæc tunc ars est, aut eorum qui ex antiquo id semper professi sunt. E contrario cum pecuniæ vilitas est ex abundantia, levissimas esse usuras contingit. Ibi maxime friget fœnerandi studium. Quæ res ut incendit pretia agrorum, ita multitudinem agricolarum excitat. Divites omnes certatim ad agros mercandos pecuniam suam transferunt, ob leve ex fœnore lucrum, & impensius ex agrorum reditu. Ex his perspicue intelligitur, quam falsum sit quod objectatur, ab terræ colendæ cura homines averti, quos ad se rapit fœnoris studium. Sed & videndum, quinam sint illi agricolæ, quos ab opere suo abducit fœnoris illecebra. Si θῆτας intelligimus ipsos, hoc est, mercenarios, colonos, vel glebæ addictos, hi non sibi sed dominis arant. Non de his metuendum ne ad fœnus exercendum relicto agro transvolent. Nec tantum illis animorum aut opum, quibus satis est, si alliato suas fungi fortunas sinantur, ut ait Comicus. Si qui alii sunt qui rure vivant in avito fundo, quem proprium colant, nec istis tam difertis esse licet, ut ad fœnus publice profitendum adspirent, & mensam argentariam exerceant. Proverbium est, auletas fieri qui citharœdi esse non possunt. Præterea certum est, qui se fœnore divitis augendis dediderant, sublata fœnerandi licentia quidvis potius facturos, quam aratores & rusticos futuros. Mercaturæ potius instarent, aut alii cuilibet professioni incumberent. Si per agricolas accipimus locupletes, qui latifundia possident, & colenda aliis locant, quique

omnes suas fortunas in agris & prædiis rusticis habent collocatas, nemo non potest qui dives sit & bene nummatus, esse agricola, nec fœnus tales à proposito avocat. Possunt quippe, si velint, & in fœnore pecuniam habere, si ea abundent: & agriculturam non negligere, quæ ipsis nummorum vim suppeditat ultro, quos etiam fœnore, si in rem videatur, occupent. Utrumque enim prisci illi Romani lautiores faciebant; nec alterum alteri officiebat, quandoquidem & mutuas operas hæ duæ sibi res invicem præstant. Fœnus dat pecuniam quam ad agros coemendos convertas: agrorum reditus etiam nummos subministrant quos fœnore colloces. Sic altera alteriùs poscit opem res, & prout videtur ex temporum ratione consentaneum, atque ut est inopia aut copia rei nummariæ, ita aut fœnerationem consectantur, aut agricolationem, si plus hanc quam illam sibi redituram prospiciunt. Immo & utrumque simul sæpius factitabant. Unde illud poetæ Satyrici: *Dives agris, dives positis in fœnore nummis.* Quam multæ provinciæ sunt, ubi agri aut nulli sunt, aut steriles, quæ tamen loca populis differta sunt, ob maris aut fluminum navigabilium, quibus adjacent, opportunitatem? In illis regionibus cum artes aut mercaturas præcipue vigere necesse sit, nec fœnerationem abesse oportet, sine qua vix mercatura se potest tueri. Atque hæc hactenus.

CAP. IX.

Sexta & ultima objectio refutata, qua fœnus non esse naturale pertenditur. Quot modis non naturale possit dici. Civilia quomodo opponantur naturalibus in jure. Aliquando & eadem esse, & obligationes dari utriusque juris participes, naturalis & civilis. Quædam originem habere à jure naturali, formam à civili. De matrimonio & patria potestate. Inter obligationes, quæ jure gentium introductæ, maxime naturales haberi quæ re contrahuntur. In hoc mutuum præcipue numerari. Pacta etiam juris esse naturalis, id est, juris gentium, quibus mutuum contrahitur. Omnes pene contractus à jure gentium ortos. Genera contractuum à jure gentium introductorum. De quo genere mutui intelligendum sit, quod inter contractus juris gentium reponitur. Etiam de usurariis vel fœnebri debere intelligi. Aristoteles explicatus. An usuræ non exigantur nisi ex obligatione civili, hoc est, ex stipulatione. Apud Græcos semper ex solo pacto deberi. De Syngrapha iterum quædam notata. Apud Romanos etiam ex pacto aliquando exactas. Stipulationes à jure civili introductas, ut firmarent pacta, id est, obligationes naturales. Interpositas eas non solum in usuris paciscendis sed etiam in ipso gratuito mutuo. Solutiones vere factas ac per numerationem pecuniæ etiam acceptilatione firmari solitas, quæ erat stipulatio. Naturalis obligatio non abolita per civilem. Mutuum cum usuris non minus esse inter contractus naturales numerandum quam mutuum cum usuris. Nec enim locationem minus habere locum inter obligationes naturales, quam commodationem. Nummum in mutuo rationem differentiæ non facere, quasi ad hoc non sit inventus. Mutuum non tantum esse pecuniæ numeratæ, sed etiam omnium rerum quæ pondere, numero, ac mensura constant. Si nummus tantum inventus, ut vicem rerum sit in venditione & emptione, præter usum ejus naturalem etiam nummi mutuum gratuitum futurum. De usu plurimarum rerum, naturali, & non naturali. De naturali omnium inventionum progressu. Virgilius explicatus contra Scaligeri sententiam, qui versum ejus perperam emendabat.

Naturale esse homini, edere & bibere, non tantum ea quæ natura sponte ipsi subministravit, sed etiam quæ ipse sua industria commentus est. Vt venditio & emptio successit rerum permutationi, ita mutuationem nummi signati successisse mutuationi æris, argenti & auri rudis. An contraria juri naturali. De jure naturali per occasionem disputatum quo usque pateat. An idem cum jure gentium. Definitio ejus ex Iurisconsultis. Nimis laxam eam videri, quæ animalia etiam bruta comprehendit. Vbi ratio non est, ibi jus non esse. Inter quos nulla societas, non potest esse idem jus. Animal ut non est injuriæ capax, ita nec juris. Ius gentium esse jus naturale, hominum tantum inter se commune. Confundi utrumque à Iurisconsultis. Vim esse naturæ, non jus, quæ animantes ratione carentes multa habent communia cum homine. Quæ differentia sit inter conjunctionem maris & fœminæ bestiarum, & hominum matrimonium. Τὸ λογικὸν in homine juris naturalis fundamentum. Iuvenalis locus expositus de jure gentium sive naturali. Locus Epicharmi, qui λόγον ἀνθρώπινον & λόγον θεῖον discernit. Quid differant λόγος ἐνδιάθετος & προφορικός. Cujacius reprehensus. Ius naturale quomodo à gentium jure distinguant Iurisconsulti, & quare. De servitute. De bellis à jure gentium introductis. Quo sensu id dictum sit, multis edissertatum. Bella, quibus injuria & vis propulsatur, justa esse, & maxime naturalia. De his intelligere Iurisconsultos, non de his quæ inferuntur ad alienum rapiendum. Cessantibus bellorum causis nulla esse bella. Ideo cum omnia essent communia, non videri Iurisconsultis bella tum fuisse. In eo illos errare. Quomodo bellum servos faciat. Ad eam rem pertinentia multa. Ius gentium Ciceroni non de omnibus gentibus, sed unius tantum gentis. Duplex jus naturale, primum, &

& secundum. Vtroque solos homines comprehendi. Rudis hominis primum esse, perfecti secundum, quod & jus gentium. Alia plura. Servitutem aliquam esse voluntariam & naturalem. De ambactis & clientibus Gallorum apud Cæsarem. Alia.

NUnc restat ultimæ objectionis telum retundendum, vel potius refringendum, qua dicitur, fœnus non esse naturale. Duplici, vel etiam triplici modo potest non naturale dici. Aut enim eo sensu id negabitur esse, quo naturalia à civilibus passim in jure distinguuntur: aut quod præter naturam sit, utpote nummo perficiendum, qui non ad hoc naturaliter inventus: aut denique quasi contra naturam videatur institutum, hoc est, contra jus naturale, veluti societati humanæ inimicum. Hæc discutienda sunt, & videndum, utrum his omnibus modis non esse naturale fœnus statuere debeamus, an contra omnibus naturale, an aliquo tantum. Posset quippe uno ex his modo non naturale videri, cum tamen alio esset naturale, & contra. Nam & præter naturam posset videri esse, cum tamen contra naturam, id est, contra jus naturale non esset. Ceterum, uti civilia opponuntur naturalibus, non propterea sequitur, quod ex civili jure descendit, contra jus naturale facere. Nam jus civile in multis naturam sequitur, ejusque rationi se accommodat, eamque confirmat. Sunt quippe obligationes naturales, sunt civiles, sunt & mixtæ, quæ, cum æquitate naturali subnixæ sint, à jure civili comprobantur. Etenim, ut ait Cicero, lib. III de Officiis: *Quod civile jus, non idem continuo gentium: quod autem gentium, idem civile esse debet.* At jus gentium Jurisconsulti etiam naturale vocant. Alia etiam sunt quæ cum ex naturali jure originem habeant, certam ex jure quoque civili formam induerunt, qua in civilem ra-

tionem transmutantur, pro naturali, qua sola censebatur. Exemplo sit matrimonium, quod esse juris naturalis, inter prudentes convenit. Cum varii ejus contrahendi ac celebrandi modi qui apud Romanos fuerint usitati, civili eorum juri accepti ferri debent per confarreationem, coëmptionem & usum. Patria potestas & naturali jure pariter & civili nititur, atque utriusque est particeps. Nonnulla alia allegari possunt, quæ ita à civili jure fuere instituta, ut contraria naturali minime habeantur, quamvis aliquid amplius à civili constitutione acceperint. Et recte Ulpianus jus civile definit, *quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei servit.* Addendo & detrahendo juri communi & naturali, jus civile effici dicit leg. v. D. de justicia & jure. Quod ad contractus autem & obligationes attinet, quæ ex jure naturali ortum duxere, hoc est, ex jure gentium, eas maxime in hunc censum deferri decet, quæ re contrahi dicuntur. Inter obligationes vero, quæ re contrahuntur, mutuum in primis numeratur. Theophilus obligationem, quæ re contrahitur, fieri διὰ φάσεως dicit, ἐπὶ δρυὶ μάτων, καὶ ἐπὶ χρείας τῆς χρῆσθαι μεταδόντος, ᾧ ἐστι ταὐτὸν τῷ δάνειον. De facto contrahitur, hoc est, numeratione, & de manu in manum translatione. Quod & σαγηνευτικῶς fieri dixere. Ea re maxime naturalis videri debet hæc obligatio. Nam quæ naturaliter fiunt, in jure passim facti esse dicuntur, & quod revera fit, id fieri naturaliter censendum. In his, quæ hoc modo fiunt, mutuum est. Sed &, cum sic datur ut reddatur, pactio intervenit. Nihil autem naturalius est, quam ut pacta serventur. Quin & naturaliter obligari qui pacto obligantur, Jurisconsultis placet. Iidem & *mutuum* cum aliis multis contractuum generibus à jure gentium, quod idem esse cum naturali infra adstruemus, originem cepisse affirmant. Hermogenianus leg. v. D. de justicia & jure:

Ex

Ex hoc jure gentium introducta bella, discreta gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes institutæ, exceptis quibusdam quæ à jure civili introducta sunt. Per obligationes planum est intelligi contractus; inter quos ii maxime naturales qui re, & de facto contrahuntur, quale est mutuum. Quod inter eas obligationes reponere non licet quas à jure civili introductas ibi asserit. Quinimmo diserte verbis in Institutionibus mutuum refertur inter eos contractus qui originem debent juri naturali sive gentium, lib. 3. cap. 15. *Et ex hoc jure gentium omnes pene contractus introducti sunt, ut emptio & venditio, locatio & conductio, societas, depositum, & mutuum.* Theophilus inter exempla juris gentium quod idem cum naturali facit, recenset, τὸ χρῆσθαι συναλλάγματα, ὠνάς, ἐκμισθώσεις, μισθώσεις, ἐκπιστώσεις, παραθήκας, κοινωνίας, δάνεια, τὸ χρῆσθαι ἀγορᾶς, καὶ ἀλλάκτας συνηθείας. Alio loco paulo post, ubi verba ex Institutis superius allata Græce vertit, *mutuum*, τὸ δάνειον μὲν, reddit: μισθώσεις, ἐκμισθώσεις, κοινωνίας, παραθήκας, δάνειον μὲν. Quale hic mutuum accipiendum, aut *dáneion*? Protinus occurrent, de solo gratuito debere intelligi. Non ita ego sentio. Pluribus ante probavimus, & *mutuum* Latinis, ut Græcis *dáneion*, pro mutuo fœnebri, id est, fœnore, cujus usus erat frequentior, vulgo usurpatum. Glossæ veteres optimæ: *Fœnus, dáneion, τόκος.* Diphilus Comicus:

Εἰς δὶς ἐπὶ τῷ μετὰ χειρόνων καὶ δάνεια.
Λαβὼν τὰ κοῦφα, καὶ δάνει' ἐργάζεται.

Aristoteles in Problematis, si modo eorum auctor est, sectione XXIX. *dáneion* plane pro mutuo usurario posuit, ubi quærit, cur turpius & gravius habeatur, intervertere depositum, quam *dáneion*, id est, creditum. Quo nomine *dáneion* accipere eum pro mutuo usura-

rio, & δανείζειν pro pecuniam sub usuris credere, ex rationibus, quas subjunxit, plane liquet. Ὁ μὲν δή, inquit, ἴδιόν τι φίλῳ ἐπιτρέψας ἀπέχεται. Qui rem apud aliquem deposuit, tanquam amico credidit & commisit. At qui depositum negat, tanquam inimicum fraudat. Sequitur: ὁ δὲ δανείζων, οὐχ ὡς φίλῳ δίδωσι. *Qui mutuo dat, non tanquam amicus dedit.* Quod idem est ac si dixisset, *qui fœnore dat.* Nam qui pecuniam gratuitam mutuo daret, tanquam amicum daturum, nullum est dubium. Immo & magis amicum habet qui pecuniam gratuitam ei credit, quam qui depositum commendat. Quæ sequuntur, id etiam magis arguunt: ἐπὶ μὲν γὰρ τὰ δάνεια, φύλακάς τε καὶ μάρτυρας ζητοῦσι· τῇ δὲ παρακαταθήκῃ. Quæ in deposito dantur, custodienda traduntur, atque ut reddantur. Quæ in mutuo dantur, cōmodum danti spectant. Ideo, inquit, minor indignatio subit, cum quidpiam amittimus dum quæstum captamus, ut piscatores, qui escam, quam hamis imposuere, perdunt: ὥσπερ οἱ ἁλιεῖς τὸ μὲν δέλεαρ ἀπολλύουσι, τὸν δὲ ἰχθὺν θηρεύουσι. Ergo & δάνειον ibi mutuum, id est, fœnus, & δανείζειν fœnerare. Nec aliter mutuum & δάνειον, quod inter contractus naturales, & juris gentium numeratur, interpretandum. Si aliter jurisconsulti intellexissent, nec de mutuo fœnebri inter naturales obligationes reponendo cogitassent, distinguendum hoc illis fuerat. Quod cum non fecerint, de utroque mutuo sensisse existimandum est. Cum enim duo mutui genera supra dixerimus esse, unum quod in generis sui nomine consistit, & *mutuum* Latine vocatur, & Græce δάνειον, alterum, quod proprie *fœnus*, hoc secundum plerumque etiam *mutui* appellatione generaliori continetur. Certe & Græcis δάνειον τόκος, & absolute etiam δάνειον vocatur. Cum hoc ita sit, causæ non est, ut mutuum gratuitum unum fit de contractibus naturalibus, & fœnebre in earum numero obligationum locum

eum habeat quas jus civile introduxit. Dicent, immo ita fieri debere, & rationem hanc esse, quod usuræ, quæ appellationem dant mutuo usurario sive fœnebri, & sine quibus non constat, minime præstentur nisi ex obligatione civili. Nam jure, quo Romani usi sunt, usuræ non debebantur, nisi in stipulationem essent deductæ. Atqui stipulatio inter obligationes non naturales, jure civili utpote introducta. Verbis enim, non re, nec facto, contrahitur. Ergo nec mutuum usuratium naturale, cujus contrahendi ratio non naturalis sed per stipulationem fit, quæ civilis est juris. Hæc primum ratio apud Græcos & alias gentes, quibus stipulationes ignoratæ, parum valeret. Fœnus enim apud illos ex pactione tantum & per syngrapham contrahitur, ut & mutuum quod non est fœnebre. Ælianus de Indis, qui nec fœnore darent nec acciperent, lib. IV. Variarum: Ἰνδοὶ οὔτε δανείζουσιν, οὔτε ἴσασι δανείζειν, οὐδ' οὕτω τοῦτο συγγραφὰς ἢ ἀποδείξεις ἐπιδέχεται. Diodorus lib. II: τὰς μὲν συγγραφὰς δανειστὰς οὐκέτι λαβεῖν ἔστιν· τὸ δὲ πιστεύειν πολὺν ἔπαινον ἀπενέγκασθαι. Hesychius: συγγραφὰς, οὐκ ἀφέλιμα, χρεωμισθίους. Cautiones etiam exponit, cum supra docuerimus, cautionis vocabulum proprie datum chirographis. Sed nec minus de syngraphis Græcorum id aliquando usurpatum. Cicero pro domo sua: *Aut si tuus scriptor in illo incendio civitatis non syngraphas cum Byzantiis exulibus & cum legatis regiis faceret.* Paulo post eas syngraphas cautiones appellat: *Sed uno tempore cautiones sedebant pecuniarum.* Deinde ne inter Romanos quidem magni ponderis aut pretii est quod allegatur in iis casibus in quibus usuræ ex solo pacto debebantur, quales multos extitisse supra observabamus. Quod enim hic maxime consideratione dignum, nummularii, qui artem fœnerandi ex professo exercebant, sive darent, sive acciperent pecuniam fœnore, citra stipulationem ad usuras præ-

standas aut obligabant, aut obligabantur. In illis autem casibus, in quibus stipulatio erat necessaria ad exigendas usuras, videamus quid stipulatio faceret. Eam proprie ad hoc introductam, supra docuimus ut firmaret pacta, atque inde nominatam. Nam *stipulum* firmum, & *stipulari* firmare, veteri Romanorum sermone. Naturalem igitur obligationem, quæ re contraheretur, ut numeratione & pacto, stipulatio, quæ interveniebat, sive præcederet numerationem, sive sequeretur, firmabat quodammodo & ratam faciebat. Sic mixta quodammodo erat obligatio, partim naturaliter ex facto & numeratione, partim civiliter, hoc est, per stipulationem contracta. Ex posteriore tamen nexu, ut firmiore, hoc est, stipulatione, petebantur usuræ, ubi stipulatio interveniisset. Qua ratione ex naturali fiebat civilis obligatio. Hæ stipulationes non solum in usuris paciscendis locum habuere, sed etiam ipso pecuniæ gratuitæ mutuo. Quod tamen juris esse gentium, Jurisconsulti scribant. Sic solutio, quæ vere facta fuerat, & per pecuniæ numerationem, stipulatione etiam, quæ juris erat civilis, firmabatur per acceptilationem. Acceptilatio enim verbis fiebat, & tollebat verborum obligationem. Jurisconsultus quippe ait, *acceptum ferri non posse, nisi quod verbis colligatum esset*, leg. VIII. D. de acceptilatione. Quod utrumque stipulatione fieri solitum, nemo juris paulo peritior ignorat. Hanc tamen acceptilationem idem Ulpianus ibidem Juris gentium esse pronuntiare non dubitat. Solutio ita facta per numerationem, interveniente acceptilatione, quæ per stipulationem fiebat, non magis est mixta & utriusque juris particeps quam obligatio pecuniæ sub usuris mutuo sumptæ, per numerationem contracta adjuncta stipulatione. Invicem enim hæc sibi respondent, numerationi ad dandum, numeratio ad solvendum: stipulationi ad obligandum, stipulatio ad liberandum, hoc

hoc est, acceptilatio: cautioni denique, qua reddenda pecunia cavebatur, cautio, qua cavebatur reddita, hoc est, apocha chirographo vel syngraphæ. Stipulatio itaque ex jure civili addita pactis naturalibus firmandis, etsi jus immutaret obligationis, ut actio jam nasceretur ex posteriore nexu potius quam ex priore, non tamen penitus abolebat vim naturalis contractus qui re & facto consistebat. Ita enim plerumque usu veniebat, ut in contractu mutui cui stipulatio interdicta fuerat, quod ex stipulatu quia vitiosus erat, peti non poterat, ex numeratione peteretur, hoc est, ex naturali obligatione quam non extinxerat vitium stipulationis. Qua de re in superioribus. Nulla certe ratio potest evincere, ut mutuum sine usuris inter naturales obligationes suum locum tueatur, mutuum cum usuris, sive *fœnus*, ad civiles rejici ac relegari debeat. Hoc si obtineretur, id imputandum foret mercedi quæ exigitur pro usu pecuniæ mutuo datæ. Quæ causa mihi etiam idonea videretur, ut commodationem quidem inter naturales contractus & ex jure gentium introductos computaremus, locationem vero quia mercedem exigit pro rei locatæ usu, extra eum numerum ac censum poneremus. Atqui locationem & conductionem inter eos contractus nominant Jurisconsulti quos jus gentium introduxit, quæ sine mercede non constat. Ergo & mutuum quod in eodem numero recensent, tam de gratuito quam de usurario intelligendum. Cur usura porro, quæ merces est pecuniæ creditæ, atque, ut ita cum veteribus loquar, locatæ, præter naturam magis videri debeat, quam rei cujuslibet quæ similiter utenda detur, mercede constituta, id equidem videre me non posse fateor. Si hujus differentiæ causam in nummum rejiciant qui non inventus sit, ut *esset terminus seu medium acquisitionis*, & proinde non debere esse mercem, sed pretium, sequitur inde, ut, si mutuum usu-

rarium

rarium pecuniæ admittere noluit, cogantur saltem usuras in aliis rebus, quæ pondere, numero, & mensura constant, præter nummum, ut sunt fruges aridæ & humidæ, admittendas confiteri. Quid enim contra possunt hisce? Jurisconsulti *mutuum* cum nominant, non de pecunia tantum intelligunt, sed mutui dationem consistere ajant in his rebus quæ pondere, numero, & mensura continentur, ut est leg. 11, D. de rebus creditis. Institutiones juris clarius id explicant, & expresse addunt, postquam docuerunt, mutui dationem in iis rebus consistere, quæ pondere, numero, ac mensura constant, *veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro.* Theophilus etiam disertius inter illa quæ pondere constant, & mutuo dari possunt, hoc est, δανείζεσθαι, refert χρυσὸν, ἄργυρον, μηλόβοδα, καὶ σίδηρον, καρὸν, πίσσαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. Alia multa possent etiam adjici, ferum, butyrum, caseum, & quæcunque adpendendo in hoc dantur ut accipientium fiant, quæque usu consumuntur. *Mensura*, οἷον ἔλαιον, οἶνος, σῖτος. Fructuum omne genus aridorum & liquidorum huc etiam adgregari debent. *Numero*, οἷον νόμισμα λεγθῆ. Sunt etiam multa quæ adnumeratione mutua dari possunt, ut panes, ova, nuces, poma, aliaque ejusmodi non minus quam minuti nummi. Si hæc omnia mutuo dantur, præter pecuniam, falsque est, naturaliter & pro earum usu exigere accessionem, quæ usuræ vicem sit, ne pecuniæ mutuæ datio similiter naturalis habeatur, sola ratio nummi facit non ad hunc usum inventi & destinati. Bene est. Habemus jam quod voluimus, usuram nimirum in frugibus & quibuscunque aliis rebus, pondere, numero, & mensura consistentibus, licitam ac naturalem, excepta sola pecunia. Contra solam quippe pecuniam militat illa rationis cragula quæ injicitur de nummo, cujus hic usus præter naturam. Pro merce enim non debere exponi, sed pro

pretio

pretio mercium expendi. Hac ratione non usura tantum pro mutuæ pecuniæ usu tollitur, sed etiam ipsa prorsus mutui datio, qua pecunia datur citra usurarum exactionem. Si enim nummus ad hoc tantum inventus, ut vice pretii venditionibus & emptionibus inserviret, ut hic modo usus ejus naturalis habendus si ad alias res, ut ad mutuum dandum, impendetur, præter naturam ejus fuerit. Quod si admittimus, ne frugum quidem, aut aliarum mercium rerumque, naturalis erit permutatio inter se, aut venditio. Quid enim? An ad hoc inventæ fruges, ut vendantur, aut cum alia re permutentur? Immo ut edantur. Solus hic earum naturæ cõsentiens usus, nempe esus. Vinum quoque, ut bibatur, repertum, non ut venum eat, aut permutetur alia merce. Idem de ceteris quæ esui sunt & potui. Nec de his, quæ amictui inventa fuere, aliter judicandum. Vestis tegendo homini primum facta, non ad permutationem aut venditionem ab inventore texta. Aristoteles in Politicis calcei duplicem usum statuit, naturalem proprium que, & non naturalem. Qui utitur calceo ad pedes tegendos, naturalem & οἰκεῖον usum ejus sequitur & capit. Qui alii vendit calceis indigenti, aut pro alia re permutat qua ipse opus habet, cum calceo utatur loco nummi, aut rei ad victum necessariæ, verum hujus usum ac naturæ convenientem pervertit. Οἱ γὰρ ἀπαγῶς ἔσπευσε χρῆσιν. Idque de aliis quibuscunque rebus dici posse affirmat; Τὸν αὐτὸν δ' τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κτημάτων. Secundum hæc nulla permutatio, nulla venditio & emptio, naturalis erit dicenda, sed nec mutui datio ulla, quæ tamen, ut cæteræ obligationes quæ naturales dicuntur, ex jure gentium introductæ censentur, quod idem esse cum naturali, paulo post asseremus. Si omnes hi contractus juris gentium sunt, & illa erunt sine quibus hæc esse non possunt. Venditio autem & emptio, locatio & conductio, sed & mutuatio

pecu-

pecuniæ, sine nummo expediri & exerceri nequeunt. Ergo & nummi inventio ex jure gentium. Certè non ex jure civili. Nam ex consuetudine potius quam ex lege, unde νόμισμα dictum, ut infra adstruemus. Permutatio quidem prior venditione & emptione, non tamen ista minus à jure gentium quam illa. Sic omnes artes è rudibus principiis ad summum venere. Nec proinde initia earum magis naturalia putanda quam finis & perfectio. Per gradus enim ab infimis ad suprema ascenditur. Qui secundum gradum à primo ascendit, non minus naturam ducem sequutus est, quam qui primum cœpit ascendere. Ergo nec qui supremum attigit, rem minus naturæ consentaneam fecisse existimandus est, quam qui infimum inibit, qui primus fuit. Immo facilior à primo ad ultimum progressus, quam à nullo ad primum, & proinde magis naturalis. Qui in viam jam se dedit, etsi parum processit, minore negotio, quod reliquum est, conficit, quam qui cogitat ac deliberat, an dare in viam se debeat, aut inire eam possit. Sic omnia per gradus & numeros inventa, eodem modo quo via carpitur in itinere faciendo. Inde illud poetæ: *Sunt alii quos ipse via sibi repperit usus.* Esse nimirum alios modos quos usus via tibi repperit, hoc est, τῇ ὁδῷ αὐτοῦ. Quæ perperam sollicitavit vir magnus in prolegomenis ad Manilium, & vellet frustra sic legi: *Sunt alia quos ipse vias.* Et putem magis iniquum, qui neget à poeta scriptum sicut vulgo excusum est. Invento nummo nova ratio contrahendi nata est, quæ proprie venditio & emptio appellata, à prisca illa rerum permutatione diversa, non minus tamen naturalis. Nisi quis credat, magis esse naturale homini aquam bibere quam vinum, aut alias factitias potiones, quibus vinum imitari didicerunt apud quos natura vites nasci non patitur. Naturale est homini edere & bibere. Quodcunque vero esui & potui usurpaverit, sive panis

sit, ut postea, sive glans, ut olim, sive aqua ex priore usu, sive vinum ex posteriore inventione, æque naturaliter hæc omnia bibet & comedet. Qui glandes enim esitarunt, βαλανοφάγοι homines, non magis naturaliter edebant quam qui frugibus inventis, panem ex his factum esu consumere cœperunt, etsi minus naturalem quam glandes erant. Hoc enim hominis naturæ consentaneum, multa invenire, ac non tantum sponte natis uti, quæ magis naturalia videntur, sed etiam inventis, & æque quidem naturaliter. Ante nummi signati usum & venditio si forte & emptio in usu non fuit, ita nec mutui datione, nec usurariam rationem in nummis & pecunia numerata usitatam constat. At fuit in auro, argento, ære rudi, & ferro, item in fructibus aridis, liquidis, & quæcunque alia pondere, numero, mensura constant, in quibus constitit mutuum. Post nummum inventum ita nummi aurei, argentei, ærei cœpit esse mutuatio, ut antea aurum, argentum & æs rude mutuo solebant dari. Quarum rerum mutui datio ita naturalis & à jure gentium profecta censeri meretur, ut olim illarum quas mutuo num dari moris erat. Qui argentum & æs rude antiquitus dabat mutuo, ut is, qui accipiebat, ea in rem suam & usum converteret, & in permutationibus, quomodo vellet, usurparet, non aliter dedisse illa putandus est quam qui postea nummos ex ære & argento signatos ad usu simile dedit mutuos, ut in res, quascunq; vellet, emendas eos impenderet. Ut enim venditio & emptio successit permutationi rerum, ita mutuatio æris & argenti signati subrogata est in locum mutuationis æris & argenti rudis. Nec minus hæc quam illa naturalis, & ex jure gentium instituta, quamvis hujus quam illius inventio posterior. Sed illa ex rudi, hæc ex politiore & perfectiore natura. Et prout gentes eruditi magis ac politi cœperunt, ita etiam jura magis perfecta, legesque magis absolutas condi-

condiderunt. Nimis inique de natura humana sentit, qui saniora judicat ac sinceriora, quæ magis rudia & indigesta, tanquam magis naturæ ipsi consentanea. Sed hæc infra pluribus. Nunc de omni in genere cum usuris mutuo videndum, an contra naturam sit, id est, contra jus naturale, vel, ut clarius dicamus, an sit humanæ societati cōtrarium, qua societate omnium hominum inter se jus illud naturale maxime consistit. Hoc ut planius pleniusque explicetur, de jure naturali differendum, quousque pateat, utrum differat, an idem sit cum jure gentium. Nisi enim hæc enucleatius exposita fuerint, difficile erit, scire & judicare de quæstione proposita, quomodo sit definienda. Jus naturale Jurisconsulti nostri dici volunt, *quod natura omnia animalia docuit*, & jus istud non humani *generis proprium esse, sed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur.* Nimis profecto hæc laxa, nimisque late patens juris naturalis definitio, quæ omnia etiam rationis expertia animalia comprehendat. Falsa etiam deprehendetur attentius consideranti. Ubi enim ratio non est, ibi jus esse non potest. Quomodo igitur eodem jure cum homine comprehendi possunt quæ rationem non habent? Præterea societas esse debet inter eos quos idem jus complectitur. At quæ societas inter hominem & brutum animal? Si idem jus commune foret hominum generi & animalibus ratione carentibus, talem communionem societatemq; inter hæc & illos statui oporteret, ut offendi non posset quin illi etiam juri detraheretur. Et hac potissimum ratione usi sunt illi philosophi qui animalibus abstinendum homini sanxerunt, quia μετεμψύχωσιν crediderunt, ac proinde, cognationem hominibus cum brutis esse existimantes, non tantum occidi ea vetuerunt, sed etiam quocunque modo offendi. Metuendum quippe erat, ne in porco aut bove avum aut atavum aliquis necaret

caret & comederet. Jus profecto inter eos qui una societate continentur, nisi æquale sit, nullum est. Quæ vero æqualitas juris ubi unus imperat, alter sub imperio est? Deus in prima creatione omnia animalia homini subjecit, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari nata sunt. Quin & statim, ut è paradiso terrestri ejectus est protoplastus, pecudes, quibus vesceretur, mactasse, verisimile est. Nam & Abel oblationem Deo fecisse dicitur de primogenitis pecudum suarum & de earum adipe. Quæ occidere impune homini licet, quæque eidem, ut eis vescatur, data sunt, cum illis societatem colere, & æquo jure vivere debere, quis dixerit, nisi & ipse ratione cassus? Injuriam non sentit animal ab homine; ergo nec juris cum illo communis capax, quia nec injuriæ. Leg. 1. D. Si quadrupes: *Nec enim potest animal injuriam fecisse quod sensu caret.* Ideo pauperiem facere dicitur, non injuriam, quia pauperies est damnum sine injuria facientis datum. Si non facit injuriam animal, nec ei fieri potest. Melius igitur & rectius jus naturale restringatur ad omnes omnino homines ratione utentes, ut non omnibus animalibus, sed solis hominibus, inter se commune sit. Quod *jus gentium* iidem Jurisconsulti appellant, quo gentes humanæ, id est, genus humanum, utatur. Theophilus ἰδιωτικὸν νόμιμον vocat, & definit, τὸ καθ' ἅπαντων ἀνθρώπων ἤγουν λελογισμένως βιούντων ἐπικτοινόμενον. *Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræque custodiri vocarique jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur*, scribit Juris Institutionum compilator lib. 1. cap. 1. *Commune jus* ibidem vocatur, quia omnibus gentibus commune est: *Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur.* Quæ verba Theophilus de jure gentium, id est, naturali interpretatur, his Græcis, quæ sic ex veteri codice scribenda

sunt:

condiderunt. Nimis inique de natura humana sentit, qui saniora judicat ac sinceriora, quæ magis rudia & indigesta, tanquam magis naturæ ipsi consentanea. Sed hæc infra pluribus. Nunc de omni in genere cum usuris mutuo videndum, an contra naturam sit, id est, contra jus naturale, vel, ut clarius dicamus, an sit humanæ societati cōtrarium, qua societate omnium hominum inter se jus illud naturale maxime consistit. Hoc ut planius pleniusque explicetur, de jure naturali differendum, quousque pateat, utrum differat, an idem sit cum jure gentium. Nisi enim hæc enucleatius exposita fuerint, difficile erit, scire & judicare de quæstione proposita, quomodo sit definienda. Jus naturale Jurisconsulti nostri dici volunt, *quod natura omnia animalia docuit*, & jus istud non humani *generis proprium esse, sed omnium animalium, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur.* Nimis profecto hæc laxa, nimisque late patens juris naturalis definitio, quæ omnia etiam rationis expertia animalia comprehendat. Falsa etiam deprehendetur attentius consideranti. Ubi enim ratio non est, ibi jus esse non potest. Quomodo igitur eodem jure cum homine comprehendi possunt quæ rationem non habent? Præterea societas esse debet inter eos quos idem jus complectitur. At quæ societas inter hominem & brutum animal? Si idem jus commune foret hominum generi & animalibus ratione carentibus, talem communionem societatemq; inter hæc & illos statui oporteret, ut offendi non posset quin illi etiam juri detraheretur. Et hac potissimum ratione usi sunt illi philosophi qui animalibus abstinendum homini sanxerunt, quia μετεμψύχωσιν crediderunt, ac proinde, cognationem hominibus cum brutis esse existimantes, non tantum occidi ea vetuerunt, sed etiam quocunque modo offendi. Metuendum quippe erat, ne in porco aut bove avum aut atavum aliquis necaret

caret & comederet. Jus profecto inter eos qui una societate continentur, nisi æquale sit, nullum est. Quæ vero æqualitas juris ubi unus imperat, alter sub imperio est? Deus in prima creatione omnia animalia homini subjecit, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari nata sunt. Quin & statim, ut e paradiso terrestri ejectus est protoplastus, pecudes, quibus vesceretur, mactasse, verisimile est. Nam & Abel oblationem Deo fecisse dicitur de primogenitis pecudum suarum & de earum adipe. Quæ occidere impune homini licet, quæque eidem, ut eis vescatur, data sunt, cum illis societatem colere, & æquo jure vivere debere, quis dixerit, nisi & ipse ratione cassus? Injuriam non sentit animal ab homine; ergo nec juris cum illo communis capax, quia nec injuriæ. Leg. 1. D. Si quadrupes: *Nec enim potest animal injuriam fecisse quod sensu caret.* Ideo pauperiem facere dicitur, non injuriam, quia pauperies est damnum sine injuria facientis datum. Si non facit injuriam animal, nec ei fieri potest. Melius igitur & rectius jus naturale restringatur ad omnes omnino homines ratione utentes, ut non omnibus animalibus, sed solis hominibus, inter se commune sit. Quod *jus gentium* iidem Jurisconsulti appellant, quo gentes humanæ, id est, genus humanum, utatur. Theophilus ἐθνικὸν νόμιμον vocat, & definit, τὸ κατὰ πάντων ἀνθρώπων, ἤγουν λελογισμένως βιούντων ἐπικτεινόμενον. *Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræque custodiri vocarique jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur*, scribit Juris Institutionum compilator lib. 1, cap. 1. *Commune jus* ibidem vocatur, quia omnibus gentibus commune est: *Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur.* Quæ verba Theophilus de jure gentium, id est, naturali interpretatur, his Græcis, quæ sic ex veteri codice scribenda

sunt: Ἅπασι δὲ ἄνθρωποι ἢ ἐγγενῆ κίνδυνον πᾶσιν ἢ ἀκράφοις, καὶ πᾶσι μᾶλλον ἑαυτοῖς, πολίταις, πολεμίοις, πᾶσι κοινῆς πόλεως, ἰσοπολιτείας, πόλεσι, περιοικίσι ἰδιωτῶν ἢ δημοσίων. Alio tamen loco paulo ante jus gentium per abusionem etiam naturale appellari dicit: ἢ μᾶλλον ἰδιωτικὸν ἢ φυσικὸν, ὃν καὶ φυσικὸν κοινὸν ἀνθρώπων ἅπαντες, ἢ πολλοὶ, καὶ ἢ ἐγγενῆ, ἢ ἀκράφοις. Ego vero vel maxime proprie sic vocari judico. Ut in iisdem Institutis lib. II. cap. 1. ubi dicitur, res venditas & traditas non aliter emptori acquiri, quam, si aut pretium solverit venditori, vel alio modo ei satisfecerit: additurque, *id, quamquam cautum sit ex lege duodecim tabularum, tamen recte dici, & jure gentium, id est, jure naturali id effici.* Sed & alibi passim in Digestorum libris *jus gentium* cum naturali confunditur, & naturale intelligitur quod humani tantum generis proprium est, non etiam animalium. Quæcunque enim jure gentium introducta fuere, jure quoque naturali censeri, & naturalia esse, Jurisconsulti tradunt, idque jus gentium cum humano genere proditum affirmant. Communia certe multa hominum generi cum animalibus natura esse voluit, ut illa sunt quæ Jurisconsultus ibidem notat, maris ac fœminæ conjunctio, liberorum procreatio, educatio, & alia nonnulla, quæ tanti non sunt, ut, quando præcipua sui parte ab illis homo disjungitur, id est, ratione, propter illa cum his conjungi debeat sub eodem jure quæ eam non habent. Ratio est, eaque homini naturalis, quæ unum idemque jus inter omnes homines constituit, eosque una societate inter se continet, à qua bestiæ excluduntur, quæ juris istius peritia censeri non possunt, quia ratione carent, qua jus istud constat. Vis enim est naturæ, non jus, quæ animantes cæteræ communia quædam habent cum homine. Hæc cum eadem homo facit, rationem in consilium adhibet, quam veluti ducem lucemque sequitur, cum bestiæ in iisdem agendis

dis solo instinctu naturæ, & cæco impetu, sine judicio ac ratione, ducantur. Quod videre est in maris ac fœminæ copulatione, quæ utrique est communis. Matrimonium ex ea homines fecerunt, quæ non est simplex copulatio, sed individuum duorum una vivendi, una habitandi, natosque liberos una educandi, consortium usque ad mortem alterius. At bestiæ certo anni tempore, cum calor ossibus redit, vi veneris incitatæ, prout casus fœminam mari objecit, coëunt. Mas deinde discedit, fœmina seorsim parit, & sola prolis alendæ curam gerit. Quinimmo & in multis mas interdum catulis natis insidiatur, eosque nactus devorat. Qui mos est felibus, & onagris, & aliis. Anno sequente non idem mas ad eamdem fœminam redit, sed casus iterum eos conjungit. Atqui hæc in quadrupedibus præcipue, quorum natura ad humanam magis accedit. Sic ergo in plerisque, quæ natura homini & animali communia reddidit, homo, ratione utens, quæ ipsi soli propria est, ea naturæ suæ, id est, rationali, convenientiora ut sint, efficit, & ad societatem cum aliis hominibus colendam, cujus solus præter cæteras animantes capax est, accommodatiora. Statuamus igitur ex his, naturale jus non aliud proprie dici posse, quam id quod hominum ratione utentium proprium est, & solis hominibus inter se commune, ad tuendam humanam utpote societatem & conservandam comparatum. Hæc enim iniri aut conservari non potest sine ratione, jure, & justicia. Et naturale quidem dicitur quod naturæ hominis conveniat, vel potius quod naturæ rationalis ri hominum mentibus insitum sit atque ingeneratum. Inde est *religio, pietas, vindicatio, observantia, veritas*, ut ait Cicero de Inventione. His adde *virtutes morales*. His adde & quæcunque humanæ societatis causa excogitata pleræque gentes communi consensu receperunt. Unde & *jus gentium* etiam appellatum

pellatum est. Hujus juris τὸ λογικὸν in homine principium & fundamentum censendum est, quo uno cum ab animalium natura discernatur, non possunt ea hujus juris, ut loquitur Jurisconsultus, peritia censeri. Egregie Satyricus juris hujus naturalis originem & progressum descripsit, Satyr. xv. ubi *imperium naturæ* vocat vim illam innatam humanæ mentis qua istud jus proditum & inventum.

Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ
Virginis occurrit. Quis enim bonus & face dignus
Arcana, qualem Ceres vult esse sacerdos,
Vlla aliena sibi credit mala?

Multis deinde enumerat, quibus in rebus jus illud situm sit, quod ratio naturalis inter omnes constituit, & unde nobis influxerit.

— separat hoc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, capiendisque artibus apti,
Sensum à cælesti demissum traximus arce,
Cujus egent prona & terram spectantia. Mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animas; nobis animi quoq; mutuus ut nos
Adfectus petere auxilium & præstare juberet.
Dispersos trahere in populum, migrare vetusto
De nemore, & proavis habitatas linquere silvas.
Ædificare domos, laribus conjungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino limite somnos
Vt collata daret fiducia. protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere civem.
Communi dare signa tuba, defendier isdem
Turribus, atque una portarum clave teneri.

Non poterat luculentior & plenior verborque illius juris gentium, quod & naturale, descriptio ac definitio institui, cujus fontem & originem assignat, ingenium hominis, sive sensum cælo demissum, atque animum, quo carent animalia in terram prona. Quibus omnibus τῶν κατὰ λόγον humanum designavit, quem & θεῖον λόγον similiter Epicharmus indigetat, quia humana ratio à divina profluxit; qui & distinguit simplicem illam ratiocinationē qua homines utuntur circa victum & res ad vitam necessarias comparandas, quæ & ipsi cum bestiis est communis; & λογισμὸν, & λόγον simpliciter appellat. At rationem illam, qua artes omnes invenit, rebusque aliis quibus jus illud naturale constat quod hominis proprium est, θεῖον λόγον vocat:

Ἐνὶ δὲ ἀνθρώπῳ λογισμὸς, ἐπὶ δὲ θείῳ λόγος.
Ὁ λόγος ἀνθρώπῳ πέφυκε θεῶν δίοικος καὶ σοφός.

Ita enim recte hunc versum emendavit summus vir & nunquam satis laudatus Hugo Grotius, Suecicæ Coronæ nunc ad Regem Christianissimum Legatus. Sequentem sic emendationem legi posse putamus:

Πεφὶ μὲν ὧν πάντες ἄνθρωποι αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς διάλογοι,
Ἐκλελάσκουσιν οὐκ αὐτὰς ἐν πατῶν δὲν ἐμφέρει.
Οὐ γὰρ ἄλογον πάντων ὄφι, ἀλλὰ θεὸς ναύτην φίλει.
Ὁ δὲ μέγ' ἀνθρώπου λόγος πέφυκ' ἀεὶ τοῦ θείου λόγου.

Quæ verba Epicharmi in animo vel ante oculos Juvenalem habuisse, certum est, cum illa scriberet de ingenio humano, sensuque & animo cælitus delapso percipiendis artibus idoneo, quo bruta carent animalia. Nam & hæc quamdam videntur habere rationem, qua fugiunt naturaliter sibi nocitura, & sequuntur quæ profutura judicant, sed illius divinæ, quæ artes per hominem excogitavit ac prodidit, prorsus sunt expertia. Atque hæc proprie ratio dicenda, ut Græcis λόγος, qua separatur τὸ λογικὸν ζῶον ἀπὸ τοῦ ἀλόγου, homo ab animali bruto. Hujus λόγου duæ sunt partes, ἐνδιάθετος καὶ προφορικὸς. Cogitatur ille tantum, & mente concipitur: iste vero voce enuntiatur, & exprimitur. Sermo est, & oratio. Et miror, doctissimum Jurisconsultorum sui ævi Cujacium notasse ad juris Institutiones, lib. I. cap. II, Jus αὐτόθετον & rationem ἐνδιάθετον hominibus cum brutis communem esse,

esse, ἀνθρωπικὸν hominum proprium. Atqui non differt hic λόγος ab illo qui ἐνδιάθετος dicitur, nisi sola expressione & enuntiatione. Si quis, quod in animo habuit, loquendo efferat, id proferre plane intelligitur; atque is ἀνθρωπικὸς λόγος, λόγος προφορικός, quæ est pronuntiatio. Glossæ veteres: *Pronuntiatio*, ἀνθρωπικὴ, ὑπόκρισις. Si quid in mente ipse ratiocinatur ac meditatur, non etiam proloquatur, ad ἐνδιάθετον λόγον pertinet. Et hac maxime parte nos λογικὸς censeri, philosophi asserunt. Nam & qui muti nati sunt, aut vocis usum alioquo casu, aut morbo, aut ri, ut quibus lingua abscissa est, nihilo secius rationales ducendi, quamvis solo ἐνδιαθέτῳ λόγῳ utantur, nec ἀνθρωπικὸν habeant. Qui quod animo prius concepit antequam diceret, deinde & sermone extulit, in eo qui fuit ἐνδιάθετος λόγος, factus est ἀνθρωπικός. At si discerneretur alia re ἀνθρωπικὸς ab ἐνδιαθέτῳ quam enunciatione, ἀνθρωπικὸς, quem facit hominum proprium, etiam brutis communis foret. Psittaci enim, & picæ, & corvi, cornicesque, atque etiam sturni, ἀνθρωπικὸν quoque λόγον habere essent dicendi, quia verba humano more pronuntiant ubi imitari didicerunt. Non est autem ἀνθρωπικὸς λόγος quod loquantur, quoniam non præcessit in eorum cogitatione formatus ὁ ἐνδιάθετος, qui vim dat ac sensum τῷ ἀνθρωπικῷ. Alias omnes sine mente soni etiam ἀνθρωπικοὶ vocari possent. Quod est absurdum. In mente fit ἐνδιάθετος ex ἐνδιαθέτῳ deinde prodit ac nascitur per vocis ministerium ὁ ἀνθρωπικός. Cum ἀνθρωπικοῦ igitur careant animalia, omnino etiam τοῦ ἐνδιαθέτου, quod illis cum homine commune assignat Cujacius, privata ea necesse est. Et cum jus nullum extare possit quod non ab ἐνδιαθέτῳ & ἀνθρωπικῷ λόγῳ, qui hominum proprius est, conditum sit atque fundatum, frustra jus naturale alibi quam in solius hominis natura quærunt, aut aliunde denominatum

natum volunt. Falsa est proinde definitio jurisconsultorum veterum, qui *jus naturale* id esse statuunt, *quod natura omnia animalia docuit*. Sed nec ipsi sibi constant. Nam jus naturale alibi cum jure gentium confundunt, ut ante docuimus, alibi separant. Jure naturali omnes homines æquales esse dicuntur, lege XXXII. D. de Regulis Juris. Libertas ergo æqualis inter omnes, juris est naturalis. Ac servitutem juri gentium passim adscribunt, ut & manumissionem. Nec necesse, leges notare quibus id asseritur, quæ satis notæ sunt. Non minus itaque in hoc casu jus naturale contrarium est juri gentium, quam libertas est servituti. Non primario tamen servitus à jure gentium introducta dici potest, sed secundario. Quatenus enim bella ex illo jure quoque manasse creduntur, eatenus & servitus instituta. Quos in bello captos jus esset occidere, jus fuit & servare, vel ut ei, qui cepisset, servirent, vel ut eos, cui vellet, tanquam rem cujus dominus esset factus, venderet. Quod inde etiam primum institutum est, ex quo rerum dominia eodem jure distincta sunt. Nam cum omnia omnium erant communia jure naturali, non poterat quisquam alterius esse servus, ut proprius, cum nemo quicquam proprium habuit. Ex venditione & emptione, quam cum aliis contractibus jus gentium invexit, aliud etiam genus servitutis natum, eorum, qui, cum liberi essent, propria voluntate se ob pretium participandum venderent. Jure tamen civili hanc servitutis speciem & hoc servorum genus fieri vult auctor Institutorum Juris, lib. 1, cap. III. Sed, nec ante venditionum usum bello capta mancipia emi, moris fuit. At permutabantur, inquies, cum aliis mercibus. Ne hoc quidem; cum omnia essent communia. Nam & illa permutatio locum habere cœpit post distincta rerum dominia. Bella porro introducta esse ex jure gentium, dicit Hermogenianus, leg. V. D. de Justitia &

jure. Quomodo hoc conveniet cum illa juris gentium definitione, quæ docet humanæ societatis tuendæ causa id constitutum? Quid enim magis contrarium humanæ societati quam bellum? Nec enim hac in parte jus naturale pugnat cum jure gentium, sed plane jus gentium cum jure gentium. Nam Florentinus, leg. III, D. de justitia, dicit, *cum inter nos cognationem quamdam natura constituerit, consequens esse, hominem homini insidiari nefas esse.* Quod ad jus gentium referendum, de quo præcesserit: quod etiam naturale est, si solam hominis naturam, quatenus est rationalis, eo comprehendi intelligamus. Qui cognationem illam offendit, etiam societatem humanam destruit, quæ jure illo continetur. Hinc, ut paulo ante diximus, ii philosophi, qui hanc cognationem hominis etiam ad animalia extenderunt, propter μετεμψύχωσιν, quam adstruebant, animalibus etiam abstinendum pronuntiarunt, ne porcum aut bovem vel ovem mactantes animæ hominis in ejusmodi animantis corpus transfusæ cædem inferrent. At in Institutis juris, lib. I, cap. II, quod bella ex jure gentium orta sint, & captivitates inde sequutæ, & servitutes, juri naturali eo nomine derogari, legimus, quia *jure naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur.* Jure ergo naturali nec captivitates & servitutes incognitæ, ita & bella ignorata. Hac etiam in parte jus naturale juri gentium oppositum est. Aequi jus naturale ut distinguatur à jure gentium, non aliud agnoscunt quam quod ipsa etiam animalia bruta complectatur. *Jus enim gentium esse quo gentes humanæ utuntur, quod à naturali recedere facile intelligere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit*, Lex II docet, D. de Justitia & Jure. Si animalia exemeris ex hac generali juris naturalis definitione, & solas humanas gentes in ea reliqueris, manebit nimirum aliud jus gentium, quod solis

solis hominibus inter se commune est, quod erit & ipsorum hominum naturale, sed non tam late patens quam cum etiam animalium adjectam naturam una involvit. Nam & sua hominibus, ut puto, natura est. Quod ad bella autem attinet, quæ ex jure gentium orta perhibentur, cur non ea ex hominum naturali jure introducta possumus dicere? Cur hoc nomine jus naturale, quod & bestias comprehendit, à jure gentium, quod solos homines complectitur, diversum esse fingimus? An animalia muta in unam definitionem juris naturalis cum hominibus comprehensa, in causa sunt, ut bella hominibus prorsum incognita fuisse videantur? An in eadem cum animalibus vitam homines redacti non belligerarunt, & ubi ratione sua uti cœperunt, & extra brutorum censum posuit, bella inter se sumpserunt? Hoc profecto est ridiculum, ut jus gentium, quod solorum hominum est proprium ac naturale, bella introduxerit, naturale illud, quod omnibus animalibus cum homine est commune, bella non cognoverit. Fuit tempus, inquiunt, cum homines, dispersi per agros, & in antris ac speluncis incolentes, ritu ferarum vitam exigerent. An tunc bella nescierunt homines? Immo, si pecudum ritu tum vixerunt, haud minus inter se quam pecudes certasse ac pugnasse verisimile est. Ut enim porci pro pabulo ipsis in commune appositio se rostris impetunt, & equi, una hordeum aut arenam, quemadmodum nunc mos est, aut fœnum comedentes, morsibus se plerumque lacessunt & calcibus; ut tauri denique inter se pro juvenca in communi pascua frequenter cornibus decertant, & arietes pro ovicula, hirci pro capra: ita & homines tum temporis, ferino ritu vitam degentes, & pro fœminis inter se depugnarunt fustis & rudibus præustis, & pro glande quam ex arbore alter præ altero excutere satageret. Unus cum uno, quod duellum est, sæpe congressus est, ut & bestiæ

stiæ solent. Aliquando & plures cum pluribus, quod magis homini proprium est, conflixere, quod prælium est. Nam natura homo ἀγελαῖον est. Iode & familiæ cum familiis certamen habuerunt. Quantumlibet sane velis, olim homines eodem more cum bestiis vixisse, & proinde eodem jure cum his debere comprehendi, non sine bello fuisse, vel à sua prima creatione, credendum est. Ut enim λογικὸν habet proprium quo ab animalibus discernitur, ita τὸ ἀνθρώπινον cum bestiis illi est commune. Unde iram, rixas, jurgia, prælia, vel eo tempore inter homines magis percrebuisse probabile est quo minus ratione sua utebantur, in illis nimirum primordiis in quibus minimum à bestiis differebant. Quod luculenter ostendit disertissimus ille Romuli nepotum, in ea pro Sextio, *Qui ignorat*, inquit, *ita naturam tulisse, ut quodam tempore homines, nondum neque naturali, neque civili jure descripto fusi per agros ac disperſi vagarentur, tantumque haberent quantum manu ac viribus per eadem ac vulnera aut eripere aut retinere potuissent? Qui igitur primi virtute & justitia præstanti extiterunt, ii, perfecto genere humana docilitatis atque ingenii, dissipatos unum in locum congregarunt, eosque ex feritate illa ad justitiam atque mansuetudinem traduxerunt.* In his verbis luminopere notandum est, jus naturale ab eo nominari, quod jus est proprie gentium, nec minus proprie jus naturale dici queat, quo homines, ad justitiam ac mansuetudinem traducti, urbes condere, domos ædificare, & sub juris legumque imperio vivere cœperunt. Antea enim, cum tam feris similem colerent, ut ratione tum sua non utebantur, ita jus nullum agnoscebant, cum potius vi & instinctu quodam naturæ, ut belluæ, quam jure aut more humano, ævum traducerent. Tunc igitur nullum jus naturale inter homines fuit, nisi valde improprie. Multo minus fuerit, si & bestias inigas & conclu-

concludas in eamdem juris naturalis definitionem. De quo tamen jure non jure, capiendum est quod Isidorus refert lib. v Originum, & ab eo transtulit in compilationem Juris Canonici Gratianus, ubi *jus naturale aiit esse commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habeatur, ut viri & fœmina conjunctio, liberorum susceptio & educatio, communis omnium possessio, & omnium una libertas, acquisitio eorum quæ cœlo, terra, marique capiuntur.* Hæc omnia referenda sunt ad illam juris speciem, sive umbram, sive vim potius naturæ, quam primi homines usurpasse creduntur, cum adhuc feri essent, nec multo aliter quam feræ viverent, antequam jus illud naturale, quod homini proprium est, repertum foret. Quod autem ibidem subjicit idem Isidorus inter exempla juris illius naturalis: *Item depositæ rei vel commodatæ pecuniæ restitutio, & violentiæ per vim repulsio*: hæc pertinent ad jus naturale gentium, à quo animalium communitas excludi debet. Atque ut hæc duo juris genera confunduntur etiam apud ipsos Jurisconsultos, qui uno eodemque nomine utrumque vocitant *jus naturale*, ideo, quæ juris gentium propria essent, transtulit & ad illud generalius, quo etiam animalium naturam comprehendi juris prudentes docent. Quomodo enim depositum aut mutuum sive pecuniæ commodatum in illa juris notione naturalis locum habere possunt, quo communis omnium bonorum possessio inducitur? Quod ad violentiæ per vim repulsionem attinet, eam quoque juris gentium esse, sive naturalis hominum juris, testatur Florentinus leg. III. D. de justitia & jure, quæ ad jus gentium revocat, *ut vim atque injuriam propulsemus. Nam jure hoc evenire, ut, quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.* Inde fortasse intelligendum est, quod scribunt alii Jurisconsulti, bella ex jure gentium originem sumpsisse.

Cum

Cum enim jus fasque sit, eos, qui per vim nostra nobis ereptum veniunt, vi quoque repellere, qui, cum armis bellum inferunt, ut nostra rapiant, possumus & bello, quæ jam rapta erunt, vindicare, aut, ne rapiantur, omnibus viribus prohibere. Si vim illatam ab uno quohibet, unicuique licet vi repellere, idem licebit & pluribus, si à pluribus manu juncta lacessantur, ut civitas si à civitate provocetur, aut gens à gente. Unde propriæ bella conflantur, si gens in gentem insurgat, & à provocante lacessita se defendere conetur. Quæ lex adeo justa est, ut *natum nobiscum, non scriptum*, Cicero pro Milone dicat, *& nos eam non didicisse, sed ab ipsa natura hausisse*. Et ubique tale *jus naturale* vocat, quod alias *jus gentium* appellatur. De hoc jure Juvenalis capiendus in illis versibus quos supra citavimus, cum dicit, migrasse priscos mortales de nemoribus ac silvis, & urbibus condendis animam adjunxisse, ut se munirent adversus arma inferentes, & collata fiducia sompnos magis securos unam incolentibus civitatem præberet:

— mutuus ut nos
Adfectus petere auxilium & præstare juberet,
Dispersos trahere in populum, migrare vetusto
De nemore, & proavis habitatas linquere silvas:
Ædificare domos, laribus conjungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino à limite somnos
Ut collata darent fiducia: protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere cervum:
Communi dare signa tuba, defendier iisdem
Turribus, atque una portarum clave teneri.

Antequam homines, bellurino ritu viventes, ex agris & silvis ac montibus, in quibus dispersi, ferarum more, degebant, in unum conducerentur, atque intra urbium claustra compellerentur, imbecilliores, si qui erant, à valentioribus impune diripiebantur. Nec bellum hoc erat, ubi alius perire erat necesse, cum alii

alii vellent perdere. Inique quippe hæc admodum comparata concertatio, ut ait Comicus, ubi unus verberat, alter vapulat tantum. Ceterum, ubi muratas ac situ & opere munitas subire civitates cœperunt, tum, ut securius dormire, ita facilius vim à vicinis arcere potuerunt. Hinc bella orta. Cum enim satis præsidii unicuique civitati fuit ad civitatis alterius arma armis repellenda, æquatis utrimque viribus; cum illi instarent, si non cederent instantibus, sic bellum factum, quod antiqui dixerunt *duellum*, à duorum certamine. Nam nisi sit qui resistat impugnanti, non duellum neque bellum est, sed injuria, quam alius infert, alius patitur. Pisces qui reti capit, aut feras indagine, aut aves panthera, non bellum cum avibus aut feris, aut piscibus gerere dicitur. Sic patebant olim primi homines valentiorum rapinæ ac prædæ, priusquam resistendi vias inveniissent, & belli ex æquo gerendi artem. Hæc quidem vera sunt, non tamen satis scio, an hoc voluerint veteres illi Jurisconsulti, qui bellorum originem adscribunt juri gentium, quo soli homines continentur, & ab jure naturali abjudicant, quod etiam animalibus commune faciunt. Immo non eos id sensisse censeo. An igitur, ut matrimonium à jure gentium factum, quod simplex erat conjunctio maris & fœminæ jure naturali, ita bello, quod jure naturali simplex & rude fuit, formam additam per jus gentium dicemus, per fœciales nempe indicendo, & alias cerimonias adjiciendo, ut justius videretur? Ne hoc quidem opinari licet. Sic enim ex jure naturali bella originem sumpsisse dixissent, ut matrimonium, quod formam accepit à jure gentili, ortum tamen habere à jure naturali affirmant, quia maris & fœminæ conjunctio inde oritur. Hinc Justinianus in Institutis lib. 1, cap. 11: *Hinc*, ex jure nempe naturali, *descendit maris atque fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus*. Utriusque

juris

juris hoc modo particeps matrimonium. Ortus & materia à jure naturali, forma & ceremoniæ à jure gentium, quæ accessiones sunt ad jus naturale, non innovationes ejusdem. At bella plane introducta esse à jure gentium asserunt, & orta. Instituta lib. 1, cap. 11; *Ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam usu exigente & humanis necessitatibus gentes humanæ quædam sibi constituerunt. Bella enim orta sunt, & captivitates sequutæ, & servitutes, quæ sunt juri naturali contrariæ.* Sed & manumissiones, ut & servitutes à jure gentium originem sumpsisse, dicit Ulpianus leg. IV. D. de Justicia & Jure. Atqui servitutes non nisi ex bello. Ergo & bellum, quod est causa efficiens servitutum, à jure gentium originem sumpsit. Quid igitur illi sequuti sunt, ut bella à jure gentium deducerent? Jure naturali omnes nasci liberos fatentur, & æqualem natura omnium hominum esse libertatem. Quæ causa ergo pro liberis servos efficit, non naturali juri imputari debuit, sed juri gentium. Non eadem quippe causa, nec ab eodem jure descendens, nasci homines omnes liberos facit, & quosdam ex his servos reddit. Eadem plane ratione adducti, & communem omnium rerum & indivisam possessionem juri naturali assignant, & dominia rerum distincta juri gentium. Antequam enim dominia distincta forent, ut nulli fuere privati domini, ita nulli servi. Hæc enim sunt relata. Et servi quoque inter res, quæ dominio privato subjiciuntur. Nulla porro alia causa, ut alii aliorum potestati ac dominio subderentur, alii aliis tanquam servis imperarent, efficere potis fuit, præter bellum, quo qui superior evaserat, victos captosque sibi subjectum ibat. Ubi omnia vero communia essent inter omnes, quid opus bello? Cessante itaque contentionum ac bellorum causa inter homines, ne bella quidem fuisse tum volunt. Causa non erat illo in tempore, quo quis potentior alio

alio aut ditior esse contenderet, pluresque res possidere, aut latiores agros tenere cuperet. Non igitur propter hæc pugnabant. Nihil ergo erat propter quod pugnare deberent, cum omnia omnibus tellus in commune ferret, & sumeret quisque quantum opus haberet, nec plus affectaret. Hoc illi cogitarunt, & propterea eidem juri, cui & servitutes captivitatesque adtribuerunt & dominiorum distinctionem, bellorum etiam originem imputandam crediderunt. Etenim qui primi res communes proprias sibi facere conati sunt, ab invitis & per vim id extorquere debuerunt. Vincendi & domandi bello fuere qui id se passuros negabant. Hinc victi etiam ipsi concessere in dominium ac ditionem victorum. Et hæc prima dominia fuisse crediderim, per vim ac victoriam homini quæsita, hominum nempe ipsorum. Ex homine quippe opera non minus homini utilis ac necessaria, quam equi aut jumenti, immo etiam magis. Animalia ipsa, quorum usus hominibus, cicuria præcipue, aut minus fera, primi erant occupantis. Homines ut servirent, partim bello subigendi fuere qui ferocioris essent naturæ, partim sponte ad hoc se dediderunt qui ingenio & natura mitiores & cicutiores. Nam quidam homines ita nati ut parere potius debeant quam imperare. Adversus hos æque justum ac naturale esse bellum, si recusent imperium, ut adversus feras quas venatores persequuntur, Aristoteles in Politicis dicit. Inde & bellum inter eos dominii adquirendi modos recenset qui naturales sunt, haud secus ac venandi artem. Θηρευτικὴν enim partem facit τῆς πολεμικῆς. Cujus tamen sententiæ non accedo, & contra eam infra pluribus disputabimus. Ejus tamen hæc verba sunt è lib. 1 Politicãn, cap. VIII. διὸ καὶ ἡ πολεμικὴ φύσει κτητικήπως ἔσται. ἡ γὰρ θηρευτικὴ μέρος αὐτῆς, ᾗ δεῖ χρῆσθαι κατὰ τε τὰ θηρία, καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι πεφυκότες ἄρχεσθαι μὴ θέλουσιν ὡς φύσει δίκαιον τοῦτον ἔστω τὸν πόλεμον.

λεμμα. Adeo autem naturale bellum homini videri potest, ut causis illis remotis propter quas bellum ab hominibus geri Jurisconsulti credunt, inter nudos adhuc & quales primi ævi homines ab auctoribus describūtur, bella quotidie agitari acerrima novus orbis nobis detectus aperiat. Ibi insulæ multæ sunt, quarum incolæ cum vicinis solo hostili animo gratuita exercent odia, usque ad internecionem alterius partis, & plerumque ambarum, eruptura. Nihil possident, & nudi agunt, nihilque ex victoria quo fiant locupletiores, sed tantum vindictam quærunt. Quo cumulatior sit, non captos bello hostes servant, ut sibi serviant, sed ut saginatos in ventrem ingerant. Et ridicula sane Jurisconsultorum etymologatio *servorum*, quia servarentur bello capti, ut servirent. Isti servant, ut mactent. Ita bello captos multos ex Phrygibus Achilles servavit, ut ad tumulum Patrocli immolaret, & combureret. Græcum est Æolicum Σέραπος pro θέραψ communi. Inde *Servus*. Adeo igitur bellum homini naturale, ut cum illo natum esse Horatius scripserit his versibus:

Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandē atq; cubilia propter,
Vnguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus.

Caini, Abelem fratrem eodem protoplasto patre natum necantis, historia ex scriptura sacra, quam vetus res homicidium fuerit inter homines, declarat. Et quid aliud agit bellum quam homicidia, ac concessa quidem si legitimum sit, si illegitimum, nefanda ac scelerata? Versibus, qui statim sequuntur, docet idem Horatius, homines ubi orationis & rationis participes facti sunt, oppida cœpisse munire, leges condere, & bello absistere:

Donec verba, quibus voces sensumque notarent,
Nominaque invenere; dehinc absistere bello,

Oppida

Oppida cœperunt munire, & ponere leges,
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.

Quæ ex diametro pugnant cum sententia Jurisconsultorum, bellum à jure gentium ortum sancientium, cum hic contra aperte dicat, bella eo jure sublata. Certe illud in primis consideratione & quæstione dignum, cur, cum jus gentium humanæ societatis tuendæ causa maxime comparatum sit, bella, quæ eam societatem maxime dissipant & destruunt, ab eo jure nata ab iisdem Jurisconsultis tradantur. Cur non dixerunt & furta à jure gentium esse introducta? Sane nec furta prius cognita fuere quam & dominia distincta sunt. At hæc jure gentium. An ergo & furta? Tamen contra jus naturale ea esse scribunt iidem Jurisconsulti. An per jus naturale hic etiam intelligunt jus gentium? Atqui ineptum, ut eadem res ortum ducat à jure gentium, & contraria eidem sit. Servitutes cum dicunt contrarias juri naturali, quas deducunt à jure gentium, jus naturale & gentium distinguunt. Ut servus nemo erat cum omnes essent liberi, ita nemo fur esse poterat, cum omnia essent communia. Illud obtinuit jure naturali, ergo & hoc. An idem jus naturale accipiendum cui contrariæ servitutes & cui furta? Furta tamen semper mala, bella aliquando justa. Sed furta privatorum sunt bella gentium. Illa ex singulorum cupiditate, ista ex populorum. Et quo in plurium perniciem ista cadunt, eo humanæ societati magis exitialia. Bella igitur, quæ Jurisconsulti necessitate exigente à jure civili introducta memorant, de solis justis ac legitimis bellis interpretanda sunt, quibus bellum per injuriam ab alia gente illatum, alia gens jure propulsat. Sic lites in civitate jure civili sunt permissæ, & ab eodem jure introductæ eo nomine actiones, ut quis repetat quod per vim sibi ablatum est, aut injuriam sibi factam jure vindicet. Eadem prorsus ratione & bella jure gentium per-

 missa

missa & introducta. Hinc Livius lib. XLII *jure gentium ita comparatum esse* dicit, *ut arma armis propulsentur*. Non dicit, ut arma inferantur. Arma itaque justa sunt quibus injusta arma propulsantur. Ut injusta societatem humanam destruunt, ita justa, quibus gens aliqua se defendit adversus aliam, ei conservandæ inserviunt, quia violentiam vi repellunt. Quod esse maxime naturæ consentaneum, & naturali æquitati congruum, iidem Jurisconsulti pronuntiant. Injusta itaque bella jure gentium vetita: de quibus locus ille Horatii, quem supra attulimus, intelligendus: qui & latrocinia simul & furta & adulteria cum bello per idem jus gentium sublata docet. At justa eodem jure introducta ac permissa; eaque sunt de quibus exponendi sunt Jurisconsulti. Cicero jus gentium non tam late accipere videtur quam Jurisconsulti. Isti enim omnes gentes, aut plerasque, certe ratione utentes, hoc jure veluti colligunt & constringunt; Cicero gentis unius id proprium statuit, ut jus civile unius civitatis. Ergo jus naturale eidem dicitur quod omnes generis humani gentes comprehendit; quod est jus gentium Jurisconsultorum, & sæpius etiam ab his juris naturalis nomine vocatur. Libro III Officiorum ita scribit: *Societas enim est, quod etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius, latissime quidem qua patet, omnium hominum inter omnes: Interior, eorum qui ejusdem gentis sunt: propior, eorum qui ejusdem civitatis. Itaque majores, aliud jus gentium, aliud jus civitatis esse voluerunt. Quod enim civile, non idem continuo gentium: quod autem gentium, idem civile esse debet.* Societas illa, quæ latissime patet, omnium hominum inter omnes, jus naturale proprie dictum efficit. Quod & jus gentium dici potest, si omnes gentes eo nomine intelligamus, ut Jurisconsulti intelligunt. At si per jus gentium, hujus aut illius gentis accipiamus, ut fecit Cicero,

Cicero, diversum hoc à naturali, quatenus hoc unius tantum gentis proprium. Gens autem à gente non institutorū magis diversitate quam linguæ, ut verbo Lucretiano utar, differitate discriminanda. Nunc aliter, ut etiam olim. Plures gentes sunt sub uno imperio coactæ, aut una in plures ditiones divisa. Ut disceptationem hanc tandem concludamus, jus naturale, priusquam homines ulla jura nossent, vix dici potest. Naturam potius ducem, ut cetera animalia, sequebantur. Quia tamen rationem habebant εὐλαβείας, qua juris illius notitiam τῇ δυνάμει in se continebant, etsi τῇ ἐνεργείᾳ nondum eam exeruerant ad leges condendas, justitiam colendam, & illa omnia excogitanda ad societatis humanæ conservationem quæ à jure gentium introducta juris prudentes perhibent, jus hoc etiam naturale dici & haberi, facile patiar. Non tamen concesserō & animalia bruta illius juris definitione includi, quæ ut rationis sunt expertia, ita nullius juris possunt esse capacia. Duplex igitur jus naturale. Unum hominis rudis adhuc & impoliti, rerumque & artium omnium imperiti, sibique viventis, quales primis sæculis multis orbis partibus extitisse, verisimile est, & nunc etiam extare, verum est: alterum politi & perfecti, & ad societatem non solum cum civibus suis, sed etiam cum omnibus hominibus, intelligentia & usu facti, ac ratione sua utentis. Hoc *jus gentium* Jurisconsulti indigitarunt, immo etiam naturale. Primum illud jus naturale dicere liceat, non quod perfectius; nam minus longe perfectum, sed quod ordine prius, illud vero secundum. Primum à secundo differt ut infantia à virili ætate, aut ver ab autumno. Quod in secundo est, & in primo non fuit, non statim contrarium juri naturali illi primo dicendum est. Δυνάμει quippe in primo fuit, in secundo ἐνεργείᾳ. Legum & artium inventio secundo juri debentur, nec propterea primo contrariæ putandæ

artes, & leges, & alia omnia, quæ ad bene & commode vivendum à posteris reperta sunt, prioribus incognita. Sed nec servitutes, quas contra jus illud naturale primum esse contendunt à secundo introductas, adeo sunt à natura illa prima hominis alienæ, ut non expressa in ea hujus rei vestigia videantur & seminia. Non enim solum gentes aliquæ magis serviles & ad serviendum natæ inveniuntur, aliæ magis liberæ, sed in una gente licet ferociore, multi nascuntur animo abjecto, subjecto, obnoxio & servili, ut parere suapte ingenio semper parati, ita imperandi prorsus imperiti. Quinimmo & apud plerosque populos ex more & instituto gentis, alii servi, alii liberi. Ut in Polonia nobiles plebeis & ignobilibus, ut captis, ferme imperant. In Persia quoque idem est cernere, nobiles in equis semper agitare, plebeios pedites militare: hos ut servos haberi, illos tamquam dominos. Nec secus fuit apud antiquos nostros Gallos. Nam, ut scribit Cæsar lib. VI commentariorum de bello Gallico, *in omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero, genera sunt duo. Nam plebs pene servorum habetur loco, quæ per se nihil audet, & nulli adhibetur consilio.* Et paulo post ait, in servitutem plebeios illos se dicare nobilibus solitos, *& in hos eadem omnia fuisse jura quæ dominis in servos.* Unde & in sequentibus *clientes* & *ambactos*, eos appellat, id est, servos. Sic enim Romani etiam servos appellarunt, quasi circumactos, ab utero citroque curritando & gyrando, ut faciunt inter famulandum & ministeria obeunda ministri. Cæsar de equitibus Gallis, quod alterum genus fuit in Gallia in aliquo honore & pretio post Druidas: *Atque eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet.* De illis plebeis loquitur, quos ante dixit vulgo se in clientelam ac servitutem nobilibus dedisse. Notavimus olim, perperam abbreviatorem

torem Festi de suo inseruisse, *ambactum* esse lingua Gallica *servum*: cum ita Festus scripsisset: *Ambactus apud Ennium servus appellatur.* Quæ statim sequuntur in vetustissimo meo codice, id ostendunt: *Am præpositio loquelaris significat circum, unde supra servus ambactus, id est, circumactus dicitur.* Ita hæc scribuntur in illo exemplari, ut post illa de ambacto protinus ista subjiciantur de *Am* præpositione loquelari. Glossæ: *Ambactus*, δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἕννιος. Immo simpliciter δοῦλος, à sursum deorsumque discurrendo & circumagendo. In Indiæ aliqua regione non solum plebeii & ignobiles servorum numero habentur, sed etiam contaminari se putat nobilis, si tangatur à plebeio. Inter formas ac modos regendæ reipublicæ, monarchalem juri naturali magis esse consentaneam quam ceteras, plerique consentiunt. At si nimis intendatur illud regimen, quis nescit, sub Imperio despotico, ne dicam tyrannico, subjectos pro mancipiis esse? Ut hodie apud Turcas unus dominus est qui regnat, ceteri omnes nullo discrimine servorum loco. Quod & in plerisque orientis regnis obtinet. Nec sine ratione dixisse videtur Aristoteles, multos reperiri suapte natura πφυσει δουλους. Ab omni autem ferme ævo utriusq; juris naturalis exempla simul fuere. Neque nunc affirmare est, utrum plures gentes juxta illud primum jus naturale vivant, an juxta secundum. Nepos Adami ipso adhuc vivente, filius Caini Henochus orbem primus condidisse in scriptura traditur, ac de suo nomine *Henocham* appellasse. Deinde non diu post artes plerasque inventæ, organa musica reperta, æris & ferri fabricæ, & alia, quæ juris gentium esse Jurisconsulti docent, hoc est, juris secundi naturalis. Tempore ex illo usque ad hoc ævi multæ nationes jure illo secundo, quod gentium appellatur, usæ sunt, aliæ ab antiquo illo & primo non recesserunt. Nihil autem eorum, quæ in

secundo sunt, quibus primum caret, primo contrarium esse existimandum, nisi sit æquitati adversum & humanæ societati inimicum. Ut bella, quæ ad vim atque injuriam faciendam inferuntur, non sunt ideo ex jure gentium quia societatem humanam lædunt, ac proinde etiam juri naturali, quod idem cum jure gentium, contraria sunt. Bella vero, quæ sumuntur ad injuriam propulsandam, ea ex jure gentium orta, & æquitati naturali consentanea, & ad societatem tuendam facientia. Furta, fraudes, & omnino quidquid societatem, quæ omnium inter omnes esse debet, violat, & æquitatē offendit, ab jure utroq; naturali longe debent facessere, cui & maxime contraria deprehenduntur. Simplex illud primū, & hominis naturam tantum suam ducem sequentis, animalium more: secundum, multiplex, & varium, in aliis perfectius, in aliis minus; ut & illud simplex apud alios simplicius, apud alios minus. Ad summam, primi juris naturalis ratio circa βίοντε καὶ τροφὰς, ut eleganter ac vere dixit Epicharmus, fere tantum occupata est, quam λόγον & λογισμὸν ἀνθρώπινον proprie vocavit. At juris secundi vel gentium rationem, quæ circa artes & jura legesq; versatur, θεῖον λόγον appellavit, quia divinæ mentis veluti particula sit. Hæc præstruenda nobis fuere de juris naturalis generibus ac differentia, ad eam, quam in sequenti capite contra Aristotelem habituri sumus, disputationem melius intelligendam: tum ut de fœnore quæstio promptius expediatur, an juri naturali, ut quidam opinantur, sit cōtraria. Quod nos negamus.

CAP. X.

Mutuum fœneraticium, sive fœnus à jure naturali secundo, quod est jus gentium, ortum. Non esse eidem contrarium, sed nec juri naturali primo. Perfectionem

fectionem artium non pugnare cum rudimento, ita nec jus naturale secundum cum primo. Mutuationem humanæ societati maxime videri necessariam. Etiam in primo jure naturali usurpatam. Neutri itaque juri contrariam dici posse quæ in utroque locum habuit. Æquum esse in reddendo mutuo aliquid plus quam acceptum est, sive gratiæ nomine referendæ, sive mercedis inferendæ dare. Gratiæ relatio antiquior, mercedis solutio posterior. Illa à primo jure naturali, hæc à secundo. Illa ex voluntate & arbitrio dantis, hæc ex pactione & veluti ab invitis data. Mutui redditionem cum accessione naturalem esse, multis probatum. Naturalem etiam visam antiquis Iurisconsultis. Etiam citra pactum ex mora deberi. Lex Pauli explicata. Alia multa eodem facientia. Versus Hesiodi explicati. Quid sit μετρεῖσθαι apud eumdem. De his proprie hoc dici quæ mensura constant in mutui datione. Posse tamen etiam hoc verbum accipi de his quæ in pondere & numero consistunt. Μέτρησις Aristoteli pro ponderatione. Μετρεῖν, δανείζειν. Μετρεῖσθαι, δανείζεσθαι. Sic ἱστάναι & ἵστασθαι de his quæ appenduntur ut mutuo dentur, ut ἀριθμεῖν & ἀριθμεῖσθαι quæ numerantur. Mutuum agricolarum quale. Vsuræ in frugibus ampliores permissæ quam in pecunia numerata. Ex æquo has & illas Iudæis prohibitas inter suos, ut concessas eisdem cum extraneis. Procli locus ad Hesiodum emendatus. Non bene referri gratiam, si par pro pari in mutuo reddatur. Idem esse in injuria atque in beneficio. Talionem, si par pari reponat, non rite retaliare. Qui usuras pro pecunia mutuo data accipere nollent, vel lege non possent, saltem munus accipere solitos, idque iis permissum. Mutuum nomine suo non excidere, etiamsi plus reddatur quam acceptum est. De mutua opera & mutua laudatione. Rationes excussæ cur usura pecuniæ

mutuæ contra naturam videantur esse. Contra Aristotelem, qui hujus sententiæ auctor est, disputatum. Non per se usuram contra naturam esse ab eo statui, sed quatenus species est μεταβλητικῆς. Omnē μεταβλητικὴν ab eo improbari, ut παρὰ φύσιν. Tria ejus genera statui, mercaturam, fœnerationem, & mercenariam. Nummi mutuum usurarium ideo contra naturam Aristoteli videri, quod non ad hunc usum nummus sit inventus. Quid ille intellexerit nomine Naturæ. Falsa eum scripsisse, & pugnantia, ostensum. De duplici usu cujusque rei; proprio, & improprio; naturali, & non naturali. an vera ejus sit sententia, examinatum. Permutationem quamdam ab eo agnosci quæ non sit à natura aliena. Quænam illa sit. Nulla tali permutatione opus fuisse, cum omnia omnium essent communia. Permutatio vini cum frumento non magis naturalis quam aliarum rerum, quæ non è terra sumantur. Non operosiorem esse metallorum effossionem, fusionem & flationem, ex quibus nummi cuduntur, quam ars panis & vini conficiendi. Quæ faciliora & paratiora, etiam magis naturalia videri. Frugem pro reditu usurpari non solum qui ex fructibus capitur, sed etiam qui ex silvis cæduis, cretifodinis & lapicidinis. Ὑλοτομία facilior agricultura, & magis proinde naturalis. De modis victus quærendi variis, quos pro naturalibus habet Aristoteles, quorum nonnulli societatem humanam destruunt, & juri naturali vel gentium contrarii sunt. Omnes illos modos non posse exerceri & consistere sine arte aut artificum opificio. Fœneratorem longe in Rep. tolerabiliorem videri latrone. Latrocinium Aristoteli naturale esse; ergo & furtum debere videri tale. Contra naturam esse. Iurisconsultis placere; ergo & latrocinium similiter contra naturam. Bellum, quod ad vim propulsandam paratur, naturale esse, & à jure gentium

tium introductum. Quod vero ad vim & injuriam inferendam geritur, esse contra naturale gentium jus.

EXplicata superiori capite juris utriusque naturalis differentia, jam cuivis potest perspicuum esse, cujus ex juris genere, primo an secundo, originem sumpserit pecuniæ fœneraticiæ mutuum. A jure quippe gentium patet inductum, quod secundum appellavimus, à quo & ceteri pæne omnes contractus initium duxere. Sed non jam quærimus, quo ex genere ortum sit fœnebre mutuum, sed cui generi sit contrarium. Certe planum est, illi generi contrarium dici non posse à quo ortum dicitur habuisse. Nihil enim introductum jure gentium, aut alio quolibet, ut divino, civili, publico, privato, militari, quod contra illud jus faciat, à quo primum fuit constitutum. Non jus esset quod aliqua ipsi sibi contraria statueret, ut nec legis nomine digna foret lex illa quæ sibi pugnantia, aut nocitura sanciret. Constat igitur, à jure gentium institutam fœneraticiam mutuationem, quod secundum jus naturale esse diximus, huic juri naturali non posse haberi contrariam. Restat, ut primo juri naturali contraria videatur si ulli est contraria. Illud sane liquet, ut nec mercatura illo jure cognita fuit, nec permutatio rerum, nec venditio & emptio, nec ullus alius contractus, nec ars ulla; ita nec mutuandi & fœnerandi negotiationem fuisse tum notam, aut nunc esse apud eas gentes, quæ jure illo adhuc utuntur, si jus est appellandum simplex illa & rudis secundum nudam naturam vivendi ratio. Atqui non sequitur, si quid in primo jure ignoratum fuit, quod in secundo, id est, jure gentium, repertum est, id contrarium esse priori juri naturali, quia illud non habuit. Alioquin dici etiam posset quod in artibus & scientiis postremum

ad eas perficiendas inventorum est, rudibus earum initiis esse contrarium: item cum summa manus alicui imponitur operi primæ ejus inchoationis id adversari: finem cujuscunque rei cum principio pugnare: tectum denique ædium & fastigium cum fundamento pugnare. Postquam homines, qui antea dispersi & dissipati agebant, in unum convenire, una habitare, & urbibus, quæ receptacula plurium simul viventium essent, ædificatis, societatem inter se exercere & tueri cœperunt, nulla alia re magis juvari potuisse, certum est, quam rerum omnium mutuatione invicem faciendæ, mutua auxilia dando, mutuas operas conferendo, mutua consilia communicando, mutuos sermones conferendo, mutua beneficia & officia præstando, mutuas res quascunque, quibus aliquis indigeret, præbendo, mutuum denique affectum in omnibus alter alteri testando. Nihil magis post introductam inter mortales, ex jure gentium, dominorum distinctionem, necessarium humanæ societati retinendæ fuisse reperio, quam has mutuationum omne genus vices, & reciprocationes. Cum enim unus omnia habere non posset, sed aliquis aliqua, alius alia haberet, non poterat aliter fieri, quin, quod uni deesset, alteri superesset. Non aliud igitur remedium nec magis naturale provideri potuit, ut aliorum copia aliorum inopiam sublevaret, quam, si qui aliquo indigebat, mutuum id sumeret ab eo qui abundabat. Egenus id accipiebat cum maximo suo commodo, abundans hoc ipsum dabat sine ullo suo incommodo. In communione omnium rerum, qualem fuisse auctores volunt primo illo jure naturali cui eam vindicant, non adeo fortasse necessaria fuerit hæc mutuatio, immo, si illis credimus, prorsus fuerit superflua. Qui sumebat è medio quodcunque sibi opus esset, non habebat necesse à vicino quidquam mutuari, ut nec bestiæ faciunt quæ in communi pascuo pabu-

pabulantur. Ego vero ne tunc quidem mutuandi morem abfuisse mihi persuaserim. Nam & illis temporibus ævi rudioris & innocentioris non omnes homines pari ingenii filo & indole naturam creasse, plusquam verisimile est. Alii tunc quoque nascebantur qui avidi essent & parci; alii prodigi, qui nec in futurum possent consulere. Omni tempore anni terra ipsis victum non suppeditabat. Post autumnum, quo soli fructus sponte nascentes ab his colligebantur, hiems etiam tum sequi consueverat, humi gignentium inops, & nuda, nisi quod nive vestita. Ignavus & in longitudinem parum prospiciens, nisi glandes & arbuta pomave agrestia plura conderet, & in hiemem compersceret, nihil habebat quod ageret, præterquam esurire. Si quis aliquid reposuisset quod sufficere in totum tempus hibernum sibi putaret, & opinionis falsus esset, vel quia prodegisset, vel quia longiora spe frigora fuissent, eamdem famis fortunam experiebatur. Extitisse vero tum plures crediderim, æque ut nunc sunt quam plurimi, animatos, qui & cupidius colligerent, & diligentius conservarent, & parcius promerent quæ ad usum longi temporis suo necessaria victui prævidebant. Hos non solum quantum satis esset, condere solitos ac reponere, sed etiam ut est aviditatis ingenium, cui grandiores esse dicimus oculos quam ventrem, quod sibi supereset, & aliis etiam sufficeret, coacervare & colligere verisimile est. Inertes illos, & improvidos, prodigosque, ab his sollertibus ac parcis, si mutuas, quibus vescerentur, fruges non sumpsissent, quis aliud censeat quam esuritione fuisse morituros? Sic nimirum in fabula Æsopea cicada, quæ totam æstatem, quam longa fuit, cantu strepero contriverat, futuri incogitans præstudio cantillandi, ubi hiems escæ admonuit, quæ nihil quæsierat, ad formicam venit, quam noverat in hiemem sepositse multa, ut ab ea mutuaretur, sed repulsam

repulsam tulit, cum illo responso, quod Æsopus illi tribuit. Sed & sapiens Salomon ad formicam ignavos remittit, ut ejus exemplo sibi aliquando prospiciant. Mutuationis igitur ex jure gentium, sive secundo naturali, ita origo deducenda est, ut in primo, quod cum bestiis commune esse hominibus Jurisconsulti tradunt, non fuisse inusitatam, liquido comprobetur. Neutri itaque juri contraria mutuatio probari potest quæ in utroque jure locum habuisse firmatur. Cum in secundo autem jure naturali, quod gentium vocatur, maximum usum habuerit, ut & ceteri pene omnes contractus, qui inde orti sunt, an huic juri contraria sit, quod nunc solum quæritur, perspici ex eo atque æstimari poterit, si æquitati & societati contraria deprehendetur. Etenim hoc jus gentium, ut societatis humanæ bonum præcipue considerat, cujus tuendæ gratia repertum receptumque est, ita in æquitate naturali totum positum est, sine qua nec societas humana consistit. Ad societatem quod attinet, jam ostendimus antea, nihil æque utile esse ad eam conservandam, quam omne genus mutui, sed illud præcipue quo ad usum & victum necessaria mutuo dantur ei qui indiget, & aliter aut aliunde habere non potest nisi mutuetur, multum incommodi, vel damni, vel etiam mali perpessurus, si non ea ab aliquo accipienda mutuo inveniat. Si æquitatem spectes, nihil æquius, quam hoc modo subvenire alienæ egestati, qua maxime ratione societatis humanæ vinculum retinetur. Verum hujus æquitatis hic rationem non habemus, quæ satis per se apparet, sed illa æquitas in hac quæstione versatur, an justum sit, ut, qui mutuo aliquid ab alio acceperit, in reddendo amplius det quam accepit, vel gratiæ referendæ nomine, vel mercedis persolvendæ. Gratia à volente refertur sine conventione ulla, merces ex pacto præstatur etiam ab invito. Gratiæ relationem magis naturalem

naturalem videri, facile concesserim, vel ex illo naturali jure quod primum appellavimus. Quid enim naturæ humanæ convenientius, quam gratiam pro beneficio accepto referre? Mercedis vero pensitatio ex jure secundo naturali, sive gentium tota videtur descendere, cui & locationis conductionisque contractus, sed & mutuationis fœneraticiæ accepto ferri debent. Prior quidem & antiquior in mutuo reddendo gratiæ referendæ mos: mercedis solutio ut posterior, ita certior. Gratia quippe, quæ in volentis arbitrio reponitur, raro refertur. A gratia igitur referenda ad mercedem persolvendam ideo ex jure gentium ventum est, quia pauci reperiebantur, qui cum ingratis esse liceret, grati esse mallent. Quinimmo gratia illa, quæ referebatur à volentibus ob mutuum acceptum, quid aliud erat, si vero ac suo nomine vocanda sit, quam merces voluntaria, ut merces, quæ nunc pro usu pecuniæ mutuo datæ penditur, gratia est coacta, & ab invitis relata? Hæc igitur ratio primam fœnori dedit originem, eamque omnino naturalem. Arbitrarium ab initio fuit, ut in reddendo mutuo, qui vellet, & quantum vellet, grati animi testandi causa, ad mensuram accepti adderet. Postea id in consuetudinem trāsiit, magis subinde corroborari cœptam, quod ad rem attentiores aliter se daturos rem suam mutuo negavere, propterea quod plurimi ingrati existerent, qui officium suum nollent sponte facere. Postremo consuetudo lege etiam confirmata est, quæ modum etiam huic rei ponere debuit, propter avaritiam & improbitatem quorundam, qui plus, quam æquum esset, ob mutuum dandum exigerent. Enimvero hæc mutui datio, & cum augmento gratiæ aut mercedis nomine recepto, adeo naturalis mihi videtur, ut non dubitem, & inter homines primos, qui glande juxta poëtas victitabant, fuisse usurpatam. Glandis certam quantitatem acervo metiendam, cum modii nondum

dum essent. vicinus, qui abundabat, vicino, qui egebat, mutuam dare solebat, quam iste, mox copiam ejusdem frugis nactus, ut se gratum testaretur, ac memorem beneficii accepti, majore ac cumulatiore acervo reddebat. Nisi hoc feciſſet, frustra alias interpellaturus erat vicinum de glande mutua prębenda, qui in priore beneficio reddendo tam avarum se & ingratum ostendiſſet. Quod honestum fuit, spoute facere, cum homines majorem honesti curam haberent, quid mirum, si lex postea & consuetudo non aliter danebus quam pactione interposita gratiæ referendæ suffragata est, ubi minor grati animi respectus inter homines esse cœpit? Atque inde nata usura, quæ merces est pro usu rei mutuaticiæ ex pactione præstanda, quæ succeſſit in locum ejus gratiæ voluntariæ, quam olim referre homines consueverant, cum vitio ingratitudinis nondum laborarent. Jurisconsultis porro antiquis divinarum humanarumque rerum peritis adeo æquum visum est, rem alienam aut pecuniam diu apud aliquem non manere sine augmento reddendam, ut etiam citra pactionem ex pretio emptionis tardius soluto usuras deberi pronuntiarint. Nec in emptionibus ac venditionibus tantum, sed & in aliis bonæ fidei contractibus id obtinere censuerunt. Eodem refero quod & Paulus scripſit leg. VIII, D. in quibus causis; *Cum debitor gratuita pecunia utatur, posse creditorem de fructibus rei pignoratæ ad modum legitimum usuras retinere.* Ne gratuitam quidem pecuniam, hoc est, gratis mutuo datam, non fenore, sine usuræ accessione diutius apud debitorem remanere, æquum putarunt. Adeo ut creditorem pecuniæ gratuito datæ, si pignus à debitore haberet, de fructibus rei oppignoratæ usuras legitimas retinere posse sanxerint. Atqui dices, gratuita tunc nõ erit futura pecunia, si pro usuris ejus fructus rei pignori positæ retineantur à creditore. Non tamen

tamen vera est conjectura Horomanni, legentis cum negatione, *non gratuita pecunia*. Dixiſſet potius Jurisconsultus: *cum debitor fœnebri pecunia utatur*. Nam passim *gratuitam* & *fœnebrem* pecuniam opponunt. Præterea nulla ratio est, ut creditor, cui usuræ ex debito solvantur, ut fit in non gratuita pecunia, usurarum etiam nomine fructus ex pignore percipiat. Usuras fere omnes supra notavimus ex mora deberi. Præstituta die ita plerumque dabatur pecunia mutua, ut ad diem, quo constitutum erat eam reddi, leviores usuræ præstarentur; si ultra differretur solutio, tum graviores deberentur. Interdum & sine usuris usque in certum diem credebantur pecuniæ, qui cum veniſſet, niſi redderetur mutuum, tum usuras paciſci moris fuit. Alias vero cum gratuita daretur præstituto tempore sine ulla usurarum stipulatione, si moram solutioni sortis faceret debitor, ipso jure & æquitate postulante, tametsi nullum de usuris præstandis pactum interveniſſet, poterat creditor de fructibus rei pignoratæ ad legitimum modum usuras retinere. Hic est casus, qui in Pauli verbis superius debet intelligi. Nullam enim habet actionem creditor ad exigendas usuras quas neque pactus neque stipulatus est, quia gratuitam dedit utendam pecuniam, sine ulla usurarum mentione, sed quoniam eam tantum dedit ad certum tempus, tempore elapso, quod solutioni statutum fuit, ex mora incipiente usuræ deberi, ut ex mora præsti non soluti post rem venditam & traditam. Ceterum quia actionem non habet ad petendas eas creditor, poterit legitimas retinere de fructibus rei fiduciatæ. Inde est, quod, etsi quis sortem tantum deberet, & non sortem sed usuras indebitas solviſſet, reperi non poterant, ut patet ex leg. XXVIII. D. de condictione indebiti. Quod omnino de pecunia gratuita intelligendum est. Harmenopulus: τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς χρεωστῶν κεφάλαιον, τόκους μὴ ἀπαιτοῦντες κομιζόμενοι· οὐδὲ ἀναλαμ-

ἀπαλλαγεῖσι. Non dissimili ratione, cum usuræ non deberentur jure Romano, nisi ex stipulatione, si pignora tamen intervenissent, usuræ ex pacto poterant retineri. Leg. IV. & leg. XXIV. Cod. de usuris. Similiter usuræ, quas supra duplum exigi non licebat, si pignora data essent, eorum occasione & ultra duplum exigebantur. In quibus casibus nullum est dubium, quin & de fructibus rerum pignerataram usuras servare potuerint creditores. Alias, si quis pecuniam gratuitam mutuam dederit, cui solvendæ moram faciat debitor, si ad solvendum à judice condemnetur, ab eo tempore usuræ debebuntur. Vide Harmenopulum lib. III. Tit. de usuris. Verum hic sine judicio, sine actione creditor gratuitæ pecuniæ, post moram factam solutionis, ex pignorum fructibus usuras legitimas servat. Nec cogitanda ulla in illis Pauli verbis tacita antichresis, ut hariolantur Jurisconsulti. Male etiam Tribonianus legem illam Pauli sub titulum eum retulit: *Quibus in causis pignus vel hypotheca tacite contrahatur.* Nullum enim hic tacite pignus contrahitur. Immo sermo est de pecunia gratuito utenda data sub apertis & confessis pignoribus, de quorum fructibus creditor servare potest usuras, de quibus præstandis non convenit. Verum de his adhuc infra. Ex his sane constat, æquitatis naturalis rationem usuras non aversari. Nec antiquissimi philosophorum poëtæ inter præcepta & ὑποθήκας, quibus mortales sui sæculi meliores reddere satagebant, de hoc admonere omiserunt, ut in reddendo mutuo, qui posset, aliquid amplius ad mensuram accepti adjiceret, si non ob aliam rationem, certe ob hanc, ut, si iterum mutuari necesse haberet, promptum ad hoc officium haberet sum benefactorem, cum videret mutuum bene apud gratum & memorem collocari. Præcipit ergo Hesiodus:

Εὖ μὲν μετρεῖσθ' ὠνούμενος, εὖ δ' ἀποδοῦναι
Αὖτις

Αὖτις τὸ μέτρον τὸ λαβὼν, αὔξειν δυνάμενον,
Εἴς θ' ὕστερον χρείης ἐπὶ σοὶ γένηται ἀρωγόν σθένος.

Quæ verba de mutuo intelligenda esse, omnes veteres interpretes consentiunt. Nec id fugit doctissimum Grammaticum Hesychium, qui sic exposuit verbum hoc μείρεσθαι, cum in animo hos versus Hesiodi haberet: Μίσθῳ, δανείζῃ. Μίσθωσαι, δανείσασθαι. Videndum utrum id de omni mutui datione accipi oporteat, an de earum rerum tantum, quæ mensura constant. Cum de agricultura tractet illo opere Hesiodus, & agricolis præcepta det, non de alio mutuo loquutus videtur, quam quod agricolarum proprium est, in frugibus siccis & liquidis dandis, quæ mensura constant. Contra ἰσάσιμον idem Hesychius δανείζειν interpretatur, & ἰσωσαι, δανείσασθαι. Quod debet de mutuo intelligi quod rebus constat in pondere consistentibus. De quo nos paulo post. Ἀριθμεῖν similiter & ἠριθμῆσθαι diceretur de rebus mutuo dandis & accipiendis, quæ numero continentur, ut de pecunia numerata, & aliis quæ numerando dantur. Ita Græcis omnia quæ creduntur in mutuo, quibusque in creditum ire, qui mutuo dat, dicitur, sunt σταθεῖς, aut μετρητοῖς, aut ἠριθμημένοις. Cæterum de pecunia fortasse ideo nihil monuit Hesiodus, quia ejus ætate nondum erat in usu nummus signatus, ut infra docebimus. Poterat tamen & de aliis præcipere mutuo dandis, quæ pondere constant, ut de cera, pice, lardo, plumbo, stanno & aliis. Nam & Homerus χρεῖος ἀπομετρήσασθαι dixit de mutuo reddendo id genus quod in pondere consistit, quod σταθεὶς est, vel σταθμητὸν, ut explicabimus in sequentibus. Nec deerunt, qui sub verbo μείρεσθαι, quæ ponderantur, eram intelligi posse censeant. Sane & Aristoteles in Politicis μετρητὸν de nummo dixit, qui appenditur. Nam certo pondere æris aut ferri gravis, inter initia nummi inventionis, notam, quæ pondere quantitatem exprimeret, imponi soliram scribit,

ἵνα ἀπολύσῃ τὸ μεῖζον αὐτὸς, *ut molestia ponderandi liberaretur.* Ita certe & hoc loco Hesiodi μέτρῳ posset accipi, & pro mutuatione rerum quæ in pondere & mensura consistunt. Cicero tamen in primo Officiorum, *mensuram* tantum vocat his verbis: *Quia si ea, quæ utenda acceperis, majore mensura, modo possis, jubet reddere Hesiodus, quidnam beneficio provocati facere debemus?* Nec aliter sensit Moschopulus, qui μέτρῳ δανείζῃ exponit: Καλῶς μὲν ἦλθε μέτρῳ δανείζεσθαι φησὶν ὁ γνήσιος· καλῶς δὲ ἦλθε ἀποδοῦναι τὸν δι' αὐτὸ μέτρον. Apparet de mensura stricte ac proprie sumpta hos versus intellexisse, non de ea quæ latiore significatu pondus comprehendit, & de his tantum cepisse quæ mensura dantur, ut sunt fruges liquidæ ac siccæ. Sic etiam Tzetzes: ἐὰν δώσῃς τὸν ἀδελφὸν σου δανείζεσθαι ἀπὸ τοῦ σίτου σου, ἀπὸ τούτου δίδουσί σοι πολλοί, λίτραν, κοιλὰς μὲν μεῖζον, καὶ δανείζει φησὶν ὁ γνήσιος, τὸ μέτρον καὶ σταθμὸν, καὶ μεδίμνους καὶ λαμβάνων ἄκρις δανείζει. εἶτα οὖν, ἴλαιον, οἶνον, καὶ τὰ τοιαῦτα, κοιλὰς οἷς ἀποδῷ τῷ γνήσιῳ αὐτὰ τὰ μέτρα καὶ ἐν μεδίμνοις, ὡς ἂν εἶχε τις, καὶ κρείττων, ἵνα δώσῃ, ἐπ αὐξήσεως χαίρει. De solis videtur accepisse quæ in mensura proprie appellata consistunt. Sed sane rerum est de omnibus speciebus Poëtam intellexisse quæ mensura, vel pondere, atque etiam numero, dantur & accipiuntur, excepta pecunia numerata. Quod autem arbitrarium esse in his mutuo acceptis vult Hesiodus, ut accessio etiam fiat in illis reddendis, quo gratum se, qui reddit, præbeat, & lubentiorem in posterum ad eadem sibi præstanda efficiat suum benefactorem, jure etiam civili Romanorum ut liceret, constitutum, & admissa additamenta usurarum ejusdem materiæ, longe etiam ampliora quam in usuris pecuniæ mutuaticiæ, ut infra fusius dicturi. Atque hic est sensus illorum verborum, *additamenta usurarum*, nempe ultra usuras communes augmenta admis-

sa. Leg. XXIII. Cod. de usuris: *Oleo quidem, vel quibuscunque fructibus mutuo datis, incerti pretii ratio additamenta usurarum ejusdem materiæ suasit admitti.* Accessionem simpliciter dari præscribit Hesiodus: Αὐτὰρ τὸν μίσθῳ καὶ λάσιον. In proverbiis Salomonis mentio fit pigri, qui in messe muticum frumentum quærit, nec invenit: Οὐκ ἐξερωτᾷ ἀκαιρίας εἰς ἀμητὸν, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ δανείζων εἰς τὸν καιρόν. Pro quo Symmachus vertit proxime Hebræam veritatem: καὶ οὐκ αἰτήσει ἐν ἀμήτῳ καὶ οὐκ εὑρήσει. Rogabit mutuum in messe frumentum, nec inveniet. Hoc est enim δανείζειν. Æque tamen in frugibus prohibita usura Judæis inter suos quam in pecunia, & utraque pariter iisdem permissa cum exteris. Quod prius in illis rebus obtinuit, quæ consumuntur usu, & ad victum sunt necessaria, postea invento etiam nummo, ut mutuo etiam similiter daretur, introductum, cum accessione & augmento pariter reddendus, ob easdem etiam nempe causas, grati animi testandi, & conciliandæ benevolentiæ, ac lubentiæ ejus provocandæ qui mutuum dedit, quo promior etiam alias ad dandum fiat. Nec enim gratiam referre existimandus est qui tantumdem refert. Reddit enim quod accepit, quod & reddere omnino tenetur. At quod auctarii adjicitur in reddendo quod debetur, gratiæ relatæ vicem habet. Et recte Proclus illa Ἡσιόδου sic explicat, ut poëta per accessionem, quam in reddendo mutuo addi præcipit, nihil aliud velit quam gratiam referri. Cujus verba sic legenda sunt, ac distinguenda: Ἐν τῷ μείζονι τῷ μείζονα καὶ ἀποδίδουσι τὸ δανεῖον σῴζῃ δ' γνήσιος· αὐτῷ τῷ μέτρῳ. τοῦτο οὖν ἐν οἷς ὠφελήσαμεν τὸ δεῖ, αὔξει δανείσας, καὶ λάσιον, ἵνα τὸ κερδαίνῃ καὶ ὁ γόνιμος, αὔξεις δ' χαίρει· ὡς μὴ μόνον, ἵνα ἐπιλάθωμεν, ἀποδίδωμι, μᾶλλον δὲ καὶ πλείω· καὶ ἡμῖν αὐξήσεως τὸ ἐμοὶ δανεισθῆναι τοῦτο γὰρ καὶ πλείονι, καὶ ἡμῖν αὐδὶς χρήζουσιν τοιούτου ἐπαμυνθῆναι δ' γνήσιος· ἐγὼ δὲ καὶ μικρὸν ἢ σωκαθαγρεύ-

πολίτευμα τὸ χαλεπὸν ἐκποδὼν, χαὶ ἅμα αἰδῆ καὶ φόβον ἐμποιῆσαι, ἀσφαλέστατον πρὸς τὸ λανθάνειν γράμμα ἐν ἀγράφοις. Et ἡ περὶ τοὺς τοκίτας ἀσέλγεια καὶ πρὸς τὰ ἐν τοῖς μείζοσι τὸ χρέος ἐκποδὼν ἐποίησεν. *In minoribus contractibus*, inquit, *non relata gratia, nobis obstat ne in majoribus gratificationem mereamur, nosque ut ingratos & beneficio indignos traducit.* Hoc habet certe natura beneficiorum, ut qui prior nobis in aliqua re gratificatus est, aut mutuo dando, aut commodando, non digne, nec idoneè pensationem recipiat, si tantumdem modo accipiat quantum dedit. Par pro pari relata gratia non est gratia, nisi exuperet ac redundet, priorem que in beneficio dando, hoc saltem quia posterior est, exæquare nitatur. Quæ exæquatio non procedit, nisi plus adjiciatur ab eo qui vicem reddit. Nam qui beneficus esse incipit, plus eo ipso fecit, quam qui accipit, etiam si ille paria faciat, dum rependit. Debet ergo, qui tempore posterior est, amplius facere ut pariare possit cum priore. Nec aliter obtinet in injuria quam in beneficio. Qui prior eam accipit, non recte acceptam vindicare se unquam putavere, si talionem tantum reddat, hoc est, dentem excutat pro dente excusso, & non cum additamento, id est, cum usura retaliet. Hinc apud nos vulgari proverbio fertur, primi pugni incussi ictum duobus secundo inflictis æquivalere. Quo significant, si cui mala palma percussa est, non bene sibi ultionem processisse existimare, nisi ambas illi percusserit qui injuriam primus intulit. Pari certe ratione, atque etiam meliore, vices non recte redduntur ei qui prior beneficium dederit, nisi incrementum accesserit, quod quasi usuræ locum obtineat. Hinc illæ loquutiones, opem aut gratiam ab alio petentibus familiares, *fœneratum istuc tibi dices, cum usura reddam.* Ex his omnibus liquido patet, non adeo rationi naturali contrariam videri mutui dationem, & cum accessione redditionem,

nem, quo magis eidem naturæ consentanea censenda sit. Certum quippe est, hac maxime humanam societatem contineri & conservari, si modo, quod ex ea perniciosum potest esse, tollatur, nempe excessus, & quod Græci vocant, τὸ ἐπὶ πλεῖον. Non utilem tantum, sed etiam necessariam esse humanæ vitæ consortio, vel unicum illud argumentum evincit, quod ab omni ævo, & apud omnes gentes eam mutuandi consuetudinem cum accessione & usuris receptam cōstat ante nummi signati usum in rebus omnibus quæcunque in id genus commerci cadere poterant, ut frumento, vino, oleo, & aliis quæ usu consumuntur. Post nummi vero inventionem, nulla gens, quæ usum ejus ac notitiam habuit, non etiam in nummo eam exercuit. Quod summā mutui utilitatem & necessitatem prodit ac probat. Communionem enim illam non patitur desiderare omnium rerum inter homines, quam prius jus naturale habuit, sustulit autem secundum, id est, jus gentium, introducta dominiorum privatorum divisione, *Meique* & *Tui* distinctione. Usuras autem in mutuo reddendo exigi solitas, maxima æquitate niti ostendimus, sive pro gratiæ relatione accipiantur, ut ab amico in amicum collatæ, sive pro mercedis solutione præstentur, ut inter extraneos mutuo dantes & accipientes juris est. Idque adeo æquum & naturale semper visum est, aliquid recipere pro usu rei mutuo datæ, ut Imperatores moderatissimi & omnis inique quæstus inimicissimi certis personis quibus ob dignitatem qua conspicuæ, noluerant licere usuras exigere, munus tamen aliquod accipere permiserint. Alexander Severus, Lampridio auctore in ejus vita; *Senatores, si fœnerarentur, usuras accipere primo vetuit, nisi aliquid muneris causa acciperent: postea tamen jussit ut fœnumeias acciperent; munus tum sustulit.* Sic legendum illum locum in sequentibus dicemus. Ita igitur juris

gentium esse usuras in mutuo exigendas, affirmare possumus, ut nec juri naturali eas repugnare censemus, cum potius ei conveniant & consentiant, quatenus jus naturale primum hac in parte non discedat à jure gentium, id est, naturali jure secundo. Quæ sunt in secundo, & non sunt in primo, non idcirco pugnare cum primo statim dicendum, eique adversari vel contraria esse. Nam sic & multa jure civili constituta sunt, quæ, quamvis non sint ex jure gentium, non tamen ei juri ita opposita & adversa videri debeant, ut illud offendant, multo minus oppugnent, & evertant. Quippe & ipsum jus gentium etiam naturale ubique à juris nostri prudentibus appellatur, ut ante notavimus. Adeo autem consentire & concordare cum illo primo hoc secundum crediderunt, ut & nomine confuderint utrumque, ut in Instit. lib. II. cap. I. Sed & in jure passim testimonia extant quæ id confirment. Et lib. Inst. II. Tit. I. traditur, res venditas & traditas non aliter emptori acquiri, quam si aut pretium solverit venditori, vel alio modo ei satisfecerit additurque, *id quamquam caveatur, ex lege duodecim tabularum tamen recte dici, & jure gentium, id est, jure naturali, id effici.* Quia, inquit Theophilus, naturalis justitia ei adhæret, quum apud omnes gentes æque observatur. Idemque Theophilus lib. I. Tit. II: Ἰουστινιάνα, hoc est, jus gentium, interpretatur τὰ κατὰ πάσης ἐθνικῆς, ἤτοι φυσικῆς. Et profecto, dissentire & alienum esse à naturali ratione, non oportet videri, quod omnes adæque gentes veluti una conspiratione custodiant. Inter exempla juris gentium Theophilus ponit, τὸ χρεώστου δίχωμῆνα χαίρειν αὐτὸν τὸ κεφάλαιον ἀνάγκην ἔχειν ἐφθῆναι. *Ut debitor memorem gratumque se præbeat illi qui sibi in rebus arctis ac tempore necessitatis subvenerit.* Hæc incunabula, ut ita dicam, fuere usurarum. Quod gratiæ referendæ nomine à principio reddi solebat amicis cum

cum accessione acceptæ summæ à volentibus se gratos testificati, postea in mercedem cessit, ubi ignoti ab ignotis eam gratificationem petierunt. Non æquum enim visum est, ut homini alieno & nulla mihi cognatione, aut affinitate, aut amicitia juncto, & vix noto, pecuniam meam aut aliud darem utendum, quin pro usu paciscerer aliquid præter sortem reddi. Si ab amicis mutuum reddentibus gratiæ relatio expectabatur, & expetebatur, quæ in eo consistebat, ut non solũ par pari referrent, sed etiam amplius, quanto magis id exigi debuit ab extraneis & ignotis? Si amici sæpe pro gratis se ingratos præbebant, & fraudabant creditum, quanto magis id metuendum ab his qui amici non erant, ne fidem fallerent? Ideo constringendi fuere pactionibus, cautionibus, syngraphis, stipulationibus, hypothecis, pignoribus, fidejussoribus, ac sponsoribus, quæ partim jus gentium, partim jus civile invenit, & sic adigendi ad reddendum non solum ipsum creditum, sed etiam mercedem pro usu crediti. Mutuum autem non minus mutuum, etiamsi aliquid plus rependatur. Nec enim in omnibus, quæ mutuo fiunt ac dantur, beneficiis & officiis ad exactum par semper mensura potest reddi. Si aliquid superabunder dum redditur, hoc non perdit nec abolet nomen & naturam mutui. Ecce enim, si operam vicino dederit vicinus & huic ille vicissim, sed majorẽ, & in re majoris momenti, nihilo secius dicetur operam mutuam præstitisse. Si aliquem similiter, qui mihi laudandus sit, *maximum virum & incomparabilem*, ut nunc hæc protrita sunt, appellavero, & ille *phœnicem* me *literarum, & principem eruditorum, & illustrissimum, & heroem*, ut sunt hæc etiam pervulgata, nominaverit, mutua nihilominus hæc erit laudatio, etiamsi plus ille mihi regerat quam ipsi ingesserim. Ut si asini vel muli duo alter alterum invicem scabant, quamvis unus ex his qui secundo loco fricabit,

cabit, vehementius socium asellum destringat, non minus tamen de his usurpabitur, *mutua muli*,

—ὀὐς γὸ ἀμοιβαῖοι,

Ἕλκε᾽ λάχωσ᾽, κνίζεσκε κέντρ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλοισι.

Hinc sane auctores Latini *mutuum* passim de usurario ac fœneraticio usurparunt, quod præter capitis summam etiam exigit aliquam usuræ accessionem. Hoc in omnium rerum mutuatione cum semper probicito & maxime naturali habitum fuerit, cur in solius pecuniæ mutuo illicitum habeatur & præter naturam, nihil causæ possum comminisci. Unam quidem & præcipuam video afferri, quæ auctorem habet Aristotelem, qui τόκος φύσει maxime ideo esse vult, quia pecunia ex pecunia quæritur, quod præter usum ejus est naturalem, quæ ad permutandas res comparata est. Sed nullius rei mutuum fingi potest, quin idem dicatur. Triticum mutuo datum cum additamento usuræ, non versatur in usu suo naturali. Nec enim ad hoc habetur. Et sic de aliis. Si quis autem recte Aristotelis mentem attendat, non ille simpliciter fœnus τόκος φύσει esse contendit, quia pecunia pecuniam pariat, nam & in tritico mutuo, triticum quoque tritico generatur, sed quatenus res usuraria pars est τῆς μισθαλλακῆς, hoc est, rerum permutandarum rationis. Quam cur permutatoriam dicere etiam non liceat, una voce, ut *Amatoriam artem* dixit Ovidius, τὴν ἐρωτικὴν τέχνην? Sic enim vetustissima exemplaria, inscribunt libros ejus τῆς μισθωτικῆς, *Artis amatoriæ*. Statuit igitur Philosophus, omnem omnino μισθαλλακὴν, cujus pars est fœneratio, contra naturam videri. Duplicem facit in Politicis rei quærendæ rationem, unam, quam vocat οἰκονομικὴν, quæ è fructibus terræ & animalibus ad victum sibi necessaria cõparat, alterum quam μισθαλλακὴν & καπηλικὴν nominat, quæ in mutandis mercibus versatur, aut mercedibus ex manuum opificio captandis consistit.

consistit. Illam naturæ consentaneam affirmat, necessariam & laudabilem: hanc non secundum naturam esse, eoque vituperandam & rejiciendam, ut minime nimirum necessariam. Verba ejus hæc sunt: διὸ καὶ φύσει ἐστὶν ἡ χρηματιστικὴ πᾶσα, διὰ τὸ πορίζειν τροφὴν τοῖς ζώοις. ἀναλῶσαι δ᾽ ἀνὴρ αὐτὸς, ἢ ἕτερος ὑπὲρ ἄλλου, καὶ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἔστιν οἰκονομικὸς, τὸ δ᾽ οἰκονομικὸς, τὸ τοῦτον μὲν ἀναγκαῖον καὶ ἐπαινούμενον, τὸ δ᾽ μισθαλλακὴς ψεγόμενον δικαίως, τὸ γὰρ κατὰ φύσιν, οὐκ ἐστὶν ἀπὸ τόκου ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ μισθαλλακικοῦ. Vides in genere τὸν μισθαλλακικὸν, ab eo damnari quia fit contra naturam, cujus species est ἡ ἐκ τόκου, usuraria. Quo loco perperam doctus interpres, *μισθαλλακὸν* vertit, *nummi permutationem*, cum sit cujuscunque rei vel mercis cum nummo permutatio. Cur vero illa contra naturam Aristoteli? Quia ἀπ᾽ ἀλλήλων ἐστὶν, hoc est, fit mutuo. Nempe quia homo hominem in quæstu habet, atque alter de altero lucrum facit, non de terræ proventu, vel de animalium fœtu. Quam solam quærendæ pecuniæ rationem naturæ congruere vult. Cum jure, inquit, improbetur permutandarum mercium omnis ratio, meritissimo ante omnes invisa videri debet fœneratio. Non per se quidem, sed quia species est *μισθαλλακῆς*, quam in universum condemnavit, ut naturæ patum consentientem & accommodam. Nam & capite sequenti τῆς μισθαλλακῆς tria genera statuit: primum ac maximum τὸν ἐμπορικὸν, id est, mercaturam: secundum τὸν τοκιστικὸν, fœneraticiam negotiationem: tertium, quam vocat *μισθαρνικὸν*, *mercenarium*. Quo nomine intelligit omnes sellularias artes quæ mercedem ex arte & opificio suo captant, & omnes omnino qui corporis opera & labore victitant, ut operarii, bajuli, & id genus omne. Fœnerationem igitur, quatenus species est *μισθαλλακῆς*, contra naturam facere judicat, quia omnis *μισθαλλακὴ* contra naturam. Cur vero etiam plus quam ceteras

μεταβλητικὰς odio dignam statuat, rationes affert; διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος εἶναι τὴν κτῆσιν, καὶ οὐκ ἐφ' ὧπερ ἐπορίσθη μεταβολῆς τοῦ ἐγγένετο χάριν. Quoniam, inquit, hic quæstus fit, ex ipso nummo, non ex alia re, cujus gratia nummus inventus, cum qua permutari posset. Atqui nummus non ad hoc inventus & signatus est, ut se ipsum amplificaret, sed ut aliarum rerum permutationi inserviret. In hoc usu vero, qui ipsius proprius non est, sed alienus, usura eum auctiorem facit. Atque inde nomen nactus est. Quod enim similis soboles parentibus, nummus autē nummum in fœnore similem sibi gignit, ideo τόκος appellatur. Quapropter, inquit, maxime præter naturam hic rei quærendæ modus. Μεταβλητικὴν ille quidē omnem, ut videmus, contra naturam esse pronuntiavit, quo etiam nomine mercaturam comprehendit & omnia quæstuosa artificia, sed præter ceteras fœnerationem, cum sit genus μεταβλητικῆς, ob eas, quas attulit, causas, quæ jam examinandæ erunt. Ὀβολοστατικὴν vocat, quæ fœnerandi ratio Atticis Athenis longe à nostra dispar, ut non merito Aristoteles tantopere vituperabilem atque odiosam censeat. De qua re paulo post. Nunc videndum, quid naturæ nomine Aristoteles intellexerit, & quam ipsi male cum nostris Jurisconsultis conveniat in hoc naturali jure definiendo, quantumque ipse absurda & pugnantia scribat. Quod priusquam aggrediamur, illud ante omnia considerandum, quisquis mutui sub usuris dandi rationem è republica exterminandam judicabit, quia Aristoteles contra naturam eam esse pronuntiet, debere illum etiam eadem opera omnem mercaturam, & omnia artificia, & operarios omnes, quique oneribus ferendis se locant, & qui omnimodo, quacunque arte & labore, quæstus sui gratia aliquid afferre ad communem utilitatem possunt, à republica ejicere & longe relegare. Nam & illa similiter omnia, in quibus homo ab

ab homine lucrum quæstumve sperare potest, una cum fœneratione, tanquam parum naturali rationi concinentia, procul amandat & amolitur. Quo facto parum abest, quin hominis naturam, jam perpoliti & perfecti, iisdem terminis circumscribat, quibus circumscriptam habent novi orbis rudes ac barbari homines, qui casas temere è straminibus factas capite inclinato succedunt & inhabitant, nudi ambulant, nec ferunt, nec metunt, sed sponte natis ac vulsis radicibus, aut ferina victitant. Nudum sane hominem suum constituere debuit, si per omnia naturæ suæ congruenter eum vivere voluit. Quo enim vestes ad naturam quam fingebat? Si vestes secundum naturam, & earum quoque contexendarum & concinnandarum naturale habendum artificium. Si vestificina, & textrinum, non contra naturam, nec sane contra eamdem fuerit si vestes cum aliis rebus permutentur. Alias dicendum illi foret, unumquemque debere sibi vestem texere, non aliunde parare. Quod sane non multum abest quin dixerit. Quis enim hæc aliter potest intelligere? Duplicem usum cujusque rei esse docet; unum naturalem; alterum minime ex natura. exempli gratia, ut calcei ἥ τε ὑπόδεσις, καὶ ἡ μεταβλητική, *calcei inductio, & ejusdem cum alia re permutatio.* Solus ille naturalis calcei usus, qua pedibus inducitur; non naturalis, qua alii non habenti venditur, & cum alia re, quam is habet, qui calceum emit, permutatur. Non enim calceus ad hunc usum factus, ut permutetur, hoc est, ut vendatur. Ergo unusquisque sutor & calceolarius esse debet, ut secundum naturæ præscriptum vivat. At ego magis eum naturæ convenienter agitare dicerem, qui nudis pedibus incederet. Primi enim homines, ut investes, ita nudipedes agebant, ad quos referendum jus illud naturale primum, de quo supra diximus. Ceterum si calceum inducere non contra naturam est, nec erit profecto contra

contra naturam, eumdem fuere, & alii vendere, aut permutare, & pro eo aut victum in specie, aut pecuniam, qua victus paretur, accipere. Ἀμφότερα φησὶ inquit, τοῦτο ἔξεστι. Τὸ μὲν ἀναπόδοτον τοῦ δανείου τοῦτο ἔστι· καὶ γὰρ ἀναγκαῖον· τὸ δὲ πρᾶσιν καὶ τοῦτο ἢ τοῦτο, ἀλλ' ὃ τῷ εἶναι ἴδιον ἔχειν. ἐπὶ μὲν ἀναγκῆς ἔστιν ἔχειν. Quibus verbis εἶναι ἴδιον ἔχειν, usum, qui rei proprius est, & naturalis, describit. Id enim cuique rei proprium & accommodatum, quod naturale est, id est, naturaliter conveniens. Qui utitur calceo, non ut pedem tegat, sed ut pro eo nummum aut victum accipiat, non secundum naturam eo utitur, quia non videtur futus ad hunc usum ut permutetur. Hac ratione motus, cum aliis sellulariis artibus etiam sutrinam, ut par est, sub tertio μεσοδιαίτης genere complexus est, & cum aliis generibus ex æquo τῷ φύσει esse negavit. Calceus non est factus ἀναγκῆς ἕνεκεν: Ergo præter naturam & usum rei est, quam alteri venditur. Nummus cuius est χρείας ἀναγκῆς: Ergo contra ipsius naturam est, cum in alium usum convertitur, quam cui est destinatus. Atqui calceus non ad alium usum venalis habetur, quam ut emptoris pedes tegat. Ideo sutur ab artifice, ut vendatur. Ideo emitur ab emptore ut pedibus inducatur. Si naturale est calceum in pedibus habere, naturale quoque erit eumdem facere, & vendere non habentibus qui eo sic utantur. Nisi enim fieret, & nisi venderetur jam factus, cum usum, quem habet, pedum tegendorum, habere non posset. Quid enim refert, utrum quis sibi calceum fuat, an alii? Si alii fuit, aut donare illi debet, aut vendere. Si donat, an contra naturam erit? At quid magis naturale? Quid autem si vendat, aut cum alia re permutet? An minus erit? Atqui utrumvis ex jure gentium, quod & naturale vocant Jurisconsulti. Idem de aliis ad amictum pertinentibus dici posse, quis non videt? Id quoque extendit

extendit ipse ad alia pariter quorum in vita usus est: ἐφ' ὧν τὸ αὐτὸ ἔστιν ἐπὶ τῆς ἀνάγκης καὶ ἐπὶ τῶν ἀναγκαίων. Post paulo tamen agnoscit aliquam permutandi rationem quæ non sit à natura aliena, utpote quæ à natura profecta sit. Ea est, qua res ad victum necessarias cum rebus ad victum æque necessariis permutat. Quia nimirum alius alio abundet, alius egeat. Ut autem illi qui abundant, illis qui egent, impertiant, opus fuit permutatione. Atqui vel hoc ipsum nego à natura esse. Cur enim aliis superfit, alius desit, nulla causa est quam naturalem possis approbare. Ut hoc enim fit, aliquid tuum, aliquid meum intelligi necesse est. Quod natura, quæ omnibus omnia communia esse voluit, longe ab se spernit. De ea natura loquimur quam philolophus hic homini adsignat. Hujus naturæ jure, ut & Cicero in Officiis scribit, *privata nulla sunt, sed aut veteri occupatione, aut qui quondam in vacua venerunt: aut bello, ut qui victoria potiti sunt: aut lege, conditione, sorte: ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatium dicatur, Tusculanus Tusculanorum: similisque est privatarum fortunarum descriptio, ex quo quia suum cujusque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit ut quisque teneat.* Ubi igitur omnia debent natura esse communia, nihil cuiquam est proprium. Ubi nihil est proprium cuiquam natura, non potest in re communi quisquam plus possidere quam alius: ac proinde non alteri res superfluent, alterum deficient. Non igitur illa permutatio, qua suppletur alteri quod ipsi deest, ex alterius abundantia jure videatur naturalis. Illius permutationis, quam vult videri esse à natura, exemplum adfert, cum vinum pro frumento datur: hujus autem, quam contra naturam esse adstruit, cum pro vino aut frumento nummus præbetur. Hanc μεσοδιαίτην ab hominibus inventam dicit, illam alteram è naturæ principiis fluere. At ego alteram plus quam alteram

naturæ

naturæ aut atti debere vix censeam. Frumenti quidem cum vino permutationē magis naturalem contenderem quam nummi cum alterutro, si frumentum aut vinum non æque humana industria invenissent quam æs, argentum, aut aurum, unde fabricari nummi. Si nihil cujusquam proprium esse natura admittimus, sed omnia pro indiviso inter omnes communia, jure illo primo naturali nullam terræ partem cuiquam velut propriam addicemus, ex qua aut metalla effodere unde nūmi cudantur, aut in qua frumentum serere ex quo panis conficiatur, possit. Præterea non operosior aut majoris artis metallorum effossio, fusio, nummique adeo ipsius ex metallis formatio, quam frumenti satio, vinique aut panis confectio, mihi videtur. Immo etiam longe minore illa negotio constant. Aurum purum putum plerumque è terra eruitur, quem ἄκεκμον χρυσὸν Græci appellant. Arabes vocant تبر *Tibar*. Ut Geographus Nubiensis de latere aureo regis Ghenæ, quam *Guineam* puto, triginta eum librarum fuisse dicit. معدن ذهب تبرة واحدة, ex auro unius massæ nativæ ἀκεκμου. Hoc si fundatur, fletur & feriatur, nummum dabit aureum. At quantæ molis est, terram junctis bubus proscindere, invertere, arare, idque sæpius, deinde conserere, satum occare, sarrire, deinde metere, tribulo terere vel flagello excutere, vanno & cribro purgare, condere, promere, molere, conspergere, coquere, quæ omnia prius facienda sunt quam panis sit & ad vescendum apponi possit. Nec vinum sane è terra in calicem faciliore cura transit. Cum hæc ita sint, idem tamen Aristoteles, præter illum acquirendi modum, qui ipsi naturalis est, quo res cum rebus ad victum necessarias permutantur, & alterum non naturalem, qui nummi opera res permutat, tertiam quandam

dam rationem mixtam excogitavit, quæ partim naturalis sit habenda, partim non naturalis, ut ὑλοτομικὴν & μεταλλευτικὴν, *lignorum cædendorum & metallorum effodiendorum artem*. Naturalem ea parte utramque probat, quia è terra, non naturalem, quod non è frugiferis rebus quæstum paret, sed ex sterilibus. Quod profecto mirum, quasi nullus hominis quæstus naturalis sit, præter eum, qui è terra capitur, & è rebus quas natura frugiferas produxit. Si rem ipsam spectemus, quæ minus artis habent, minus longe à natura discedunt. At ὑλοτομικὴ, sive lignorum confectio, facilior quam agricultura. Quid enim expeditius, paratiusque, quam arborem cædere, & inde lignari? At ferro opus est ad cædendam arborem. Numquid & terræ proscindendæ ferro non est opus? Natura igitur prius fuit metalla effodere, fundere, & conflare, & inde cultros, & alia instrumenta non solum sylvæ cædendæ sed etiam terræ colendæ idonea comparare. Quod natura prius, etiam naturalius. Sed nec ὑλοτομικὴ ex rebus infrugiferis. Arbores sunt quæ renascuntur & cæduntur. Inde cæduæ silvæ fructus. Haud paulo melius nostri Jurisconsulti, qui *frugem* pro reditu appellari dixerunt, non solum quod ex frumentis, aut leguminibus, verum quod ex vino, sylvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Æque igitur naturalis illis, & merito sane, fructus & quæstus qui capitur ex ὑλοτομικὴ & μεταλλευτικὴ, quam qui ex frumentis, aut leguminibus, aut vino, aliisque frugibus, quæ non minus opera & labore hominum è terra educuntur, quam illa sponte producta eruuntur aut cæduntur. Sed videamus, quam sibi non constet noster philosophus. Qui negabat hoc loco, aliam quærendæ rei rationem à natura esse, quam quæ fructus è terra colligeret. Capite quinto, ubi de modis vivendi tractat quos hominem sponte natura docuit, nec ulli permutationi aut mutuationi sunt obnoxii, eos

sic

sic recenset, νομαδικὸν, γεωργικὸν, λῃστρικὸν, ἁλιευτικὸν, θηρευτικὸν, pastorum, agricolarum, latronum, piscatorum, & venatorum vitam per hæc designans. Atque hi sunt, inquit, βίοι τροφὴν χειδιόστοκα καὶ τοιαύτην ἐκ γῆς καὶ μηδὲ ἀπαγκῆς καὶ κατὰλόγον τοιαύτην τὴν τροφήν. Sed quæro jam, quomodo agricola terram possit exercere sine ferro aut ferreis instrumentis terræ proscindendæ idoneis? Quomodo vero illa habere poterit, quin ea sibi præstitet ab aliis aliqua earum permutatione quæ ipsi abunde suppetunt? A ferrario nempe illa sibi comparabit. Atqui hic μισθαρνία locum habet, quam tamen idem Aristoteles inter eas species permutationum recensuit quæ naturæ non convenirent. Faber autem ille ferrarius ab alio mercatore ferrum, cœmere necesse habebit. Quod nec ipsum sine permutatione ac nundinatione fieri licet. Nam sine per veterem illam permutandi rationem, cujus meminit Homerus, æs & ferrum Græci cum vino & frumento ad Troiam permutare sunt soliti. Mercator ille porro, qui ferrum habet prometcale, ab alio debuit emisse, nempe à metalli opifice sive μεταλλουργῷ. Hæc μεταλλουργία variis etiam instrumentis perficitur, & mixti eam generis facit idem philosophus, naturalis, & non naturalis, ut ante diximus. Quid deinde? Quomodo piscator pisces è mari aut flumine capere poterit, sine piscatoriis instrumentis, quorum etiam tam varia supellex est, & tam varia arte opus ad ea fabricanda, ut nec ea habere sine permutatione piscator, nec artifex sine arte facere, aut sine materia aliunde quæsita possit. Longe illi magis secundum naturam vivunt, quorum Busbequius meminit, qui ab ipso interrogati, quare pisces è vicino flumine, & pisculento, non caperent, responderunt, ideo capi à se non posse, quia captantium manus eluderent. Tunc ille expediri retia, quæ famuli ad hoc attulerant, jussit, magnamque piscium

piscium copiam multum illis mirantibus in littus ex aqua profudit. Retia illa an putamus texi & fieri sine arte potuisse, aut sine ulla nundinatione comparari? De venatoria arte idem respondeo. Jam vero illud quale est, quod λῃστρικὸν βίον è natura esse pronuntiavit, cum fœnerationem præter naturam exerceri asserat? Necari hominem fœnore dicebat Cato. An aliud facit latro? Immo idem, & longe quidem velocius. Uno momento hic hominem peragit, quem fœnerator velut longa tabe conficit. Habere tamen illum latronem etiam arma oportet, quibus vitam adimat. An spoliabant tantum, non etiam necem inferebant tunc temporis latrones? Non hoc ille dicit. Quid magis porro contrarium humanæ societati quam latrocinium? Quid ergo magis præter naturam? Si latrocinium homini naturale, multo magis furtum erit. Non enim omnium hominum idem ingenium, & eadem natura. Alii vulpeculis similes, alii leonibus. Qui viribus valebit, is rapto victum quæret.

Qui potè plus, urget: pisces ut sæpe minutos
Magnus comedit, ut aves enecat accipiter.

Qui imbecillior est, si idem sit callidior, furabitur, cum ille valentior, *arte despecta furtorum, rapere audebit propalam.* Hic etiam nostri Jurisconsulti Aristoteli dicam impingent, quasi furibus & latronibus suffraganti, quorum vitam magis naturæ consentaneam, quam mercatorum, asserit, ne dicam fœneratorum, cum isti furtum naturali jure prohibitum ac natura etiam turpe sanciant. Et merito quidem. Aliud igitur illi jus naturale sequuntur quam Aristoteles. Naturale quippe illis jus est, quod cum ratione hominibus vivere destinantibus à natura bene institutæ insitum est, quæ humanam societatem non destruere sed tueri satagit. Eo jure si quis plus sibi appetat quam debet, aut ipsi ut proprium obtegit, *violabit jus*

humanæ societatis, ut ait Cicero in Officiis. Aristoteles vero eam hominis naturam considerat quæ ipsi cum belluis communis est, quæ, dummodo sibi bene faciant ipsis, aliis nocere nihil pensi habent. Si in ea nuda hominis ac simplici natura maneret, quæ omnia hominibus, ut & animalibus, communia decernit, excusandus foret. Sed cum eam instituat quæ ab illa communitate, ut ita dicam, discessit, ut suum cuique assignet, quod à jure gentium introductum fuit, non leviter in eo peccat, quod & in hanc transfert quæ sunt illius primi juris naturalis quod natura omnia animalia docuit. Ubi enim privata facta sunt, & singulis divisa quæ erant communia, tum recessum est ab illo primario jure naturali quod bestias etiam comprehendit, & aliud inductum hominibus tantum peculiare longe à priore diversum, rationique magis consentaneum, & humanæ societati accommodatum. Tertium itaque jus quoddam naturale admittendum foret, si Aristotelicæ staremus sententiæ, quo daremus unicuique suum, & tamen etiam alienum rapere & furari concederemus. Nemo potest esse agricola, quin suam sibi habeat possessionem, ut privatim sibi adscriptam excolat. Si vero quæ ille conseverit, alius, ad quem nihil hæc satio pertinebit, vi metere & auferre instituat, tum λῃστρικὸς ille βίος inducetur, quem tamen ille vult æque naturalem ut γεωργικός. Inde est, quod & belligerandi artem scribit quoque unum esse ex modis illis naturalibus victus quæritandi. Quippiot, cum sit arti venatoriæ similis & pars ejus? Atqui paulo post dicit, ideo non videri sibi è natura fœnerationis negotiationem, quia lucrum de homine homo ibi facit; & latrocinium bellumque inter eos acquirendi modos qui naturæ consentanei sunt, reponit. An non & illæ de homine quæstum faciunt, quæ bonis suis eum evolvunt, vitaque etiam sæpius exuunt? Bellum quidem Juris-

consulti

consulti à jure gentium introductum scribunt, sed de eo sentiunt solo quod ad vim propulsandam, bellumque injuste illatum à finibus suis arcendum gens, quæ ab alia gente vexatur, parare cogitur. Hæc bella ut à jure gentium orta, ita non lædunt, nec violant humanæ societatis jus, quod jus gentium proprie appellatur. At bellum illud, de quo Aristoteles, quod inter modos vitæ quærendæ recenset naturæ congruentes, non vim vi repellit, sed infert, ut alienum auferat, & illi juri naturali affine est, quod nihil juris aut justiciæ præ se fert, utpote quod belluis commune sit, quo in genere, quæ fortior est ac ferocior, infirmiorem & mitiorem opprimit. Quod longe abest ab æquitate juris gentium, quæ maximam societatis inter omnes homines tuendæ & conservandæ habet rationem.

CAP. XI.

Aristoteles iterum ad partes vocatur. Pro ratione locorum, quæ ab hominibus primum occupata sunt, varios natos vivendi modos. Id multis probatum. Non minus naturalem videri victum homini ex aliis rebus ad esum idoneis, quam ex frugibus quas terra fert. Aristotelem sibi contradicere, qui piscationem, inter naturales victus quærendi rationes ponit, cum tamen neget, alium esse naturalem quam qui ex terra quæritur. De Ichthyophagis & Chelonophagis. Βίος ἠμπορικὸς non minus secundum naturam quam quilibet alius ex illis quos Philosophus in eo albo reponit. Agriculturam vix antiquiorem mercatura videri, saltem illam quam primi homines norunt, rudem ac simplicem. Multas alias artes necessario præcessisse agriculturam, sine quibus illa non quit consistere. Quibus mercatura constat, ut faciliora, ita magis naturalia. Agriculturam inter artes, & quidem operosissimas, ab omnibus poëtis &

 philoso-

philosophis recenseri. Ἔργον & ἐργασία proprie de agricolatione. Cum mercatura erat incognita, ne tum quidem fuisse cognitam agriculturam. Aureo sæculo poëtarum neutram fingi hominibus notam, ut nec alias artes. Omnes simul in medium venisse. Pastorum vitam antiquiorem esse quam agricolarum, ex Dicæarcho monstratum. Varro emendatus & explicatus. Pastoritia vita simplicissima omnium. Tres humanæ vitæ gradus, secundum Dicæarchum. Primum solum naturalem haberi, cum homines ex sponte nascentibus viverent. Hunc fuisse statum hominis ante lapsum. Post lapsum terræ exercendæ pro pœna addictus fuit, ut ex labore suo viveret. Ex primogenitis Adami duobus, alter pastor, alter agricola. Quomodo agricola, cum instrumenta nondum essent inventa terræ invertendæ idonea? Noacus agricola appellatur. Aucupium, venatus, & piscationem, post diluvium inventa. Imperium Noacidis à Deo datum in omne avitium cæli, terræ animalia reptiliaque, & pisces maris, ut iis ad victum uterentur. Permutatio rerum, quæ mercaturæ dedit initium, ab Adami filiis originem cepit. Divitias Patriarcharum non solum in pecoribus, sed etiam in servis constitisse. An naturale servorum dominium. Aristoteli ita visum, qui, quæ bello acquiruntur, naturalibus rei quærendæ modis accenset. Rem pecuariam semper ab omnibus nationibus magni factam. Ante nummi usum pecora pro pretio ad alias merces emendas fuisse. Permutationem cum nummo signato, quæ est venditio, æque naturalem censeri, quam illam quæ fieret olim cum pecore, quando pretii vicem obtinebat. Cum ære & ferro antiquitus, ut cum pecore, peragi solitam permutationem. Hanc Aristoteli naturalem existimatam, non alteram, idque nulla ratione. De origine nummi. Massam rudem certa forma & magnitudine

dine primo placuisse ad hunc usum, mox certo etiam pondere examinatam, cum nota quæ pondus indicaret. Aristotelis verba emendata & explicata. Quid nomine μετρήσεως intellexerit. Interpretes notati. Proverbium, metiri nummos. Βοῦς Græcis pro certo metalli pondere, quod vicem & usum nummi præstitit. Βοῦς quidvis magnum & gravis ponderis, tam in compositione, quam per se. Græci veteres usi verubus ferreis pro nummo. Inde dicti ὀβολοί, qui olim ὀβελοί. Aristotelis de eorum etymo sententia. Quid sit ὀφέλλειν. Pollux correctus. Taliæ ferreæ apud Britannos olim vice nummi. Cæsar emendatus. Massa æris rudis, quæ inter initia nummi usum præbuit, parum discrepabat ab illo ære & ferro quod cum vino mutabant Græci ad Troiam. Ideo inventus ex consensu populi nummus, aut quod pro nummo fuit, ut nemini liceret eum in permutando recusare. Sic expeditior reddita permutandi ratio, impeditissima alias futura. Aristoteles in Ethicis Nicomachiis & Eudemiis illustratus. Nummus sponsor pro futura necessitate. Νόμισμα unde dictum. Iuris esse gentium nummum, ut & ipsam permutationem. Romanis & aliis plerisque gentibus æs grave certo pondere examinatum nummi instar habuisse. Hinc nomen libræ, ex Græco Siculo λίτρα, pro asse librario. Partes ejus unciæ, hoc est, ὀγκίαι, dictæ ἀπὸ τοῦ ἐγκοῦ. Cetera partium nomina, sextantem, trientem, quincuncem, & alia, à Siculis sumpta. Ponderis notam his quoque gravibus Romanorum nummis fuisse impressam. Ex librariis assibus postea sextantarii facti, deinde unciarii, mox semunciarii, postremo & unciæ quartarii. Quomodo, & quando, ibi explicatur. Nunquam postea ad priorem formam librariorum assium rediisse Romanos. Idem pretium æris in gravi nummo ab initio observatum quod in ære rudi. De Laconico nummo

 gravi,

gravi, vel potius ponderis. Plutarchus & Pollux explicati. Quid sit ferri σίνωμα, quid ferrum ἄσημον. Aceto ferrum candens immersum fragile reddi & ineptum ad opera. Nummus Laconicus πλατὺς appellatus, & quare. Plato emendatus. Pondus habuisse illum nummū Æginetica drachmæ, & quatuor tantum areolis valuisse. Non tantum apud Lacedæmonios, sed etiam apud alios æris grāvis nummos percussos. Id testari nomina ponderum nummis imposita Græcis, Latinis, Chaldaïs, & Arabibus. Hinc πλαστὸς, λίτρα, ὀλκὴ, σταθμὸς, פלס, مثقال, & alia. Follis pro nummo, ex Syriaco. Inde & vox Græca ὄλλις, vel ὄλλος. Arabicum فلس pro squama, ex Græco φολὶς. Duo genera apud eos folliū; majus, & minus.

PErgamus cum Aristotele pedem conferre, manumque conserere. Cum varias victus rationes recenseret, quas & maxime naturales putavit, rectius feciſſet si pro locorum ac regionum diversitate institutionem & exercitationem earum assignasset, & has potius quam illas, ab his potius quam ab illis hominibus, & in his potius quam in illis locis primum eas inventas & in actum productas docuisset. Quid enim causæ putamus fuisse, ut mortalium à principio naturam tantum ducem in vivendo victuque quærendo sequentium, alii agricolæ extiterint, alii pastores, alii piscatores, venatores alii, alii denique latrones? Nimirum perinde ut locorum natura fuit, quæ primum his aut illis occupata sunt, & infesta, tales etiam incolæ ex necessitate evaserunt. Cui enim qui longe à mari distitas regiones primi insederunt, agrosque ibi fertiles nacti sunt, agriculturæ potius quam mercaturæ & navigationi animum studiumque adjecerunt? Ratio in promptu est

est vel lippo, atque etiam cæco. Eadem quippe causa est quæ & nautas fecit & navicularios, mercatoresque, quos casus scilicet ad inhabitandam maris oram egerat. Inde Phœnices omnium primi mercaturis institisse, quæ trans maria merces veherēt, memorantur. Stagnorum & amnium piscosorum accolæ piscationi se dediderunt. Quibus silvæ aut propinqua silvis cessere incolenda, operam dederunt venatibus. Ad montana meta compulsi, ut in tutum secederent, si eadem sterilia essent, coacti tandem tempore procedente latrociniis & rapto vivere, quoniam non alia vitæ via suppeteret. Inde olim Isauri infames. Pascuis campi accommodi, salusque, pastoritiæ vitæ viam munierunt. Si qua regio hæc omnia simul habuit, ut & mari vicina esset, agrisque tam pasturæ idoneis quam aratro bonis abundaret, partim nautas, partim & pastores eadem, partimque aratores etiam suos incolas vidit. Ad hæc variæ artes ex solertia hominum proditæ, initium magis invenerunt in illa cæli inclinatione quæ aërem nacta est subtiliorem, quam quæ crassum & paludosum. Ingenia quippe ibi nata subtiliora & inveniendis artibus aptiora, hic obtusiora. A sollertioribus tamen eas repertas postea ipsi etiam tardiores imitari cœperunt, addiscere, & excolere. Cum Aristoteles autem fateatur, piscationi addictos hominum quosdam ex eo præcipue fuisse, quod paludes, stagna, lacusque, aut amnes piscosos accolerent, cur non & in ceteris vitis, quas naturæ concinere videri voluit, idem asserit? Τὸ ἡ πλεῖστον, inquit, μέρος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῆς γῆς ζῇ, καὶ τῶν ἡμέρων καρπῶν. *Maximam partem humanum genus ex terra victum sibi parat, & ex frugibus mitioribus.* Hoc profecto verum est, ubi hujusmodi frugum copiam terra suppeditat. Tum enim ex his fructibus victus maxime hominibus, qui terram illam incolunt, naturalis censendus. Ubi vero frugum tam arborearum quam aliarum proventum

maligna ac sterilis negat seges, quid faciendum? An nulli ibi debent homines esse, nec vivere, ne scilicet vivant alio quam naturali modo? Atqui idem Philosophus inter naturæ convenientia vivendi genera etiam τὸ ἁλιευτικὸν numerat. Non hi tamen è terra, sed ex aqua vitam sustentant, nec ex frugibus, sed ex piscibus. Quam multi enim & fuere olim, & sunt hodie populi, qui alterius victus penuria solo piscatu vixerint ac vivant? Piscem siccum pro pane habent. Immo & ex molito & in farinam redacto panem quosdam confecisse lectum est. Suntque etiam nunc qui sic utuntur. Unde ἰχθυοφάγοι nominati apud antiquos Geographos? Inde certe, quia nihil quod ederent, haberent, præter pisces? Ab eadem causa & χελωνοφάγοι appellati, qui testudinum carne, nec alia re præterea, vescerentur. Hæ naturales nimirum videbuntur Philosopho vivendi rationes, ut & θηρευτικὸς βίος, qui venatu se tuetur. At ferina hunc alit, non fructus è terra. Quid dicemus de λῃστρικῷ? Hic homines ipsos, non feras pro victu habet. Inter naturæ consentaneos victus à Philosopho tamen reponitur. Quid igitur voluit, cum dixit, maximam partem generis humani è terra res ad vivendum necessarias sibi comparare, & è fructibus domesticis & minibus alimenta petere? Sequebatur, ut hanc vitæ speciem solam probaret, ut naturæ præcipue congruentem. Subjungit tamen statim: οἱ μὲν οὖν βίοι τοσοῦτοι ἐχοδὶν εἰσιν, ὅσοι γε αὐτόφυτον ἔχουσι τὴν ἐργασίαν, καὶ μὴ δι' ἀλλαγῆς καὶ καπηλείας πορίζοντο τὴν τροφήν. *Atque hi fere sunt vitæ modi, qui nativam habent exercitionem, nec alimenta sibi comparant permutatione rerum, & mercimoniis emundis vendendisque.* Quæ sunt istæ vitæ? Νομαδικὸς, inquit, γεωργικὸς, λῃστρικὸς, ἁλιευτικὸς, θηρευτικός. Nō video, cur ἐμπορικὸς æque suo jure locum hic tueri non debeat, ac γεωργικὸς, aut ἁλιευτικὸς, aut aliorum, qui ibi nominantur, quilibet. Si plurimos homines

homines è terræ fructibus victū quæritare dixit, & ea gratia τὸν γεωργικὸν βίον ut maxime naturalem homini probavit, cur ea ratio, sive negotiatio, quæ procurat per mercium invectionem ut homines frumento importaticio utantur, minus erit naturalis quam quæ homines aut piscibus pascit, aut ferinis carnibus? Atqui hæc est mercatura. Ubi enim loca sunt maritima, quæ frumenta non ferunt, ea aliunde advehit, & facit ut, qui piscibus in sua patria essent victuri, frugibus terrenis, quem maxime naturalem homini victum Aristoteles censet, vesci queant. His adde, quod vix agriculturam antiquiorem credere sit mercatura, quæ navibus merces per maria in longinquas trajicit regiones, aliasque inde importat. Ut ista primum cognita est & inventa hominibus qui littoralia & oram maritimam accoluerunt, ita agricolationem primos reperisse probabile est, qui mediterranea feracesque in his terras sedibus occuparunt. Ut mercaturam multa alia inventa præcesserunt sine quibus non potuere naves fabricari, ita & agriculturam. Μεταλλευτικὴ ante omnes prodire debuit, deinde ὑλοτομικὴ. Post ὑλοτομικὴν insequuta est τεκτονικὴ. Absque his omnibus agri colendi ratio non potuit in medium procedere, quia nec instrumenta, quibus exercetur, citra ferri & ligni artificia parari potuere. Bryso in Oeconomico apud Stobæum: αὐτίκα γὰρ, οἵκα γεωργίαν τις ἐπιτηδεύοι, ἆρ' οὐ πρῶτον ἦρθαι δεῖ τεκτονικάν; εἰ τεκτονικὰν, δεῖ δὴ χαλκευτικάν. εἰ χαλκευτικὰν, δεῖ δὴ μεταλλευτικάν. Ita hæc verba legenda sunt: *Ecce enim si quis agriculturæ studium persequatur; nonne primum oportet esse lignariam fabricam? Si lignariam; nonne & ferrariam? Si ferrariam; oportet etiam prius fuisse metallifodinam.* Quinetiam addit, præcessisse omnino agriculturam τὴν ὑφαντικὴν, καὶ τὴν οἰκοδομικὴν. Quomodo enim in agris homines durare possent, interdiu terram versantes nudi, aut noctu sine tecto

manere: Ἀλλ' ἵνα ἀγρωλῶν δυνατῶς ἔχῃ, δεῖ σκεύους ἔχειν τοὺς ἐροῦντας τὸ σῶμα. τοιοῦτον δὲ φυλακικὸν καὶ οἰκοδομικὸν ἐστὶ γένος. Hæc referunt interpretes ad μίσθωσιν. *Item ut, qui fodinis vacant, ruri degere possint, corpore tegantur necesse est, ad quos texendos ac domus struendas fabri requiruntur.* Ego ad agricolas ipsos refero. Nam metallorum fossores in ipsis fodinis sub terra etiam hodieque, ut plurimum seminudi agitant, & in specubus effossis dormiunt. At de agricolis Βύσιος loquitur. Ἀγρωλῶν est proprie τὸ ἀγροὺς νεμόμενον. Qui studeat agriculturæ in agris degere necesse habent. Nec rero ruri possent sine tecto agitare. Opus igitur fuit οἰκήσεως. Nec potro terram proscindere de die sine veste. Ad quam parandam necessaria texturna. Etiam in orbe novo cum primum detectus est, quæ gentes ferri usum ignorabant, agricolationem pariter nescire deprehensæ. Naves autem, quibus mercatura ad sua trajicienda utitur, sine ferro & ligno pleræque earum gentium contexunt, quas vocant *Canoas*. Indi quoque olim ex singulis harundinum internodiis naviculas antiquitate teste concinnabant, haud magna arte. Ægypti præter papyraceas fictilibus etiam perlubentur usi. Unde illud Satyrici de Ægyptiorum populo; quem dicit

Parvula fictilibus solitum dare vela phaselis
Et brevibus pitta remis incumbere testa.

Britanni veteres viminei alveis navigabant, quos, ut ait Solinus, *ambitione tergorum bubulorum circumdabant.* Ut igitur facilior mercatura, & magis parabilibus constans instrumentis, ita prior inveniri queat quam agricultura. Illam dico quæ ad summum artis venit, ut hodie exercetur, & olim exercita est. Poetæ sane Græci Latinique Saturni sui aureum sæculum æque ignoraviſſe canunt agriculturam quam mercaturam. Hinc illa Tibulli:

Quam

Quam bene Saturno vivebant rege, priusquam
Tellus in longas est patefacta vias!
Nondum cæruleas pinus contempserat undas,
Effusum ventis præbuerat que sinum.
Nec vagus, ignotis repetens compendia terris,
Presserat externa navita merce ratem.
Ille non validus subiit jugo tempore taurus,
Non valido frenos ore momordit equus.

Ecce mercaturam prius illum nominate quam agriculturam, quasi quæ prius etiam inventa fuerit. Sane si opus ipsum spectes, quanta opera, labore & arte constet, agri colendi rationem cum mercatura de antiquitate non debere contendere, nisi ut posteriores ferat, facile judicabis. Plutarchus in libro de Divinatione post texendi, & ædificandi artes, etiam post medicinam quoad inventionis tempus, eam recenset. Τῶν τεχνῶν, inquit, ὡς ἔοικεν, ἥκιστα ἀναγκαῖον ἐστὶ τὸ ἐργαστικὸν καὶ μισθαρνικὸν ἐξ ἀρχῆς, καὶ μετὰ πολὺ ἐπιφανὲς γενόμενον. Χρεὼν γὰρ ἦν ἐκδέχεσθαι, τὸ δ' ἐν χρείᾳ καὶ ἀναγκαίοις τῶν ἀνθρώπων ἰσχνολογίαν, οἰκοδομικὴν, ὑφαντικὴν, γεωργίαν καὶ ἅπασι τοῖς γεωργίοις ἀναριθμήτους. Plato quoque inter artes eam ponit in Sophista: Ἀλλὰ μὴν τὴν ἐμπορικὴν οὐδὲν πάνυ οἶδ' ὅπως χαλεπὸν μέν τι καὶ τοῦτο διορίσασθαι τὸ τρίτον τῶν εἰδῶν ἐστὶ τὸ ἀνθρώπων, ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνομάσῃς μόνον. Quanti operis res sit, Græci ostendunt, qui ἔργα de agricultura proprie usurpant, & ἐργάζεσθαι, & γῆς ἐργάται. Sed & ἐργάται vocantur operarii qui laborant in terra colenda mercede ad hoc conducti. Hesychius: ἔργα πολλαχῶς μὲν τὰ τοῦ πολεμικοῦ, πολλαχοῦ δὲ τὰ τοῦ γεωργικοῦ. Hinc titulus Ἡσιόδου Operis. ἔργα καὶ ἡμέραι. Eo igitur tempore, quo tellus omnia ferebat omnibus in commune, facillimam fuisse constat hominibus vivendi rationem, ac proinde maxime naturalem. Quæ ab ea longissime distat, eam oportet censeri minime naturalem, utpote difficillimam. Ea est quam confert

agricul-

agricultura. Quod nec dissimulavit his versibus eruditissimus poëta:

— pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primusque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda.

Hic pater Juppiter est, sub quo omnes artes, meditando, exercendo, ab hominum industria inventa & excultas, poëtis placet. Nam, ut statim subjicit:

Ante Jovem nulli subigebant arva coloni:
Ne signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat; in medium quærebant.

Tum omnium erant omnia communia, nulla privata. Atque hæc præ cæteris naturalis vivendi victusque quærendi ratio, non illæ quas describit Aristoteles, quas postea liquet introductas, cum reliquæ artes proditæ sunt, ubi pro se quisque sibi acquirere & propria facere occœpit, quæ ante in medio erant posita & indivisa. Omnes sane illas vitas, quas naturalibus victus parandi modis accenset Philosophus, cum artibus ceteris tum primum invectas, ubi ab illa naturali ac prima discessum est, idem Virgilius scribit:

Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas,
Navita tum stellis numeros ac nomina fecit.

Hic est βίος μαχολικὸς, quem contra naturam esse adfirmat Stagirites Sophus. Sequitur apud Poëtam:

Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inventum, & magnos canibus circumdare saltus.

Hic ἀγρολικὸς est, quod unum ex naturalibus acquirendi generibus esse visum Alexandri Præceptori. Subjicit noster protinus:

Atque alius latum funda jam verberat amnem,
Alta petens; pelagoque alius trahit humida lina.

Ἁλιευτικὸν designat, qui & inter naturales est Aristoteli. Addit Mantuanus vates:

Tunc ferri rigor atque arguta lamina serræ.
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Μισ-

Μισθαρνικὸν & ἀνοσιουργὸν significat; quæ duo genera nec secundum naturam omni ex parte sunt nostro Philosopho, nec in totum contra naturam. Subjungit Poëta, tum demum varias venisse artes, & laborem improbum omnia vincere, durisque in rebus urgentem necessitatem. Post quæ de agricultura subnectit, quando & à quo primum inventa:

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, cum jam glandes atque arbuta sacro
Deficerent sylvæ, & victum Dodona negaret;
Mox & frumentis labor additus.

Atque hic unus est de illis naturalibus, ut autumat Aristoteles, vitæ quærendæ modis, quem γεωργικὸν βίον appellat, quem tamen ceteris omnibus, quæ præcesserunt apud Poëtam, posterius vitæ humanæ cognitum & usurpatum fuisse, prorsus inter omnes convenit. Nam & ferri rigor prius excogitari debuit, & ligni cædendi ars, immo etiam ipsa μαχαιρολικὴ, & permutandi ratio, quatenus absque ista nec instrumenta agricolis idonea haberi potuerunt: nisi eumdem & agricolam fuisse, & fabrum lignarium, ferrariumque velimus. Longe melius Dicæarchus apud Varronem, doctissimus, ut ipse vocat, Philosophus, qui pastorum vitam esse *incentivam*, agricolarum *succentivam*, esse dixit. Quod ita, auctore eodem Varrone, explicabat, cum ostenderet qualis Græciæ vita ab initio fuerit, & doceret, superioribus temporibus fuisse, *cum homines pastoritiam vitam agerent, neque scirent etiam arare terram, aut serere arbores, aut putare: ab his inferiore gradu ætatis susceptam agriculturam.* Quod in Græcia ita usu venisse ait, in aliis etiam regionibus idem contigisse verisimile est. Pastoritia itaque vita, ut prior agricultura, & simplicior, ita etiam naturalior. Nec enim tam multis opus habet quam agricultura. Si nunc ferro tondentur oves, olim vellebantur, unde *vellus*. Quod de illis

locis

locis intelligendum, quæ pastioni accommoda, ut saltus & nemora. Nam mari vicina loca, sterilia fortè, & passionibus inepta, nec agriculturæ apta, mercaturis insistere suos incolas coegerunt. Ac proinde hæc illis vita ex regionis situ æque naturalis videri debet quam pastoribus pastoritia, qui regiones occuparunt ubi pecus pasci posset, aut agricolis agricultura, qui culturæ patientes agros insederunt. Quos, inquit Varro, *agros non colebant propter sylvas, aut id genus, ubi pecus posset pasci, & possidebant, ab usu suo saltus nominarunt. Hæc etiam Græci* νεμέσεις *vocant, nostri nemora.* At pastoritia ista vita quæ simplicissima omnium fuit, eoque naturalior, antiquiorem tamen illam fuisse constat quæ sponte è terra nata ad usum suum victumque sumebat, qualis fingitur à poetis sub Saturno viguisse. Tres itaque gradus humanæ vitæ constituebat Dicæarchus teste eodem Varrone lib. II de R. R. *Igitur, inquam, & homines & pecua; cum semper fuisse sit necesse natura, sive enim aliquod fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Milesius, & Zeno Citticus, sive contra principium horum exitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, & Aristoteles Stagirites, necesse est, humanæ vitæ à summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem, uti scribit Dicæarchus, & summum gradum fuisse naturalem, cum viverent homines ex iis rebus quæ inviolata ultro ferret terra: ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam è feris & agrestibus. Ut ex arboribus ac virgulto, decerpendo, glandem, arbutum, morum, pomaque collegerant ad usum; sic ex animalibus, cum propter eandem utilitatem, quæ possent, silvestria deprehenderent, ut cuniculum, & mansuefecerunt.* Ita legendus, ac distinguendus ille locus, qui vulgo utroque vitio laborat lectionis & interpunctionis. Sequitur statim: *Tertio denique gradu à vita pastorali ad agriculturam descendi-*

derunt, in qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa. Sed notandum in primis est, Dicæarchum in illis Varronis verbis solum illum primum summumque vitæ humanæ gradum naturalem agnovisse, quo homines vixerunt ex his quæ intacta ferro terra ferret; reliquos duos, pastoralem, & agro colendo occupatum, pro non naturalibus habuisse. Et profecto, si naturales etiam isti habendi, non ab eo censu excludenda cetera vitæ genera, quæ simul cum illis cœperunt, aut etiam priora extiterunt, ut mercatura, & varia artificia, quæ totidem etiam vivendi constituerunt mores modosque. Si ad sacras litteras provocemus, quæ veram primæ hominum vitæ continent historiam, ut & ipsius creationis; qualis homini futura erat vita in paradiso terrestri, si non peccasset, in quo ad breve tempus fuit, quia peccavit, talem poetæ sub Saturno rege fuisse fingunt, qui primus ac summus Dicæarcho naturalis vitæ gradus.

—— ἐσθλὸν δ' οὔτις ἄμεινε
Τοῖσιν ἔπι, πημὸν δ' ἔπεται ζοιδὸς ἐπ' ἄνδρας
Αἰνομένοις νοέειν καὶ ἀφραδέως ἔπονεν ——

inquit Hesiodus. Post lapsum primus homo, *in ergastulum*, ut cum Tertulliano loquar, *terra laborandæ datus*, non naturalem tum, sed laboriosam & exercitam agere cœpit vitam, quæ ipsi pro pœna inobedientiæ à Deo creatore imposita fuit. Talem sub regno Jovis adscribunt poetæ, qui haud facilem colendi viam esse voluit, *ut curis acueret mortalium corda.* Hinc ex duobus Adami primogenitis alter pastor, alter agricola exitit. Sed quomodo agricola, cum nondum ferrum esset, quod procudi demum cœptum est à Tubal-Caino, qui sextus inter descendentes è Caino: Per σὺν ἐργαζόμενος fortasse hortorum cultura intelligenda, arborumque insitio, quæ levior & facilior quam agrorum satio. Sed cum eodem capite scriptura dicat, Cainum urbem ædificasse, ac de nomine

nati

nati sui Enochi appellasse, non majoris erat molis urbem condere quam terram aratro invertere. Jubal quoque ibi dicitur invenisse psalterium & citharam. Quæ fabricasse non minoris artis fuerit quam terram proscindere. Certum tamen est, simplicissimam illam fuisse agri colendi rationem, nec accessisse ad eam artem agricolationis, quæ postea progressu temporis cum aliis artibus excogitata fuit. Præterea compertum etiam est, plerasque artium post diluvium demum à Noacidis aut inventas fuisse aut perfectas. Ipse Noacus *agricola* appellatur Geneseos IX. Adverbũ, *vir terræ* איש האדמה. Qui & primus vitisator fuit, ut ibidem dicitur. Ergo & vineæ colendæ ratio, vinique usus ante Noacum ignorabatur. Atqui hæc non minima pars agriculturæ. Aucupium, venatus, & piscatio, ab iisdem instituta, cum antea homines ex solis terræ fructibus viverent, Deus autem Imperium Noacidis dedit in omne avitium cæli, in omnia terræ animalia, & pisces maris, & reptilia, ut ad esum illis servirent. Adamo autem Dominus in comminanda pœna prædixerat fore, ut ex terra comederet, & in sudore vultus sui pane suo vesceretur. Hinc inter nepotes Noaci Nembrodus *potens venator* memoratur. Atque inde ἠθηρευτικὴ originem habet. Atqui permutatio rerum, quæ mercaturæ originem dedit, jam inde à filiis Adami initium, ut videtur, cepit. Cum enim ex his alter pastor esset, alter agricola, verisimile est, quod alter non habebat, cum altero permutasse, pecudum fœtus cum terræ fructibus. Ceterum plerique ex posteritate ejusdem Noaci pastionibus operam dederunt, & in pecore magnam divitiarum suarum partem constituerunt. Quin & servos etiam ancillasque habuerunt, quæ non minima erat fortunarum, quas habebant, portio, ut de Abraamo dicitur, & Loto. Quæ possessio præter naturam esse nescio an Aristoteli videretur; certe Jurisconsultis nostris ita videtur,

detur, quia natura omnes liberos produxit. Antiquissimam tamen eam acquirendi rationem fuisse constat, & quidem æque antiquam ut bellum. Quæ bello acquiruntur, si naturaliter acquiri putavit Aristoteles, non possit inficiari idem, quin justa & naturalis servorum acquisitio fuerit. Bello captos sibi servire cogebant, in quos jus vitæ & necis habebant. Ideo & vendere poterant tam bono ac naturali jure quam cetera quæ sibi legitime comparaverant. Verum de his jam satis superque dictum in superiori capite. Pecuaria porro res non solum ab antiquis Judæis semper magni facta, sed etiam Græcis & Romanis in honore ac pretio habita. *De antiquis*, inquit Varro; *illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit Græca & Latina lingua, & veteres poetæ, qui alios vocant πολύαρκας, alios πολυμήλους, alios πολυβούτας. Quin ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt: ut Argis Atreus, quam sibi Thyestem subduxe queritur: ut in Colchide Æeta, cujus arietis pellem profecti genere regio dicuntur Argonautæ: ut in Libya ad Hesperidas, unde aurea mala, id est, secundum antiquam consuetudinem, capras & oves, quas Hercules ex Africa in Græciam exportavit.* Ut autem nummus ex ære, auro, & argento, pretium aliarum rerum ac mercium postea fuit, sic ante nummi usum pecora ad alias merces coëmendas pro pretio fuere. Hinc apud Homerum arma Glauci aurea, ἑκατόμβοια dicuntur, hoc est, pretio centum boum digna, & Diomedis ærea, novem tantum boves contra emenda. Et falluntur ex veteribus Grammaticis, qui βοῦν eo loco pro nomismate accipiunt, cum ætate Homeri nondum nummus Græcis esset cognitus. Primus inde nummus, qui percussus est, forma bovis signatus fertur, ad indicandum, usum & morem antiquum, quo boves & alia pecora non solum in pretio, sed etiam pro pretio. Οἱ γὰρ παλαιοί, inquiunt

Grammatici, περὶ ἐπιτοκίδιον τὸ νομισματικὸν, ὃ ἐστιν ἀκριβὲς ἐπὶ τῶν δοῦναι ἐπιτόκιον. Sed primo quidem, ut principia omnia rudia sunt, massam aeris grandem ad certum pondus examinati pro nummo usurparunt, quod pretii vicem esset. Aristoteles: τὸ μὲν οὖν ἀνταλλάττεσθαι μεταδόσεως τοῦ ἀναγκαίου τὸ δὲ νομίσματος πεποιῆσθαι χάριν ἐπίτηδες ἐστὶν δῆλον, ἵνα μὴ ἄλυπος ᾖ μεταδιδόναι ἀεὶ γὰρ ἀναγκαῖον ἔσται τοῦτο ἔχειν σημεῖον. Haec verba examinanda sunt. Non enim carent difficultate, & eorum mentem non videntur assequuti interpretes. Dixit paulo ante, quod inter exteros & peregrinos ratio exerceretur rerum permutandarum, cum invehendis iis quibus egerent, tum evehendis quibus abundarent, nummi usum necessario fuisse excogitatum. Non enim ἀλλάττεσθαι, inquit, unumquodque rerum ad vitam necessarium. Ob eam rem ad permutationes explicandas ejusmodi aliquid inter homines convenit dare & accipere, quod ipsum cum esset & inter res vitae utiles, usum exhiberet ad vitam accommodatum & facilem. Ferrum & argentum, & si quid aliud simile metallum, ad eam rem visum idoneum, scribit idem Aristoteles. Subjicit deinde verba quae supra habuimus: *Primo quidem as & argentum simpliciter magnitudine & pondere certo definitum, postremo & signum eidem impressum est, quod quantitatem indicaret, ut molestia appendendi liberarentur.* Haec est mens verborum Aristotelicorum quae citavimus ut hodie leguntur. Ea paraphrastes ita reddidit, vir in Graecis quidem doctissimus, sed quod ex hac ejus versione non apparet: *Quod enim primum rudi adhuc saeculo pondere & mensura esset definitum, tandem illi nota coepit imprimi, tanquam videlicet examinis compendium.* Haec non intelligo; neque ipse fortasse qui scripsit. Μέτρον quidem ibi vocat Aristoteles pensitationem, ut paulo post dicam: sed si distinguas *pondus & mensuram*, ut hic fecit interpres, id fieri non potest quin

quin mensuram in propria & stricta significatione accipiatur. Sic enim Jurisconsulti accipiunt, cum mutui dationem consistere scribunt *in rebus quae pondere, numero, & mensura continentur*, hoc est, τῷ σταθμῷ, τῷ ἀριθμῷ, καὶ τῷ μέτρῳ. At μέτρον hoc loco posuit Aristoteles ἀντὶ τοῦ σταθμοῦ, latiore nempe significatu, qui extenditur non solum ad res quae mensura continentur, sed etiam quae pondere & numero constant. Quidquid enim est quo quantitas dignoscitur, sive in ponderibus sit, sive in numeris, sive in mensuris, id Aristoteli μέτρον appellatur, quod definitur ab eodem in Metaphysicis lib. x, cap. 1. μέτρον ἐστὶν ᾧ τὸ ποσὸν γνωρίσομεν. Et paulo post: ἐνιοῦσι δὲ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις λήψεσι μέτροις, ᾧ πρώτῳ τε ἕκαστον γνωρίσομεν, καὶ τὸ μέτρον ἑκάστου ἐστὶν, οἷον μήκει, οἷον πλάτει, οἷον βάθει, οἷον ταχεῖ. Quae in sequentibus fusius explicat. Hinc ergo τὸν μέτρῳ in his verbis, quae attulimus, usurpavit ἀντὶ τοῦ σταθμοῦ. Pondus igitur est, non mensura. Nec enim mensura, si eam distinguas à pondere, ulla ratione hic conveniet. Numquam enim nummus ad mensuram datus est, sed ad pondus, aut etiam ad numerum, ut pecunia numerata. Nemo igitur possit illud capere, quod scribit paraphrastes, *argentum & as rudi saeculo pondere & mensura primo definitum fuisse.* Quid? an modio tunc expendebantur nummi? Hoc postea factum in signato nummo, aere & argento concisso in facies minutas. Nec tamen ea usitata communiter ratio nummorum expendendorum, sed in eos hoc jactabatur qui tantum viderentur habere in pecunia numerata, ut metiri eam modio possent. Inde illa Horatii:

— dives, ut metiretur nummos.

Et apud Petronium Trimalcionis uxor, *fortunata* appellatur, *quae nummos modio metitur.* Proverbium Graecum est, χρῆσαι μεδίμνῳ λαμπρῶς, de bene nummatis, & profuse liberalibus. Quo allusit & Xeno-

phon in Hellenicis lib. VI: βαλόμενοι εἰ αὖθι ξύλινα τὰ λεγόμενα μεδίμνου ἀποσῴσεσθαι. Si nunquam mos fuit modio nummos metiri, nisi apud eos, qui tam largiter eo abundarent, utrationem aliter suorum nummotum facile inire non possent, multo minus tralaticium id fuerit inter initia & rudimenta æris gravis certo pondere determinati quod pro nummo esset, & præcipue quidem cum expenderetur in permutationibus. Aristoteles præterea dixit, ἐφωδίου τῷ μεγέθει καὶ σταθμῷ, mole & pondere, non *pondere & mensura*, ut placuit Paraphrastæ. Verum ne hic quidem satis assequor quid voluerit Philosophus. Æs & argentum primo ait definitum mole & pondere. Ad certum pondus examinatum fuisse intelligit. Quid opus ergo fuit magnitudinis aut molis meminisse? Ut pondus est, ita etiam moles. Majoris quippe molis massa æris bilibris quam libraria. Vice versa, prout est moles, ita etiam pondus. Nam æs trilibre in majore massa est quam bilibre, & hoc quam librarium. Præterea cum dicat, certo pondere determinatum fuisse æs quod eum inter initia in permutationibus exhiberi solitum fuit, quo pertinent, quæ subjicit, mox signo impresso illi æris aut argenti massæ, certo pondere definitæ, liberatos homines molestia ponderandi, quia signum sive character impressus, quantitatis sive ponderis indicium esset? Quid enim opus hac nota ad dignoscendum pondus, si ejusmodi massæ fierent, quas omnes scirent in civitate id pondus habere? Sic, cum scribit Cæsar, Britannos ære aut ferro ad certum pondus examinato uti pro nummo, nulla nota æs illud aut ferrum insignitum fuisse ostendit quæ pondus testaretur. Non igitur video quorsum pertineat illa notæ posterior impressio, quæ pondus massæ designaret, si eodem pondere, quo antea, massæ illæ, quibus pro nummo uterentur, cudebantur. Exempli gratia, massa æris bilibris primo

mo nummi usum præstitit, postea eadem massa ad hunc usum retenta est, sed cum nota quæ ponderis indicium faceret. Verum cui bono hæc nota, si satis constabat de pondere? Dices, propter exteros, cum quibus contraberetur permutatio, hoc factum, ut hac nota agnita hujusmodi massam pro ære duarum librarum pondo acciperent. Hoc aliquid est, & nihil est. Quis enim cogebat illum peregrinum huic notæ fidem habere? Si sine examine crederet, poterat & non signatam talem massam recipere, quam ex commercio, quod haberet cum illius civitatis hominibus, satis sciret ejus esse ponderis. Præterea si hoc voluisset Aristoteles, satis habuisset dicere, τὸ μὲν πρῶτον ἀπλῶς ἐφωδίου σταθμοῦ. Nihil enim fuit necesse adjicere, μεγέθει, cum pondus massæ certum, constituat etiam certam ejus magnitudinis formam. Hæc cum ita sint, omnino persuasum habeo, scripsisse Aristotelem; τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ἐφωδίου μεγέθει, καὶ σταθμῷ, τὸ δὲ τελεσθὲν χαραγμάτων ὑπέθηκεν. ἵνα λάβωσι τὸ μέγεθος πάντες. ἐγὼ χαραγμὴν ὑπὲρ δ' ποιῶ σημεῖον. Primo habuere massas ferri aut argenti rudis certa molis forma, ut pura pugni magnitudine, aut panis librarii. Ex nummi vicem implebant; sed appendebantur, quia præter propter cum eadem magnitudine fierent, non tamen examussim idem pondus erat in omnibus. Tandem vero cum placuisset, non tantum certa magnitudine eas fieri, sed etiam ad certum pondus examinari, verbi gratia, ut hæc massa pugni magnitudine, etiam libræ pondus exactum haberet, aut duarum librarum, tum & signum quoque inculsum est, quod pondus notaret, ut molestia appendendi abesset. Non enim prius nota massis illis rudibus certa olim magnitudine pro nummo stari solitis imprimi cœpta est, quam & pondus certum justumque iisdem imponeretur, cujus indicium & fidem illa nota impressa faceret. Ab his igitur initiis originem sumpsit, auctore

Aristotele, nummus signatus. Σταθμὸς proprie dicebatur massa infecti metalli, certo pondere formati, ut pro nummo esset. Hinc quidam βοῦν illum veteris Græciæ, à quo res æstimantur, nomine σύνταξιν & βοηλοίαν, unde & mulieres ἀλφεστοβοίας appellatæ, quæ bene essent dotatæ, σταθμὸν fuisse volunt, ut alii νόμισμα. Sed magis illis accedo, qui σταθμὸν fuisse contendunt, si recedendum sit à vera significatione, quam plures ei voci attribuunt. Nam Homerus nummum signatum non novit. At quæ bove æstimantur, non ignoravit. Si bos non est unde ea denominantur, erit σταθμός. Grammatici de συντάξει, & similibus: Οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ νομίσματος ἀκούουσι, διὰ τὸ ἑκατὸν λέγεσθαι, διὰ τὸ τότε τὸν αὐτὸν βοῦν ἢ σταθμὸν εἶναι, τὰ ἑκατὸν νῦν. Si pro σταθμῷ hanc vocem accipiamus, non ab æstimatione boum factam interpretabimur, quod iisdem Grammaticis placet, ut tale pondus pretium bovis aut plurium fuerit, sed à magnitudine sic constabit appellatum. Nam Græcis βῶς dicitur quidquid est magnum, ut in compositione nominum βώνυξ, βώκνις, & similium. Immo & per se pondus & magnitudinem designat. Hesychius: βῶς, βάρος. Non mirum itaque, si & pro pondere certo metalli hæc dictio accepta sit, quæ vice nummi fuerit. Sic Lacedæmoniorum νόμισμα Plato σταθμὸν esse dixit. De quo infra. Grammatici observant, ὀβολὸς Græcis ex eo dictos, quod olim ante nummi usum obelis, id est, verubus ferreis, pro nummo uterentur. Nam Ionet ὀβελὸς dicebant, non ὀβολὸς, de eo nummi genere. Unde & ἡμιωβέλιον apud Atticos τὸ ἥμισυ τοῦ τριωβόλου, quia obolus sexta pars drachmæ. Quantum ex his verubus & obeliscis tenere manus posset, eam summam ideo vocasse δραχμὴν, ἀπὸ τοῦ δράσσω, iisdem placet Grammaticis. Pollux lib. IX, cap. VI: τὸ μὲν τοῦ ὀβολοῦ ὄνομα, εἰ μὴ ἀπὸ πολλῶν βάσεται ὀβελῶν ἐγχωρεῖ σοι ἴδοις ἂν ἀμφότερα, ὧν τὸ μὲν τὸ ὄργανον τὸ ὀβελίσκον ἐδήλου κα-

λοῦσι δραχμήν. Τὰ δ' ὀνόματα ἔοικε τὰ τοιαῦτα κεῖσθαι ἀπὸ τῶν χρήσεων, ὑπόμνημα ὄντα τῆς χρείας τὰ πολλά. Ἀριστοτέλης δ' οὐδὲ τοῦτο λέγει τὸ Σικυωνίων πολίσμα τὸ πρῶτον νόμισμα, ὀβελοὺς γὰρ αὐτοὺς ὀνομάζει λέγων, ὅτι μὴ ὀβελοὺς ἐδήλου τὸ αὐξῆσαι, οὐδ' ἂν δύο τις μόνους ὀβελοὺς ὠνήσαιτο οὐδὲ πλείους. Totus hic locus ita constituendus ex scriptura antiquorum codicum, quos olim contuli. Et notandum, quod ex Aristotelis sententia refert, non ὀβελοὺς dictos esse obolos prius, quod verubus ferreis uterentur ad permutationes, sed ὀβελοὺς, quod virgæ ferreæ essent in longitudinem ductæ, ab incremento & extensione. Nam Græce ὀβελόω est *augere*. Unde ὀβελὸς *lucrum augmentum*. A quo verbo ὀβελόω pro *augeo* & *incresco* aliud deductum volunt τὸ ὀφείλω, id est, *debeo*. Unde ὀφείλημα τὸ αὐξηθὲν ἀφ' οὗ τις τόκος δύναται, de fœnore, quod usuris multiplicatur ac debetur. Quod & Aristoteles opinatus est, ut constat ex sequentibus Pollucis verbis, si recte legantur; nam vulgo sunt corruptissima: ὅθεν καὶ τὸ ὀφείλειν ἀπομνημονεύειν φησὶν οὐδὲν εἰκῆ. Rationem paulo ante attulimus, quam Pollux non vidit. Quæ sequuntur apud eumdem ita corrigi debent: ἐπὶ μὲν τοῦ ὀβελοῦ ὑπερθεμένου τὸ φ εἰς τὸ β, καὶ συβόλειον. Ex his apparet, in ea etiam fuisse Aristotelem opinione, verubus usos veteres in certam longitudinem extensis ferreis, antequam nummus signatus esset repertus. Hoc ipsum forte an sit quod in Politicis scribit, τὸ μὲν πρῶτον ἀπλῶς ἀριθμῷ μεμετρῆσθαι τὰς συναλλαγάς. Non enim certo pondere constabant illa verua, sed cum dabantur inter permutandum, appendebantur. Impolita & aspera fuisse illa verua, sunt Grammatici qui notent ex antiquis: πρὸ γὰρ τοῦ πολίσματος τοιούτοις ὀβελοῖς ἐχρῶντο. *Antea enim obeliscis ac verubus impolitis pro nummo utebantur.* Ideo autem fortasse in Sicyoniorum πολίσματι de his tractaverat Aristoteles, quia Phidon Argivus in Sicyone urbe primum nummum signasse juxta quosdam fereba-

tur, secundum alios Æginæ, aut, ut quidam, etiam Corinthi. Hic percusso nummo collectos omnes obeliscos illos veteres, quorū usus olim vice nummi fuit, in templo Junonis Argivæ consecravit. Sic enim hæc intelligenda: Πέμπων δὲ πρῶτος Φείδων Ἀργεῖος μέτρα ἐκύλινε τὰ Αἰγίνῃ, καὶ ἀργύριον ἀπέλασεν τοὺς ἐθελόντας ἀνάγκαι τῇ ἐν Ἄργει Ἥρῃ. Ἐπειδὴ δ' ἦσαν οἱ ἐθελήσαντες τῶν χρεῶν ἐπιλύειν, ἐκεῖνος, καὶ ὅσα μὴ πεπείκεσαν τοῖς ἐξ ἐθελοῦς, ὁμαχεῖν ἐκέλευε τὸν λιγυρὸν σὺν τοῖς ὀβελίσκοις. Ex quibus colligi potest, non istos obeliscos certo tum pondere fuisse factos, sed solam magnitudinem in his quæsitam, quæ tamen esset in permutando appendenda. Qui primus autem nummus signatus est, non aliud habuit insigne sive notam, quam qua declararetur ejus pondus, ut supersederent appendendi morositate. Quæ omnia confirmant nostram de loco Aristotelico, qua explicato, qua emendato, sententiam. Ceterum in oboli & drachmæ tradenda originatione nugari more suo solito Græcos inferius ostendemus. Non multum aberant à rebus Græcorum taliæ ferreæ Britannorum veterum, quibus ad certum pondus examinatis pro nummo usos eos fuisse memorat Cæsar lib. v de bello Gallico. Nam *Talia* est baculus oblongus, ut σκύβαλα. Sic enim legendum apud Cæsarem: *Utuntur aut ære, aut taliis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo.* In quadam regni Tatarici provincia virgulæ aureæ certo pondere, quod nota adposita testatur, pro nummo solent exhiberi, ut est apud Paulum Venetum. Ad rem nunc ut è diverticulo regrediamur, certum est, massas ferri aut æris rudis informes, aut etiam veruum vel taliarum forma, vel alia quacunque conflatas, usum nummi olim præbuisse, & per hæc rudimenta ad nummi signati inventionem homines pervenisse. Jam igitur quæro, ista æris massa quid habuerit diversum aut discrepans ab illo ære cum

cum quo vinum permutabant Græci? Nam & pondus ejus æris & ferri etiam æstimabatur. Hæc certe fuit differentia, quod tunc ex mercatoribus illis Lemniis, qui vinum in castra Græcorum apportaverant, non alii ferrum & æs pro vino suo accipiebant quam qui eo indigebant, aut qui maxime id volebant. Ceteri, quibus hæc merces non placebat, aut boves, aut pelles bubulas, aut etiam captivos sumebant. Ubi autem semel constitutum est, ut certum æris pondus pro pretio mercis exhiberetur, etiam ille, qui æris non indigebat, nec mercem hanc probabat, eam tamen accipere pro eo, quod venditabat, cogebatur. Non tanti tamen hoc discrimen, ut contractus permutationis, qui olim naturalis fuerat, evaserit non naturalis. Ementium & vendentium utilitati & commoditati sic prospectum est. Quod ubi semel ex consuetudine & consensu receptum fuit, æque haberi debuit naturalis venditio hoc modo celebrata, quam quæ olim fiebat cum massa æris quilibet ad permutandum volentibus oblata. Mos, qui pro lege est, autum effecit, ne liceret venditori rejicere ac recusare æs illud grave quod ipsi vice pretii ab emptore offerebatur. Quod antea nēpe licitum erat. Sed tunc non adeo facilis & expedita fuit permutatio. Cum enim necessitas aut ab altera parte inter contrahentes, aut ab utraque permutationem rerum alteri aut utriq; necessariam inducere soleat, si neuter egeat, neuter volet permutare. Si alter vero indigeat tantum, nec aliquid habeat quod velit accipere is, contra quem rem suam permutare vult, quia ipse etiam rei illius copia abundet, ne tum quidem procedet permutatio. Quid fiet igitur, aut quomodo explicabitur rerum permutandarum ratio inter egentes & abundantes? Nummus, aut quod pro nummo est, huic difficultati subvenit, more & communi omnium consensu receptus, ad hoc, ut qui nulla alia re egeret,

quam pro illa, qua abundabat, posset accipere, hanc saltem speciem non recusaret, quæ sibi quandoque futura esset usui, cum egere & ipse aliqua re cœpisset, quam comparare permutatione vellet. Hoc vidit etiam Aristoteles in Ethicis, tam Nicomacheis, quam Eudemiis. Hæc enim mens est horum ejus verborum: ἐπὶ δὲ τῆς χρείας συνεχῆ δεῖ εἶναι τὸν πόλον, δηλαδὴ ἐπὶ ὅσον μὲν ὁ χρείας εἶναι ἀναλόγως ἢ ἀμφότερον ἢ ὑπερέχει, οὕτω ἀποδίδοσθαι). ἕξωσι γὰρ ὅταν δέωνται ἐν ἐκείνοις, δηλονότι πρ. οἷον οἶνος, δηλώσει οὕτω ἐξαναγκάζει, δεῖ ἄρα τῶν ἐνταῦθα ὑπάρχειν τι φανερὸν ἀποδοθῆναι, ἐν τῷ μηδὲν δίκαιον, ἐν τῷ ἴσῳ εἶναι διὸ δεῖ τὸ νόμισμα. οἷον ἐγγυητὴς ἐστὶ ἡμῖν. δεῖ γὰρ τῶν φίλων εἶναι λαβεῖν. Quæ elegantissima pariter & verissima sunt. Nummus pro sponsore nobis est ad futuram permutationem, si quando egere cœperimus, non recusatum iri cum eum dabimus pro re alia cujus indigemus. Hoc obtinuit, ut sic fieret, mos receptus communi hominum consensu. Inde νόμισμα dictum, quia ὑπάλλαγμα τῆς χρείας γίγνεται κατὰ συνθήκην. Quod & hic in Politicis dicit: διὸ καὶ ἔδει ἀπαλλαγὴν εἶναι τοῦτο τὸ συνθέντα ἀεὶ ἐφὰς αὐτὰς διδόναι καὶ λαμβάνειν. Sed de voce νόμισμα, quare sic appellatum, nos infra pluribus. Necessitas igitur, ἡ χρεία Aristoteli, genuinum μέτρον est, ac naturale rerum permutandarum: nummus subsidiarium, ex more & instituto. Atqui omnis permutatio, etiam illa quam habet Aristoteles pro naturali, partiter à lege, vel certe consuetudine, quæ instar legis est, originem accepit. Certe juris est gentium, ut & ipse nummus; quem juris gentium esse, utpote ab omnibus fere aut plerisque gentibus receptum, nemo neget. Permutatio ipsa rerū inde est. Ubi enim privata nulla natura, ut supra dicebamus nulla permutatio ullius rei quasi propriæ potest esse natura. Sed persequamur gradus & numeros nummi ad perfectionem tendentis. Primo metallum rude magnitudine & mole certa tantum determinatū. Deinde

de ad certum etiam pondus examinatum, cum nota impressa, quæ ponderis esset indicium. Hinc Romani æri suo gravi, cum assibus uterentur librariis, notam incusserunt quæ pondus ejus significaret. Sciunt enim antiquarii, reperiri hodieque hujusmodi asses, in quibus ab una parte visitur globulus ὀβολοῦ, qui unius libræ argumentum exhibet. In dupondio ergo duo hujusmodi globuli expressi & extantes, duas libras pondo habere, monebant. Quinimmo & semisses veteres inveniuntur, dimidium libræ examussim pensantes, in quibus notam eam videre est qua Romani olim semissem designabant, & quidem aversam hoc modo ⊇. In trientibus & quadrantibus assis, globulos similes, sed minores, effigiatos cerni, non latet antiquarios qui eos possident, ad numerum unciarum denotandum. In Romano quadrante gravis æris manus aperta ostenditur, cum tribus sphærulis, quæ numerum trium unciarum repræsentant. Monuit me per litteras olim Amplissimus Peirescius, penes se esse nummos æris gravis Etruscos, in quibus triens manum similiter exhiberet expansam, non supinam, ut in Romano quadrante, sed inversam, cum quattuor sphærulis, quæ quaternas trientis uncias figurarent. Hinc patet, non solum Romanis grave æs pro nummo à principio fuisse in usu, sed etiam plerisque aliis gentibus, cum ære signato uti cœperunt. Siculi λίτραν vocarunt æreum nummum oboli Æginæi æstimatione, quo nomine etiam *libram* pondo appellabant, quia nimirum obolus ille æreus pondere λίτραν esset, hoc est, libræ. Inde librarios suos asses Romani mutuati & imitati sunt, qui æque, ut Siculi, in duodecim æreos nummos dividebantur, quos ὀγκίας illi dixerunt, διὰ τὸ ὀγκᾶν, quia, minimi pretii cum essent, ὄγκον tamen & molem habebant, utpote qui duodecimam libræ partem penderent, sive minæ æris, quam illi λίτραν. Inde illi singulas etiam partes

sui

sui assis denominarunt. *Sextantem* ex nomine Sicilo ἕξας. *quadrantem ex τέτρας. Trientem* ex τρίας. *Quincuncem* ex πεντάγκιον. *Semissem* quod illis ἡμίλιτρον, hoc est, semias libratius, & sic alia, de quibus latius in sequentibus erit dicendum. Librarios autem illos asses Romani inter bellum Punicum primum, necessitate æris alieni cogente, & penuria rei pecuniariæ, cum sumptibus par non esset respublica ferendis, ad sextantariorum pondus redegerunt. & sic quinque partes lucri factæ. Postea iterum secundo bello Punico, Annibale urgente, ex sextantariis ob eandem publicam inopiam unciarii facti. Postremo lege Papyriana semunciarii. Ita certe Plinius lib. XXXIII, cap. III. Nec unquam postea restituta antiqua illa æri assis in moneta forma, ut necessitate cessante redierint ad illud grave æ librarii assis, quemadmodum temere & falso opinati sunt viri doctissimi, quos in eum errorem induxit Festus ea parte mendosus, à quo, per septennium tantum duralle sextantariorum assium formam, eruditi acceperunt. Sic enim ille; qui in re ipsa etiam à Plinio dissentit: *Sextantarii asses in usu esse cœperunt ex eo tempore, quo propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreverunt patres, ut ex assibus, qui tum erant librarii, fierent sextantarii: per quos, cum solvi cœptum esset, & populus ære alieno liberaretur, & privati, quibus debitum publice solvi oportebat, non magno detrimento adficerentur. Septennio quoque anno usus est, ut priore numero: sed id non permansit in usu, nec amplius processit in majorem.* Corruptissima hæc Festi postrema verba, & falsissimam concinnant sententiam. Ex Plinio quippe & aliis auctoribus constat, non per septem annos tantum in usu fuisse sextantarios asses, & post id temporis restitutam priscam formam librariorum. Immo contra constat, etiam postea imminutum bis eorum pondus. Nam ad semunciarios reducti sunt asses sextantarii lege Papyria. Sic igitur emendanda sunt: *Semunciario quoque usus est, auctiore numero: atque id permansit in usu, nec amplius processit in majorem.* Postea etiam, inquit, populus usus est semunciario asse, quod lege nempe Papyria obtinuit, auctiore vel ampliore numero, quia nimirum pro senis assibus, qui in libram æris incurrebant, ex libra viginti quattuor facti, qui tantumdem tamen valerent ac sextantarii. Nam & cum sextantarii facti ex librariis, tantumdem quoque valere jussi sunt. *Atque id*, inquit, *permansit in usu, nec amplius processit in majorem.* In majorem, nempe numerum. Non plures in libra æris asses in posterum cusos significat, sed semunciarios in usu permansisse. Quod de suo tempore Verrius aut Festus potuit affirmare. Atqui certum est, etiam postea imminutum quoque dimidia parte eorum pondus fuisse, adeo ut quadraginta octo ex libra æris signati fuerint, ac quadrantem unciæ singuli habuerint. Quod quando institutum fuerit, non liquet. Omnes tamen ex antiquis auctores, qui de re nummaria, aut de ponderibus, scripserunt à temporibus Antoninorum, assi æreo Romano quadrantem tantum unciæ attribuunt, & dupondio semunciam; sestertio æreo, qui quattuor asses pendebat, unciam. Ita enim apud Africanum legi capite de ponderibus & mensuris, idemque apud alios etiam inferioris ævi reperitur. Idque experientia & αὐτοψία confirmat. Nam asses, quicunque viluntur sub Imperatoribus signati, hoc pondus non excedunt. Unde τετράγκιον Lucio Cleopatra vocari unciam scribit. Quod est sestertius quattuor assibus pondere ac pretio par. Apud Marcellum Empiricum de ponderibus & mensuris: *Tetrassarius semuncia est.* Quod ex Græcis hausit. Ergo as tum unciæ quadrantem habuit. Et mentio hujus τετραγκίου apud Arrianum in dissertationibus Epicteti.

Quod

Quod nos in nostro de re nummaria pluribus confirmabimus. Ut eo revertamur, unde summus digressi, cum primum nummi percussi sunt, gravioris ponderis omnes ferme facti sunt, præcipue in ære aut ferro cusi, ut ne ab antiqua permutationis facie res nimirum exorbitans deterreret venditorem. Ecce enim, cum permutatio fiebat alicujus mercis cum ære aut ferro, si exempli gratia dolium vini cum æris magna & gravi massa permutarem, æs illud accipiebam ut ad opus aliquod ex eo fabricandum converteretur. Repente mutato instituto qui pro gravi æris pondere minutula aliquot frusta acciperet constus esset, novitate rei percussus, à tali permutatione abhorruisset. Idcirco quando communi consensu in aliquo populo obtineri cœptum est, ut æs aut ferrum certo pondere definitum daretur, & acciperetur, quo expeditius permutationes procederent, non longius primo discessere à sollenni æris pretio quo æstimabatur in antiquæ permutationis usu. Ea de causa gravioris etiam ponderis à principio nummum fieri oportuit, ut idem ferme pretium haberet quod antea habere solitus esset cum vicem nummi non impleret, quod hodieque in argenteis & aureis nummis fere observatur. Exemplo hoc illustremus. Antiqua permutatione, quæ nummi usum præcessit, in permutando cum ære, frumento, unum frumenti verbi gratia modium cum æris aliquot libris aut ferri permutari mos erat. libera nempe tum permutatione unum æs an rem aliam vellem pro meo frumento accipere. At ubi more recepto fuit ut in omnibus permutationibus æs, certa mole & pondere formatum, pretii & æstimationis loco cederet, nec à quoquam refutaretur, non tanta immutatio & imminutio ponderis in ære illo fieri debuit, ut, cum aliquantas libras æris antea pro uno modio frumenti acciperem, nunc accipere mihi necesse esset, æs puta semunciarium. Hoc satis

satis visum est in nova illa recipienda consuetudine, qua certum æris pondus pro nummo æ pretio mercium institutum est, si omnibus permutationibus inserviret, modo ab antiquo æstimio non discederetur. Ideo librarii, atque etiam majoris ponderis nummi ærei à principio sunt percussi, quioetiam adeo magni, ut nota his imprimeretur, quæ pondus proderet, ut appendendi abesset mora. Quod adeo verum est, ut Lycurgus in sua republica, cum nummum ferreum feriri curasset, gravissimæ molis & ponderis, qui vilis tamen esset pretii, etiam aceto candens intingi id præceperit, quo ad opera redderetur inhabile. Ex quo liquet, ita suum in illo ferreo nummo pretium ferro servarum, ut tantumdem aliquis lucri facere posset, si ferrum illud ad opus aliquod fabricandum converteret, quam si pro nummo expenderet. Noluit tamen Lycurgus ferrum illud, quod in nummum verterat, alium usum habere quam nummi. Idcirco ut operibus esset inutile, aceto intinctum fragile reddi curavit. Cujus rei hanc causam videtur habuisse, ne ullas mercatoribus exteris ad suos aditus esset, qui ad luxuriam pertinentia inveherent. Nihil enim erant habituri quod inde possent loco mercium quas importassent, exportare. Res suas cum nummo Laconum ferreo non commutassent, si pro nummo acciperent, quia nummi ex ferro ut nullius usus, ita nullus respectus in reliqua Græcia. Si pro merce essent reportaturi tanquam aliud ferrum fabricæ idoneum, id ne fieret caverat Lycurgus, qui vim ejus ineptam ad opera aceto candenti infuso reddiderat. Verba Plutarchi in Lycurgo: Ὅλῃ γὲ, ὡς λέγω, λόγῳ πόρῳ σιδήρῳ τὸ νόμισμα πολλοστίσας, ἀφέλκυσε τὴν ἐκ τῶν ἀναγκαίων καὶ ἐπιτηδείων, ἀδόκιμον καὶ ἄχρηστον ἐμποιήσας. In vita Lysandri idem dicit paulo aliis verbis: Τῶν δ' ἐπὶ ξένοις ἀσκήσεων, ἀφ' ὧν μὴ ἐξῆν μεθοσπορεύεσθαι εἰς πόλεις, οὐκ ἐᾶν μὲν ἐμπορεύεσθαι δίκαιος ἦν, ἀπὸ λόγου τοῦ βαρέως ἄπορον ἐχεῖ ἀδηκοῖς χρῆσιν. In eadem re

re narranda Pollux eodem nomine usus est lib. IX. cap. VII: σιδηρᾷ δὲ νομίσματι καὶ Λακεδαιμόνιοι χρῶνται, ὃν πεμπὰς ὀγκᾶται ἰλίγῳ δωκράβῃ, ἧττ ᾧ καὶ τὸν ἀκμὸν εἰς τὸ ἄγαν εὔθρυπτον ἐπιτήδειον. Id est, *restinguunt ejus vigorem aceto, ut fragile fiat.* Vir doctus, qui in libro de Re Nummaria aceto restinctum scribit, ut ita mollius, & ad opera foret inhabile, nescivit molle ferrum ad opus in primis haberi idoneum, & molle opponi fragili, quod nimirum non est flexibile, sed facile frangitur. Alio quidem loco idem Pollux ἄγαν de ferro interpretatur μαλακὸν, lib. II, cap. IV, sed alio significatu, & alio respectu. Nam de acie ferri ad scindendum comparata loquitur, & ἀτόνῳ ξίφει & ἐπιμυλίῳ exponit. τονῷ, id est, acutum, ut contra obtusum & acie molli gladium, quique facile retundatur, ἄγαν & ἀκόνητον vocari dicit. Acies ferri maxime indurata, maxime ad scindendum apta. Hinc σίωμα, atque etiam χάλυψ, pro ipsa ferri acie. Quin & ferrum induratum, ex quo gladii & cultri fiunt, χάλυψ inde appellatum, & *aciarium* Latinis. Huic opponitur μαλακὸν, cujus acies facile obtundi potest. Alia ratione durum differt à fragili, in operibus. Quod non facile frangitur, id σίωμα habere dicitur, id est, duritiem, ut contra ἄγαν habetur, quod ἀδρὺς & fragile. Nemo certe ferrarius faber nescit, mollitiem ferri ad opera magis requiri & expeti quam fragilitatem. Quo sensu molle, quod non facile frangatur, idem erit cum duro & lento, maximeque flexibili. Plinius tradit lib. XXXIV, cap. XV: *ferrum aceto aut alumine illitum fieri æri simile*, hoc est, æque fragile fieri ut est æs. Nam capite, quod præcedit, differentiam ferri primam in genere tertiæ ait esse, & cæli. *Alias molle tantum plumboque vicinius subministrare, alias fragile & erosum.* Plato in Eryxia ἀχρεῖον fuisse ad alia ferrum nummi Laconici scribit: Ὃ δὲ Λακεδαιμόνιοι σιδηρᾷ τινὶ νομίζουσι, καὶ τοῦτο οὐδὲν ἀχρεῖον.

ἀχρεῖον. Καὶ ὁ πολὺ τοιοῦτος σίδηρος ὃ τοῦτο κεκτημένῳ πολὺν ἀποδίδωσι δυσὶν εἶναι, ἐπεμὼν δὲ ἀδύνατος ἄξιον τὸ κλῆρον. Sic legenda hæc ejus verba. Nam in vulgatis pessime est: καὶ τοῦτο ῥᾴστον τοῦ ἀχρείου & σιδήρου. Posset tamen etiam legi: καὶ τοῦτο ῥᾴστον ἀχρείου & σιδήρου. Sed quia præcessit, σιδηρᾷ τινὶ, vix videtur repetendum. Quam grave pondus illius nummi Laconici fuerit, vel hinc patet, quod Plato τοιοῦτος vocat, non νόμισμα. Lacedæmonii, inquit, τοιοῦτῳ σιδηρᾷ νομίζουσι, id est, *ferreo pondere pro nummo utuntur.* De mole nummi Laconici ferrei constat vel ex nomine quo vocabant. Πίλλους illis dicebatur nummus ille sive ferri pondus quod βαρύτατον & δυσκατεργαστον fuisse refert Plutarchus. Græcis πίλλος genus est libi vel panis, satis magni, cujus formam habuit. Ex pondere ipso, quam magnus ille nummus fuerit, etiam colligi potest. Ægineticam minam pondere æquasse, scribit in Apophthegmatis idem Plutarchus, & quattuor tantum æreolis fuisse æstimatum. De eo fine dubio intellexit Hesychius his verbis: Πίλλους, τὰ στρόγγυλα Λάκωνες. Illi enim Idiomate suo Πίλλους dicebant, qui ceteris Græcis πίλλους. Plutarchi verba hæc sunt ex Lycurgi Apophthegmatis: ἀλλ' ὁ νόμισμα πρὸς αὐτοὺς ὀλίγου εἶναι, μέγα δὲ τὸ σίδηρον ἐκτυπῶσθαι, ὃ ἦν μετὰ χεῖρα λίθος, δυσὶν μὲν χαλκοῖ τέτταρσιν. Quattuor æreis, dimidius obolus, hoc est, duodecima pars drachmæ Atticæ, cum Æginæa mina ad Atticam esset, ut sunt decem ad sex, ut infra dicemus, cum de ære gravi Romanorum agemus. Ex his perspicuum est, ferri, cum in ipsa specie permutatio ejus ad alias res fieret, non potuisse vilius pretium dari quam in ipso nummo, qualis à Lycurgo percussus est. Vix enim minoris potuit tunc libra ferri emi quam quattuor æreolis, qui duodecimam drachmæ sive Realis argenteæ partem facerent. Atqui nummus ferreus pondere minæ Ægineticæ apud Lacedæmonios, hoc est, libræ plus quam unius & dimidiæ,

midiæ, quattuor tantum hujusmodi æreolos valebat. Xenophon in republica Laconica adeo gravem hunc nummum fuisse significat, & adeo vilem, ut ejus quantitas decem minarum pretio æstimata carro vehenda esset, & magnum spatium in domo occuparet: Πρῶτον μὲν νόμισμα τοῦτο κρίνουσιν, ὁ δέκα μνῶν ἄξιον εἶναι ξύλου, ὥστε δεῖσθαι, ἵνα οἰκίαν ἐπισκήψῃ, ἁμάξης καὶ βοῶν πολλῶν. καὶ ἡ χώρα μεγάλης καὶ ἁπλέτου ἀργυρίου δεῖται. Vocat νόμισμα, id est, nummum, cum Plato τελμῖν appellet, id est, pondus, quasi nummus signatus non fuerit, sed tantum ferri moles certi ponderis. Quod & nomen testatur, quo vocabant, τέλαντον. Pro nummo multis habitum non fuisse, etiam fidem facit Trogus, qui scribit, Lycurgum Lacedæmoniis, *emi singula non pecunia, sed compensatione mercium, jussisse.* Vide Justinum lib. III, cap. II. Tale vero æs grave Romanorum τελμῖν potius quam nummus, etsi signatus, qui non pluris valeret in nummo quam in massa rudi. Nec secus fuit de aurea & argentea pecunia, cum primum ferire cœpit. Etsi enim non tam gravi pondere percussa est, ut ærea & ferrea, pretium tamen idem habuit in nummo quod habebat in massa informi, cum eo modo cum aliis mercibus permutaretur. Qua de re suus erit dicendi locus infra. Nec apud Lacedæmonios tantum hujusmodi graves ex ære aut ferro nummi, inter initia inventionis signati, sed etiam apud alias gentes, ut Siculos, Terentinos, Romanos, immo & alios Græcos. Quod satis testantur nomina nummorum, à pondere fere omnia formata. Ut à maximo incipiamus, τάλαντον Græcis & Iaucis nomen est, & ponderis, quod certa nummorum summa coacervata traheret. Nec dubito, quin primitus eo pondere in ære nummos fuerit signatus. Ubi autem discessere ab ære gravi, ponderis nomen in argento & auro remansit de ea aureorum & argenteorum nummorum quantitate quæ id pondus exæquaret.

ret. Τάλαντον pro nummo olim fuisse usurpatum, argumento sunt varia talentorum apud varias gentes genera, quæ cum minimum valerent, pro nummis proinde antiquitus in usu frequentata constat. Festus: *Talentorum non unum genus. Atticum est sex millium denarium. Rhodium & Cistophorum quatuor millium & quingentorum denarium. Alexandrinum duodecim denarium. Neapolitanum sex denarium. Syracusanum trium denarium. Rheginum victoriati.* Quæ verba nos alibi explicamus. Ad Syracusanum quod attinet, trium tantum denarium fuisse, confirmatur testimonio Aristotelis, ut à Polluce refertur, lib. IX, cap. VI: τὸ μέντοι Συρακόσιον τάλαντον ἐλάχιστόν ἐστιν. τὸ γὰρ δεκαπέντε, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, πεντεκαίδεκα καὶ ἑπτὰ τὰς νόμισμα, τὰ δὲ ὀκτὼ δύο καὶ δέκα. Qui trium esse denarium Talentum Siculum ex Latinis auctoribus notavit, νόμισμα apud Aristotelem ea significatione accepit quam nummus sestertius apud Latinos haberet. Duodecim autem tales nummi, tres denarios efficiunt. De quo inferius. Rheginum autem talentum minus Siculo, cum omnium minimum fuisse tradat Syracusanum Pollux. Nam victoriatus talenti nomine apud Rheginos vocabatur, qui sunt duo nummi sestertii, idemque erat cum Quinario Romanorum sive dimidio denario. Sic multis aliis minutis nummis ab antiquo instituto gravioris æris, à pondere nomina imposuerunt pleræque nationes. De nomine λίτρας jam diximus, quæ & pondus & nummum Siculum significabat, libræ pondere, minimi pretii. Sed & minutum postea nummum sic appellarunt, postquam grave æs reliquerunt. Pollux lib. IX, cap. XXIV: καὶ μὴν οἵ γε Δωριεῖς πεντηκοντάλιτρον πάλιν μὲν νόμισμα τὸ λίτραν πρὸς τὸ ἑπτάλιτρον, πρὸς δὲ τὸ τάλαντον πᾶν. Græci ἑλκεῖν vocant drachmam & pondus. Σθένος quoque iidem appellarunt quattuor drachmarum nummum, σθένειν ἐστὶν ἕλκειν, quod est pendere. Unde

Σφυρὰ, ponderaria. Et Σφῦρος Hesychio Pondus. Quod Æolibus Σπυρος & Σπυρὶς, mutato, ut solent, *A* in *O*, & ejecto sigma, ut etiam moris habent, Πυρος. Hinc suum *pondo* & *pondus* inserta littera *N* Latini fecerunt. Sic ex λίτρα *Luster*; & ex θυσανίς, ut olim scripsere, *Thensaurus*. Hebræi etiam שבו genus nummi à pondere nominarunt, quem Græci ab his Σίκλον vocant. Ita פלס *phales*, nomen libræ est & stateræ apud Chaldæos, qui etiam & Siclum, פלס *phales*, hoc est, שכל, sic appellarunt. Ex quo Latini recentiores suos *folles* pro exiguo nummo usurparunt, qui & *follem* quoque pro aliquot nummorum coacervatione dixerunt. Quam vocem Græci perperam per τὸ βαλλάντιον reddiderunt, ut Epiphanius, & alii, cum eorum sit, à Chaldæis vel Syris acceptam esse, quibus verbum פלס est ponderare & trutinare. Unde פלס nummus minutus, & plurium numorum & aliarum rerum pondus. Arabes quoque ab eadem origine فلس *phalas*, de minuto nummo, qualis est *Follis* Latinorum, dixerunt. Duo interpretes Novi testamenti, quem Erpenius edidit, & quem scriptum habemus, in Luca فلسين reddiderunt δύο λεπτά. Pro quadrante tamen iidem interpretes, quæ duo erant λεπτὰ, vocem فلس reddunt, quasi duo genera follium fuerint, majorum & minorum. Ab ea voce Syriaca *Phalis* nihil est dubii quin & Græca φόλλις deducta sit. Nam olim ἄφολλις & ὄφολλις dicebatur, ut magna est affinitas inter has duas litteras φ & β. Sic ex *Phrat*, fecerunt Εὐφράτης: ex κῆφι, Αἰγύπτιοι. Ex טובא Aiscan, qui Hesychio ramus lauri est. Ita addito ε in principio, ἔφολλις vel ὄφολλις, ex *phales*. Etiam Arabibus فلس est squama piscis. Sed nihil hæc cum folle nummi. ex Græco quippe est, φολὶς φολίδος. Arabes

bes porro iidem drachmam quoq; appellant مثقال, *Mitgal*, à pondere. Quæ omnia exponuntur in nostro de Re Nummaria, quibus hic locum esse noluimus, nec esse debuit. De drachmæ appellatione, quam Græci perperam in suo natam putarunt, ἀπὸ τοῦ δράσσεσθαι, aliunde eam ad ipsos pervenisse, non minus quam ὀβολὸν, inferius docebimus.

CAP. XII.

De origine & progressu nummi. Quid in eius usu mutatum à pristino permutationum more. Cur electum potius metallum, ut nummi ac pretii ad res permutandas vicem subiret. In pretio metalli, cum nummus ex eo primum cusus, nihil declinatum ab antiqua metalli rudis æstimatione. De auri, argenti, & æris proportione inter se. An pretia mercibus ante nummum repertum sua fuerint. Fuisse, ostensum. Ærei nummi graves, quales ab initio cusi, pro metallo rudi plerumque in permutationibus accepti. Nummus pro paravio fuit, & proxeneta ad exæquanda rerum pretia. Pretium unde dictum. Falsa Varronis originatio, nec vera Isidori. Ex Græco νέμειν deduci. Inde etiam Interpres quasi μεσιτεύειν. Eum dici qui Græce ἀγοραστὴς, & ὠνητὴς, & ἀγοραῖος. De permutationibus quæ naturales, quæ non, contra Aristotelem disceptatur. Permutatio rei edulis cum eduli an magis ex natura, quam rei ad vescendum aptæ cum metallo aliquo, aut cum ære signato. Invento nummo id genus permutationis proditum quod Aristoteles καπηλικὴν appellat. Non velle cauponarium reddere interpretes ex æquo omnes, & paraphrastas. Κάπηλος quo sensu sumendus apud Aristotelem. Quemcunque negotiatorem eo nomine accipi qui mercibus mutandis

quæstum facit, quem Græci μεταβολὴν appellant. Inde μεταβλητικὴ omnis talis negotiatio, quæ & καπηλικὴ Aristoteli. Vox κάπηλος duplicem habet notionem, generalem, & specialem. Speciali cauponem sive tabernæ vinariæ exercitorem vocari. Αὐτοπωλικὴ & μεταβλητικὴ duo genera ἀγορατικῆς à Platone ponuntur. Apud eumdem μεταβλητικὴ rursus in duo genera subdividitur, in ἐμπορικὴν, & καπηλικὴν. Platoni longe differre καπήλους ab his quos Caupones Latini vocant. Platoni καπηλικὴν speciem alteram τῆς μεταβλητικῆς, Aristoteli sumi pro omni μεταβλητικῇ. Alias καπηλείαν esse diversam ab ἐμπορίᾳ. Lex Solonis apud Caium emendata & explicata. Quæ differentia sit inter κάπηλος, ἔμπορος, & βαναύσους. De artibus sellulariis; cur ita dictæ. Ἑδραίους τέχνας Græcis, dici & βαναυσικάς. Quinam proprie ἔμποροι vocentur. Qui κάπηλοι, iidem & ἀγοραῖοι Græce. Herodotus & Nymphodorus explicati. De mercatura stataria & vaga. Lex Thebana apud Aristotelem exposita. Quomodo ἡ ἀγορὰ in ea lege sit accipienda. Qui de omni mercatura accipiunt, falli. Opifices sellularii etiam ἀγοραῖοι dicti. Quid sit Latinis foraneus & conforaneus. Opifices suas artes vendidisse negotiatoribus καπήλοις appellatis; qui eas aliis civibus porro vendebant. Inde discrimen inter negotiatorem alicujus artis, & opificem. Mercatores Ciceroni qui Græcis ἔμποροι. Cociones Latinis nuncupatos qui Græcis κάπηλοι. Vnde dicti cociones. De his tria loca Petronii emendata, & Plautus explicatus. Quintilianus in Declamationibus emendatus. Quid sit καπηλεύειν μάχην apud Æschylum. Aliud esse, Cauponari bellum, apud Ennium. Vertere, Latine eadem significatione, quæ Græce μεταβάλλειν de mercibus, quæ in vicem, aut pretio mutantur. Inde versura, usura; quæ Aristoteli species est τῆς μεταβλητικῆς.

Inde

Inde & Vertumnus Deus, præses rerum vertendarum, id est, emendarum ac vendendarum. Κάπηλοι etiam pro cauponibus apud Græcos. Copones non à copiis sed à Græco κάπη, vel potius Æolico κόπη, quæ idem cum φάτνῃ, vel præsepi. Taberna absolute pro taberna vinaria vel copona. Κάπη etiam τροφὴ, unde ἀμοκάποι, qui ex eadem mensa viverent. Καπήλα Tarentinis forum carnium. Macellarii Latinis qui carnes venderent. Macellum unde dictum. Errare Varronem in ejus etymo. De propola, & copa, & tabernario. Καπηλεῖον apud Aristotelem etiam de œnopolio. Locus ejus explicatus ex problematis. An differant πανδοκεῖα & καπηλεῖα? Qui sint proprie πανδοκεῖς, qui κατάκτῃ. Adventores Latine dici qui Græce κατάκτῃ. Vnde καταγώγιον diversorium. Diversoria taberna. Quid distent caupones & stabularii, caupona & stabulum. Quid sit σταθμὸς, στάσις, ξενόστασις, ξενὼν, ἱππόστασις, ἱππών. Stabulum etiam pro caupona. Stabula, proprie dicta quibus jumenta accipiebantur, adjuncta fuisse diversoriis. Quid distet stabulum & præsepe, στάσις & φάτνη. Locus Lucæ explicatus. Sic differre apud Talmudicos אכסנאות & ארוות. Φάτνη aliquando pro præsepi. Quid sit καταλύμα, καταλύσις & καταλύσιν. Καπηλεῖον & καπηλείαν differre. Καπηλεῖον idem esse cum πανδοκείῳ. Apud Platonem aliam esse πανδοκίαν & καπηλείαν. Male interpretes apud Platonem πανδοκίαν vertere stabulariam & καπηλείαν cauponariam. Alia quædam.

HÆc igitur origo fuit, hic progressus nummi, quem superiori capite exposuimus. Primo æs rude, & aurum argentumque infectum, aliaque metalla, in permutationibus versabantur, quæ æque esset liberum recusare ut res alias, si quis aliud mallet, aut eo metallo non egeret.

 Deinde

Deinde constitutum, & publico consensu admissem, ut æs grave aliudve metallum certa forma & magnitudine figuratum pro pretio mercis cujuslibet in permutandis rebus cederet quod respuere non liceret. Cur enim respueretur, quod æque aliis, pari conditione & lege æstimatum, inter permutandum expendi posset? Postremo ut ponderandi carerent molestia, ponderis etiam nota insignitum exhibitum est. Tum alias pro libito notas unaquæque civitas imposuit, de quibus in Opere de re nummaria lautissime. Nihil igitur immutatum aut innovatum in hac re primitus fuit ab antiqua ratione permutandi, nisi hoc unum, ut æs aut ferrum, sic flatum ac formatum, cum qualibet alia merce commutari posset, communi omnium quasi compacto & conventione ita sanciente, ut nemo ejusdem civitatis aut gentis iret contra. Metallum potius ad hoc electum, quia potest servari ac perennare, donec aut voluntas, aut occasio, aut etiam necessitas domino nascatur eo emendi quod libuerit. Etenim si res alia eorum, quæ usu & tempore deteruntur, aut depererunt, adsumpta ad hoc fuisset, necessitas permutandi plerumque prævertisset voluntatem, aut occasionem possessoris, ne res amitteretur citius, si non mutata foret. In pretio autem metalli nihil declinatum aut discessum à prisca æstimatione, quam habuit cum liberæ essent permutationes, id est, cum metallum hoc vel illud, priusquam in nummi speciem transiisset, liceret vendenti pro rei suæ compensatione non recipere. Exempli gratia, ponamus alicujus rei commercium inter duas nationes, quam altera ab altera debeat sibi comparare vel pretio nummi signati, vel antiqua commutandi ratione. Græci sericum à Persis petebant. Finge, eo tempore petitum id à Persis quo nondum nummi aurei signati usus apud Græcos fuit; vel fac, Persas nummum Græcanicum in compensatione serici noluisse recipere, sed

sed malluisse aurum purum putum non signatum. Libra serici cum libra auri vulgo commutabatur. In veteri permutatione, quæ obtinuit ante nummi inventionem, Græcus mercator, auri libram dando infecti & rudis, libram serici à mercatore Persa abstulisset. Pone, mercatorem istum Græcum aurum non habere, sed argentum. Quoniam semper servata est proportio inter ipsa metalla ex raritate ipsorum majore, aut perfectionis gradu differenti, vel etiam ex usu frequentiore, immo, si vis, etiam ex opinione hominum, quæ omnia caritatem rebus conciliant, ut carius eo modo habitum est semper aurum quam argentum, videndum erit qualis sit differentia auri & argenti in communi mercatorum conversatione & negotiatione. Et hoc quidem poterat cognosci ex ipsa permutatione horum metallorum inter se. Apud quos enim argentum in venis nascebatur, id permutabant cum iis qui aurifodinas apud se habebant. Fuit tempus in Græcia, cum auri ratio ad argentum decupla esset. Libra igitur auri æquiparatur decem libris argenti. Mercator ille Persa, qui commercium habet cum Græcis, hoc non potest ignorare. Pro libra itaque serici sui quam vendit, si aurum non habet Græcus mercator, loco auri libræ quam acciperet, non dubitabit denas libras argenti accipere, quia tantumdem valent. Idem erit de ære, idem de ferro, & aliis quibuslibet metallis. Atque hæc quidem de prisco permutandi modo, qui nummum præcessit. Nunc veniamus ad ipsum nummum. Ex libra auri fac ab initio nummum percussum fuisse cui nota impressa sit, libræ pondus significans. Duos hujusmodi nummos qui dabit, nonne idem dabit ac si duas libras appensas exhiberet auri rudis, quale antea locum in permutationibus habebat? Finge, ex una auri libra non singulos aureos nummos percussos, sed denos, vicenos, tricenos, aut etiam centenos, nonne eadem

res fuerit? Profecto graves illi nummi librarii non ex auro & argento flati primo fuere, sed ex ære & ferro. Et in his duobus metallis principium & originem nummi, qualem supra explicavimus, constituit Aristoteles. Verum, ut dixi, nullum discrimen est inter majorem & minorem numerum nummorum certo pondere percussorum & certa forma, dum pretium in his idem servatum examussim statuamus quale fuerat rudi metallo ex quo formati sunt. De quo in sequentibus dicturi amplius sumus. Nec vero est quod quis dicat, ante nummum nullum fuisse metallis pretium, quasi ex nummo, aut cum nummo pretia rerum inventa sint ac prodita. Immo non æstimationem rebus posuit nummus, sed ut facilius poneretur, præstitit. Ex copia & inopia rerum apud permutantes æstimatio procedebat, prout aut merx rara pro rara daretur, aut rara pro vili, aut pro vili vilis. Inde datum accepto exæquabatur, aut superabatur. *Mancipiis locuples eget aeris Cappadocum rex*, inquit Satyricus. Hinc vilia ibi mancipia, æs carum. Ideo mercatores mancipia inde advehebant in Græciam ære permutata. Cupide enim merces eo deferunt negotiatores, ubi sciunt ex raritate, bene, quæ invexerint, vendi posse, bene, quæ inde advehant, ex vilitate emi, quæ carius in patria vendant. Nummo reperto plurimæ tamen gentes diu eo caruerunt, cum quibus & quæ nummum admiserant, modo prisco, moreque, id est, permutatione, commercium agitare necesse habuerunt: ut cum Indis & Seribus Græci olim, postea Romani. Præterea ante aureos & argenteos nummos signatos cum æreis aut ferreis tantum locus esset, non solebant exteri mercatores eos recipere, nisi si ferro aut ære egerent. Tum non pro nummo sed pro metallo hujusmodi nummos suscipiebant. Quod & in veteribus nummis ex auro argentoq; pluries usurpatum olim scimus, qui ab usu recesserant, ut pro merce vende-

venderentur & emerentur, id est, vice metalli. Postremo etiam post pecuniæ aureæ argenteæq; usum, cujus inventum posterius ærea & ferrea, si non pura esset, mercatores, cum sua darent, merces alius generis quam tales nummos accipere malebant, ut dicam in sequentibus. In his omnibus, ut nemini obscurum est, permutatio non potuit perfici sine pretio & æstimatione. Æstimatio autem in eo erat posita, ut sciretur, quantum quis ex aliqua re, pro tanto ex alia, in permutatione dari deberet, sive pondus ageretur permutandum cum pondere, numerus cum numero, aut mensura cum mensura. Quinimmo & admetiendæ species sæpe tum quoque permutari solitæ cum adnumerandis, & adnumerandæ cum adpendendis, & adpendendæ cum admetiendis. Quarum rerum inter se commutatio cum ipsius proveniret, ob conventionis in mercibus æstimandis difficultatem, aut ipsorum contrahentium morositatem, per proxenetas & interpretes conciliandæ erat, qui quantum æquum esset, pro tanto dari diudicabant, & æstimabant. Horum interpretū inter vendentes & ementes maximus olim in Græcia usus fuit, quem ab eo tempore cœpisse existimo quo res rebus mutabantur, nondum invento nummo. Nam nummus postea pro parario & proxeneta fuit, ad exæquanda mercium pretia, ut inferius suo loco reddam. Προξένους Græci non tantum vocant hujusmodi permutationum mediatores, quod generalius est ad omnia quæ per interpretem geruntur vocabulum, sed etiam proprio ad venditiones emptionesque nomine ἀφετῆρας & ἀγοραίους dixerunt. Προξένοι dicuntur Philostrato, cujus locum infra producemus. Aristoteli ἀγοραῖοι. Sic enim legendum apud Pollucem lib. VII. cap. 11: ὁ δὲ τοῖς παρὰ ποσὶ πωλοῦσι, ἀφετῆρας, ἢ Δημοχάρης καὶ Ἰσαῖος ἀγοραίους ὁ Ἀριστοτέλης καλεῖ τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλοῦντας Πλάτων. Male vulgo: Ἀγοραστάς.

Lysiæ

Lysiæ sunt ἀφ' ἑαυτοῦ. Non igitur, ut ex his constat, pretium ex nummo rebus impositum est quod antea non esset, sed expeditiorem ejus rationem nummus effecit. *Pretium*, ait Varro, *quod æstimationis emptionisque causa constituitur, dictum à peritis, quod hi solum possunt facere vetta id.* Periti illi, quos dicit pretium fecisse, quia recte id facere norunt, sunt illi, quos dixi, proxenetæ, qui adhibebantur ad constituendum pretium & æstimationem ponendam mercibus inter vendentes & ementes, hoc est, permutantes. Sed nugatur more suo doctissimus Romanorum, cum à peritis *pretium* deducit. Nec verius Isidorus, vel auctor unde habet, *pretium dictum esse eo, quod prius illud damus, ut rem quam appetimus possidere valeamus.* Hujus etymi auctor respexit priscum in hac voce scribendi, sed vitiosum, morem, *pratium* pro pretium. In omnibus quippe etiam antiquissimis libris ita semper scriptum reperi. Sic *praces* pro *preces* in antiquis inscriptionibus occurrunt. Id Græce πρᾶσις, quasi merces quæ vendenti daretur, id est, παρ' ἀγόντος. Facilis & tralaticia *A* in *E* mutatio; ut ἔρξ, *forex*; Κρανέ, *Hurpex*; & similia. Inde quoque *interpres*, *interpretis*, proprie qui ὁ μεσοπράτης Græcis, quasi μεσοπράτης, medius inter vendentem & ementem, aut duo vendentes vel ementes. Nam antiquo permutationis ritu uterque ex æquo venditor simul & emptor erat. Nomen ad alia postea translatum. Verum de his etiam infra. Nunc cum Aristotele ferram ducere pergamus. Permutatio illi, rei edulis cum eduli, naturalis videtur. Cujus erit generis, si res ad vescendum apta cum metallo permutetur, ære puta, aut ferro rudi, nec in nummum signato? An non & illa naturalis videbitur? Vix aliter queat dici. Puto tamen, si quis eum interrogasset, dicturum fuisse mixtam sibi videri, non mere naturalem. Quid ita? Quia metalla ex terra quidem, non tamen frugifera, sed

ἄκαρπα. Hanc rationem habuit, cur fingeret tertium genus rei quæstuariæ, inter naturalem ponendum & non naturalem, quæ partim secundum naturam sit, quatenus ex terra, partim contra naturam; Οἷον δὲ γῆς, inquit, καὶ ὁ λίθος γῆς τινος μόριον, ἀκάρπου μέν, ἐξ οὗ δὲ τὰ τήγματα καὶ πᾶσα μεταλλευτική. Si hæc vera sunt, permutatio, qualis in castris Græcorum ad Troiam fiebat, ferri & æris cum vino, ex parte quidem vini prorsus habebitur secundum naturam, ex parte æris aut ferri mixta quodammodo, naturalisque simul, & non naturalis. Si quis igitur & triticum cum ligno permutasset, aut ad ædificandum idoneo, aut ad ignem faciendum destinato, idem diceretur, quia & lignum ex his est quæ ex terra quidem nascuntur, ideoque naturale est, sed quia ἄκαρπον, ea gratia minus naturale. Quæ profecta mira sunt. Sed accipiamus quod ab eo petrigitur. Vetus permutatio cum ære rudi, utcunque naturalis est. Cur cum ære gravi, ad pondus certum formato, ut facilior sit permutatio, non erit naturalis? Quantula hæc mutatio quæ rem naturalem in non naturalem queat convertere? De priore permutatione dixit Aristoteles totidem verbis: ἡ μὲν τοιαύτη μεταβολικὴ οὐκ αἰσχρά ἐστι φύσει, οὐδὲ χρηματιστικῆς ἰδέα οὐδεμία. *Hæc permutationis species, neque contra naturam est, neq; ad genus quæstuariæ quicquam pertinet.* De altera, quæ fit opera ac beneficio æris signati, subjungit: τοιαύτης δὲ ἡ τοιαυτὶ οὐκ ἀναγκαίας ἀπαγῶν, ἀδόκιμος ἐστὶ χρηματιστικῆς ἰδέα τις ἡ καπηλική. *In vento nummo ex necessaria permutatione altera species quæstus faciendi nundinatoria emersit.* Sic enim malim reddere, quam cum eruditis paraphrastis & interpretibus, *Cauponariam*. Scio, aliquando Græcos καπήλους eum dicere, quem Latini *Cauponem*, qui tabernæ nempe vinariæ præest. Ceterum de eo non hic proprie loquitur Aristoteles, sed de quocunque negotiatore, ac mercatore qui mercibus

cibus mutandis quæstum facit, qui μεταβολικὸς, & μεταβολεὺς Græcis dicitur. Et μεταβολικεύω idem appellat nundinationem quamlibet, quæ nummo negotiatur, eoque suas merces mutat. Quam μεταβολικὴν omnem, quæ nummo utitur, pro non naturali habet, & καπηλικὴν hic nominat. Sic enim Græci veteres plerumque hanc vocem usurpant. Pollux, qui tamen per abusionem ita sumi notavit: καὶ τὸ κολλίζειν εἴρηται μὴ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ μείζω πραγματευομένων, καὶ ὅτε ἀθρόως. ἴσως δὲ καταξαινόμενόν τι λαχάνου, ὅπερ καὶ τὸ κατακόπτειν ἐπὶ τοῦ πανδόκου λέγουσιν. Ita legendus ille locus. Κολλίζειν, inquit, abusive de merce omni quæ per partes venditur, non per aversionem, cum tamen proprie dicatur de caupone, qui minimis mensuris, cyathis, quæ κολίζειν dicuntur, potum vendit. Idem est de verbo ipso κατηλεύειν, quod de quolibet venditionis genere accipitur. Etymologus magnus τὸ κάπηλον, μεταβολὴν, & εἰσπολὴν, interpretatur. Hic caupo est ille mercator quilibet, sive qui merces mutat. Et paulo post addit: πάντες δὲ οἱ τὰ ἀγοραῖα εἰσφέροντες; καὶ γὰρ ἔστιν ἐπὶ οἴνου πωλεῖσθαι. καὶ ἔστιν κάπηλον, καπήλια δὲ τὰς πωλούσας κατηλεῖς ἔλεγον. *Aliud* κάπηλον, inquit, *aliud* κατηλεῖον, *& in universum, qui quidlibet venderent, Græci* κατηλεῖς *vocabant.* Inde σιτοκάπηλοι & πυροκάπηλοι Polluci, qui frumentum & triticum vendebant. Hinc & mangones ἀνθρακοπώλαι Græcis appellati. Plato in Sophista τὴν ἀγοραστικὴν in duo genera summa distribuit, in καπηλικὴν & μεταβολικήν. De suo vendere dicuntur, & αὐτοπῶλαι vocantur, qui, quod ipsi manibus suis fecerunt, quod opera sua & labore pepererunt, aliis distrahunt. Quo in numero sunt agricolæ & artifices omnes. Quicunque ab illis præstinant quod alius vendant, μεταβολοὶ sunt, & eorum ars μεταβολικὴ. Nam qui ab agricola frumentum emit, aut vinum, quod alteri vendat, vel à linteone vestem lineam, & à quo-

à quolibet alio artifice quod ex arte sua opus venale habet, is non de suo negotiatur, sed de alieno, & μεταβολὴν, hoc est, *permutatur* appellatur, non καπηλεύει. At μεταβολικὸς tursus, quæ aliena emit ut vendat, & sic vecturam facit, in duas adhuc species dividitur ab eodem Philosopho; quarum altera καπηλικὴ vocatur, altera ἐμπορικὴ. Qui in urbibus desident, & circa fora versantur, ut coëmant quæcunque venalia in urbem importantur aliunde, vel quæ in ipsa urbe opifices sellularii fabricantur, eos omnes κατηλεῖς nominari ait, cujuscunque tandem rei aut mercis negotiatores, ac propolæ habeantur. Qui vero per urbes ultro citroque commeant, & mari navigant, mercibus exportandis importandisque, eos omnes proprie ἐμπόρους dici, ibidem scribit. Idem in lib. II de Republica, in bene moratis & recte constitutis civitatibus extare id genus hominum debere dicit, qui operam suam ac ministerium vendendis emendisque rebus in foro per eorum diem residentes præbeant. Ne scilicet, cum agricolæ in urbem venerint sua expositurі, diutius ibi morentur, dum emptores expectent, & sic ab opere suo quod ipsos rus revocat, cessare cogantur. Statim enim occurrunt cociones, qui eos onere liberent; ac rus expeditos remittant, mercibus eorum emptis, quas mox aliis per otium, si qui opus habeant, vendere possint. Αὐτὸ δὲ τοῦτο, inquit, ἡ ζητεῖται κατηλεῖον ἡμῖν ἔστιν ἐμπορικὸν τῇ πόλει. ἢ ἡ κατηλεῖς καλοῦμεν τοὺς αὐτοὺς οὗτοι τὸ καὶ πρᾶσαι ὀξέως ἀφελοῦσιν, ἰδιωφελὲς δὲ ἀγοράζειν, τοὺς δὲ πολιτικοὺς ἐπὶ ὠφελείᾳ πόλεως ἐμπορεύεσθαι. Colligas ex his licet, non esse Platoni κατηλεῖς quos Latini *caupones* appellant. Sed nec Aristoteli hoc loco, qui καπηλικὴν appellat quam paulo post μεταβολικὴν, omnem nundinandi ac merces mutandi rationem, quæ in emendo vendendoque versatur. At Plato καπηλικὴν speciem facit μεταβολικῆς, alteram, quam pro omni μεταβολικῇ sumit Aristoteles

teles quæ nummo peragitur. Hic & καπηλεύω in eodem libro appellat omnem permutationē sive mercaturam quæ quæstus & lucri gratia instituta est, cum victus quærendi nativos modos, qui ex terræ fructibus parantur, discernit ab illis qui permutatione constant, in quibus mercatura consistit: ἐξ ὧν δὲ βίος πωλῶ γελᾶν ἐστιν, ἴστε γε κατ' ἀγορὰν ἴσχυς τῶν ἐργασιῶν, ἢ μὴ δι' ἀλλαγῆς ἢ κατηλείας περᾶσαι τὸν σῖτον. Quo nomine κατηλείαν omnem comprehendit μεταβολικὴν, tam ἐμπορικὴν, quam κατηλικὴν proprie nominatam. Alias κατηλεία distinguitur ἀπὸ τῆ ἐμπορίας ea differentiæ ratione quam paulo ante ex Platone explicavimus. Sic & apud Xenophontem de vectigalibus hæ duæ voces diversa notione, eaque, quam notavimus, discretæ, leguntur: ὥστε πολλοὶ ἀφιλόμενοι τῶν γῆ ἐργάζεσθαι ἐμπορίας καὶ κατηλείας καὶ τοκισμὸς αἱροῦνται. Id est, *ad mercaturas & cocionaturas, & fœnerationes convertuntur.* Similiter diviſæ hæ negotiationis species reperiuntur lege Solonis, quam Caius describit leg. IV, D. de collegiis, quæ hodie mendosissima circumfertur, vitio tamen, ut apparet, vetusto, utpote quod in Basilicorum interpretatione Græca retentum sit. Pro illis igitur legis verbis, Η ΕΠΙ ΛΕΙΑΝ ΕΡΧΟΜΕΝΟΙ, Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ, scribendum, Η ΕΙΣ ΚΑΠΗΛΕΙΑΝ ΕΡΧΟΜΕΝΟΙ, Η ΕΙΣ ΕΜΠΟΡΙΑΝ. *Qui societatem contraxerunt cocionaturæ gratia, aut mercaturæ.* Κατηλεῖς & ἐμπόρους deligavit, eorumque collegia. Ἐπὶ λείαν, *ad prædam*, quasi ullæ societates ad prædandum in commune coiri unquam jure bono potuerint. Ferri prorsus non quit. Nec melior scriptura quam excogitavit vir eruditissimus ad leges Atticas, Ἐπὶ λῆιν, quasi *ad frumentum.* Nam λῆις Græce nusquam pro frumento legitur, sed est seges frumenti ferax, τὸ σιτοφόρον χωρίον, quod & λήϊον dicitur. Hesychius, quo utuntur auctore ut λῆις sic frumen-

frumentum, non sine vitio est. Pollux ἐμπόρους & κατηλεῖς pari modo discriminat lib. I. cap. V: Ἐμπόρους καὶ κατηλεῖς καὶ μεταβολεῖς εἰ δέοι τις ὀνομάζειν, εἰ καὶ ταῦτα διάφορα. Sed vox μεταβολεῖς plerisque generalis est, tam ad ἐμπόρους, quam ad κατηλεῖς, de omnibus qui merces mercibus aut pretio mutant. Inde μεταβολικὴ Aristotelis. Alii tamen μεταβολεῖς distinguunt ἀπὸ τῶν ἐμπόρων, & per μεταβολεῖς intelligunt qui aliter μεταπράται dicuntur, quasi revenditores. Ita Onosander separavit μεταβολεῖς & ἐμπόρους in Strategico, ubi quæstuariam ad hæc tria summa genera reducit, τῶν δουλευτικῶν, τῶν μεταβολικῶν, καὶ τῶν ἐμπόρων. Ἐμπόρους porro & κατηλεῖς ἀπὸ τῶν βαναύσων hoc discrimine distare facit, quod illi stantes, quod agunt, faciant, βάναυσοι non nisi sedentes. Sellularias artes eo nomine intelligit, quæ inde habent nomen. Unde & ἰδιωτικὰς τέχνας dicti eidem Polluci. Hoc non facit, quin multi κατηλεῖς sedeant dum merces suas venales habent, quas & sedentes possunt tradere, & pretium recipere, sed ideo hac nota eos separat à sellularibus artificibus, quia hi non nisi sedendo opus suum facere possunt, cum illi & stando æque sua vendere queant quam sedendo. Multæ quidem sunt artes, quorum opifices stantes operantur, nec aliter queant; sed quia plures operentur sedentes, ideo de omnibus usurpatum est. Profecto sellularias non nisi de his, quæ in sella exercentur, dici conveniat, sed quia earum numerus in artibus sordidis prævalet, hinc ad omnes sordidas nomen hoc extensum est. Quidam eas solas dici βαναύσους voluerūt quæ ignis opera opus suum faciunt, quia βαῦνος est caminus. At βαναυσικὰς τέχνας Aristoteles ἰδιωτικὰς appellatas scribit in Ethicis ad Eudemum: βαναύσους δὲ τὰς ἰδιωτικὰς καὶ μισθαρνικὰς, lib. I, cap. IV. Κατηλεία autem eo sensu, quem hic notamus, quo ἀπὸ τῆ ἐμπορίας distinguitur, omnium omnino mercium negotiatio est, & μεταβολικὴ, intra civitatem

manens. Nam quæ per urbes vagantur aut navigat, ἐμπορία proprie vocatur. Mercatura utraque, sed illa stataria; hæc vaga. Ab ἐμπόροις accipiebant κάπηλοι quæ aliis venderent. Inde μεσίτολοι dicti proprie ac μεσιτεύοντες. Fuere porro & qui ab ipsis κάπηλοις merces acceptas lucri causa populo divenderent, quos καπηλεμπόρους & ὑποκαπήλους Græci nominant, quales sunt qui vulgo *Revenditores* dicuntur. Philostratus lib. IV, cap. X, de vita Apollonii: Ἀλλ' ἐμπόρων γε καὶ καπήλων κατεφρόνησεν τὸ ἱερὸς ἡγούμενος τὸ μὲν ἀφεστηκέναι, ζηλοῦντες ἀγοραῖοι κρείττους εἶναι αὐτοῦ ἐξέσεσθαι καὶ καπήλους ἀνωμολόγηται τε καὶ πωλοῦσι. Idem lib. VIII, cap. III, mentionem facit ὑποκαπήλων, quos alii Græci καπηλεμπόρους nominant: Κρίσεις τε ἠσκημένος ὧν ἔδει ἀμελήσας καπήλου, ὑποκαπήλου, πλάνητος, ἐνδεοῦς. Stataril illi mercatores, qui Græcis proprie κάπηλοι; iisdem etiam ἀγοραῖοι appellantur, ut Aristoteli in Oeconomico II: Λαμπυκοποιοὶ δὲ καταβολίοις ὠνοῦσι τοῖς ἀγοραίοις καπήλοις, αὐτοὶ αὐτοὺς οὐδενὶ δεόμενοι τὰ ἀλλότρια πεπραμένους αὐτοπωλοῦσι τοῖς ἀγοραίοις πολὺν ἐξαιρόμενοι. Hinc eodem libro eos λαὸν τῶν ἐμπόρων diversos facit: ἀγοραπωλοῦσι δὲ τῶν ἐμπολωμάτων ἔστι αὐτοὺς τοὺς ἐμπόρους τε καὶ ἀγοραίους ἀναιρεῖσθαι πολλοῖς. Plane ἀγοραίους hic vocat qui aliis κάπηλοι. Plutarchus in libro de Tranquillitate ἀγοραίων & καπηλικῶν conjungit: λέγω δὲ τῶν καπηλικῶν καὶ ἀγοραίων, ἀλλὰ τῶν μεγάλων, ἃς ἔξεστι καὶ τοῖς τὰ αὐτῶν ἀναλίσκουσι. At ipse Aristoteles nomine καπήλων omnes omnino mercatores intellexit ne ἐμπόρους quidem exceptis. Nam μεσιτικὴν omnem eamdem cum καπηλικῇ statuit in hoc Politicorum loco quem præ manibus habemus. Idem in Ethicis Eudemiis omnem reiquarendæ rationem, quæ in venditionibus & emptionibus cõsistit, καπηλικὴν vocat, & ἐμπορίαν etiam comprehendit. lib. I, cap. IV: χρηματιστικὴ δ' ἐστὶ περὶ ἀγορὰν καὶ πρᾶσιν, καπηλική. Ita distinguendum. Ergo omnis

omnis χρηματιστικὴ, quæ circa ἀγορὰν καὶ πρᾶσιν versatur, Aristoteli est καπηλικὴ, cujus partes duæ, ἡ ἐμπορικὴ, καὶ ἡ ἀγοραία, quæ eadem cum aliorum καπηλεία. De his καπήλοις, sive ἀγοραίοις, accipienda verba Herodoti de Ægyptiis lib. II: τοὺς μὲν γὰρ γυναῖκας ἀγοραζούσας καὶ καπηλεύοντας. τὰς δὲ ἄνδρας κατ' οἴκους ἡμένους ὑφαίνοντας. Ubi *cauponantur* perperam interpretes reddunt. Nam eo loco καπηλεύειν non est cauponari, sed *cocionari* & mercaturam forensem & statariam exercere. Melius vertit Mela: *Forum ac negotia femina: viri penſa ac domos curant.* Non potuit brevius nec vertus, nec elegantius. De sola quippe negotiatione & mercatura stataria, quæ in foro exercetur, intellexit Herodotus, non de ἐμπορικῇ & vaga, quam fœminæ non tractabant in Ægypto: nec enim ad exteras nationes navigabant mercatus gratia, in quo maxime versatur ἡ ἐμπορική. Nymphodorus ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς Herodotum interpretatus est, de Ægypti moribus loquens: ἐκεῖ δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ διατρίβουσι καὶ καπηλεύουσι, οἱ δ' ἄνδρες κατ' οἴκους καὶ ἐν οἰκίαις ὑφαίνουσι. Nam quod Herodotus dixit ἀγοράζειν, hoc Nymphodoro ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν, *in foro versari & agere*, quo significatu ἀγοράζειν apud Thucydidem occurrit, & ipsum Herodotum; quod Hesychius exponit, ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν, &c. Sic vertenda fuerant Herodoti verba: *mulieres in foro versantur, & negotiantur.* Hinc ἀγοραίους iidem qui & κάπηλοι, de quibus etiam exponendus idem Herodotus lib. I, de Lydis: αὐτοὶ δὲ καπήλευον τὰ ἀνθρώπινα χρήματα καὶ λιανοῦ καπηλεύοντες ἐξεφάνθησαν. αὐτοὶ δὲ καὶ κάπηλοι ἐγένοντο. Non de cauponibus hæc intelligenda, ut placet interpretibus, sed de cocionatoribus, sive negotiatoribus forensibus, quatenus λαὸς τῶν ἐμπόρων differunt. Nam Lydi, longe à mari in continenti degentes, non primi ἔμποροι existere potuerunt, ut Phœnices, sed κάπηλοι. Ita sumenda vox καπήλου apud Heraclidem in πολι-

τέαν Locrorum: Καπηλεύοντας ἐν μεζοβολίῳ ἐκ ἀ-γορᾶς, ἀλλ' ἐργαστὰς πωλεῖν τὰ ἴδια. Plato κάπηλος vocat in sua republica qui ab agricolis, quæ venalia in urbem deferrent, emebant, ut aliis civibus postea venderent. Apud Locros nulli tales κάπηλοι, sed agricolæ urbanis sua vendebant ipsi, non cocionibus. Καπηλεῖον igitur μεζοβολίῳ vocat, non *emporium, nec mercatum, ubi res commutare licebat*, ut vulgo interpretes, sed negotiatoris tabernam vel ergasterium. Hujusmodi negotiatores sive μεζοβολεῖς, qui ἀπὸ τῆ ἐμπόρων diversi. Xenophon ὁ ἀγοραῖος μεζοπωλοπώλης appellat lib. III de dictis & factis Socratis: τὸν ὁ ἀγοραῖον μεζοπωλοπώλην, καὶ φροντίζοντα ἐν ἀλλήλοις πρίασθαι πωλήσαντα ἀπόδοσιν αἰσχύνης. Ita ergo μεζόβολοι iidem cum κάπηλοι, alii ἀπὸ τῶν ἐμπόρων sic proprie dictorum. Hinc ἀγοραῖοι Aristoteli pro negotiatione tam artificum quam hujusmodi cocionum sive κάπηλων, qui in foro versantur ad sua vendenda, Polit. III, cap. VI: Ἐν Θήβαις οἱ νόμοι λύουσι τὸν μὴ ἐπισχόντα τῆ ἀγορᾶς, μὴ μείζονα ζημίαν. *Lex erat Thebis, qui non abstinuisset foro & negotiis decem menses totos, non apisci magistratum.* Doctus paraphrastes, qui *ab omni mercatura* reddidit, aliud agebat, & locum non intellexit. Jam enim ante notavimus, de ἐμπορικῆ non debere accipi. Quinimmo & de solis artibus sordidis & sellulariis exponenda hæc esse verba, quod præcessit, satis probat, in quo ostendit apud multas civitates ex censu magistratu dignos judicari, ac proinde etiam artifices sellularios, τὸν βαναύσους, admitti. Rationem addit: πολίται γὰρ πολλοὶ τῆ τεχνιτῶν. Deinde statim subjungit, ὁ Θήβαις ζ νόμος λύει. Ergo de solis opificibus sellulariis accipiendum. Quod & evincit alius locus ejusdem Philosophi, ex lib. VII eorumdē Politicorum cap. VIII: ἡ κρίσις Θήβαιοις ἀπὸ τεχνῶν χρήσιμοι πολίται τῆ βαναύσων ἔργων. Referenda igitur hæc ἀγορᾶ videntur ad solos opifices, qui & ipsi in

in foro suas officinas habebant, & vendebant quod ex arte effecerant. Ἀγοραίους τέχνας Pollux vocat, & βαναύσους easdem lib. VII, cap. I. quod est ἀβέλτερα τεχνῶν ἀγοραῖα. In ipso capite deinde ita scribit, ut eas explicet: καὶ μὴν ἴσως γε τῶν ἓξ τεχνῶν εἰσὶ αἱ μέν, τέχνας βαναύσους, τὰς ἀγοραίους, ἀνελευθέρους, ἀνωμαλίας, ἐφημέρους, χειροτεχνικάς, χειρωνακτικάς. Toto deinde libro recenset atque enumerat artes illas quas βαναύσους & ἐφημέρους hic vocavit, inter quas nonnullæ tamen sunt quæ non sedentes operantur, verum quia plures ex his sellulariæ, ideo & nomen earum prævaluit ad omnes designandas. Capite autem sequenti, priusquam ad ipsarum artium expositionem progrediatur, de vocabulis vendendi & emendi tractat, ἅμα δ' ὁ τῶν ἓξ τεχνῶν ἐπεμέσησεν. Cur hoc? Quia opifices omnes etiam mercatores, quatenus artes quoque suas vendunt. Ideo & ἀγοραῖοι quoque appellati, quia & in foro habitarent, aut in forum deferrent cum aliis institoribus quæ haberent venalia opificia. *Foraneos* etiam Latini vocarunt. Unde *conforaneus* in optimo Glossario exponitur συντεχνίτης ejusdem artis. Herodotus, fortem opifices ἀγοραίους appellavit lib. I de sepulcro Alyattis Crœsi patris: ἐξεργασάντο δὲ μιν οἱ ἀγοραῖοι ἔμποροι καὶ οἱ χειρώνακτες, *opifices & operarii*, χειρώνακτες tamen sunt opifices, οἱ χειροτέχναι, ut Græci eos interpretantur. Ergo ἀγοραῖοι Herodoto sunt quicunque in foro versantur ut opere aut opera quæstum faciant. Artifices porro aut ipsi civibus artes suas vendebant, aut illis propolis quos Græce proprie κάπηλος aut ἀγοραίους appellatos docuimus. Nam & Plato artifices non minus quam agricolas in forum venisse dicit ut sua venderent κάπηλοις, lib. II, de Rep. ἂν καὶ κομίσωσι ἐργαζόμενοι εἰς τὸ ἀγοραῖον ἃ δεῖ ποιεῖν, ἢ τινας ἀλλαγὰς τῶν δεομένων, μὴ εἰς τὸ αὐτοῖς χρήσιμον ἦκε τοῖς ἀπεμένοις τὰ σφέτερα ἀποδόμενον χ. ἀγοραίοις τ' αὐτοῖς, καθίσαντα ἐν ἀγορᾷ. Nisi, inquit, attemperate venerit in forum artifex aut

agricola in ipso tempore quo aliquis ejus arte aut opificio ac merce egeat, cessabit in foro interim ab opere suo dum expectabit emptorem. Ergo necessarios ex eo probat in bene moratis rebus publicis κάπηλος, qui statim ab isto artifice omnia quæ habet auferant, & ab isto pariter agricola, ut eos ad opus suum remittant, & quæ ab illis emerint, postea per otium civibus prout eos ad emendum necessitas compulerit, divendant. Hi κάπηλοι ad hoc in foro totos dies desidebant, ut ibidem Plato scribit: ἢ ἃ κάπηλος τὰς αὐτὰς ἀεὶ τὰ αὐτὰ πρᾶσιν ἀγοραίους ἐργαζόμενος ἐν ἀγορᾷ. Inde apparet, cur ἀγοραῖοι etiam dicti sint. Nec aliter apud Latinos mos & usus fuit. Hinc differentia inter opifices ejusdem artis, & negotiatores, cum hi ab illis emerent. Ita ergo *linteo* dicebatur, qui faceret lintea, *lintearius* autem qui vendebat. *Restio* qui restium erat opifex, *restiarius* qui venales habebat restes. Idem discriminis inter *vestificem* & *vestiarium*. Sic exponendus cujus mentio in veteri inscriptione, *Negotiator artis linteariæ*, de linteario nempe, non de linteone. In iisdem inscriptionibus occurrunt, *Negotiatores artis cretariæ, artis macellariæ, artis prosariæ*. Hoc ultimum de his, qui *prosas*, hoc est, pexas tunicas, ab earum confectoribus emerent, ut venderent. Sic *negotiator sagarius* qui saga venum exponeret, & hac merce negotiabatur, non qui conficeret. Eleganter Plinius lib. XXVIII. cap. XXV. de occasu Virgiliarum: *Aliqui ad* III *Idus Novembris, ut diximus, servant, quoniam id sidus vestis institor est, & est in cælo notatu facillimum. Ergo ex occasu ejus de hieme augurantur quibus est cura insidiandi negotiatoris avaritiæ.* Negotiatorem rei vestiariæ intelligit, quem locum alibi sic emendatum pluribus explicavimus. Idem κάπηλοι non solum ab artificibus & agricolis emebant res suas, sed etiam ἀπὸ τῶν ἐμπόρων merces quas peregre advexerant, ut ex Philostrato supra notavimus.

Hi igitur proprie ἀγοραῖοι dicti, sed nec minus artifices ipsi, ut ex hoc loco Aristotelis constat, de lege Thebanorum, quæ vetabat quemquam magistratum capessere qui non abstinuisset decem annos ἀπὸ τῶν ἀγοραίων. Quod ipse αὐτὸ τὸ βαναύσους ἔργων & πραγμάτων interpretatus est, tantum abest ut de omni mercatura accipi debeat, ut fecit paraphrastes. Idem tamen Aristoteles lib. VII de Repub. plebem in quatuor partes dividit, εἰς γεωργούς, βαναύσους, ἀγοραίους, ἱερατικόν. Per βαναύσους nullo modo intelligi manifestum est omnes artifices, per ἀγοραίους quos diximus κάπηλους, qui & ἀγοραῖοι proprie appellati. Ita hic distinxit quos alibi uno eodemque nomine τῶν ἀγοραίων videtur comprehendisse, nempe artifices, qui & ipsi ἀγοραῖοι, cum negotiatoribus variarum mercium, qui eodem nomine censebantur. Certe & in Oeconomico ἀγοραῖοι opponuntur ἐμπόροις, & per ἀγοραίους non intellexisse artifices, sed solos κάπηλους, luce clarius est. Ἀγορὰ autem, cum generaliter sumitur, omnes vendentes & ementes complectitur, quo in numero sunt & artifices. Hinc ἀγοράζειν emere. Ergo qui abstinuisse ἀπὸ τῶν ἀγοραίων debebant per spatium decem annorum, ut magistratum apiscerentur apud Thebanos, non solum à sordidis & sellularibus artibus cessare per id tempus oportuit, sed etiam ab omni negotiatione inhoneста, qualis fuit apud Græcos ἐμπορικὴ καπηλεία, ut notat Appianus lib. I de bello civili: ἀνεφαίνοντο γάρ μοι διώκειν οἱ πολλὴν ἐμπορίαν, καθάπερ Ἕλλησι τὸ δανείζειν, ἐς καπηλείαν. Quod verbum non de caponatura accipiendum, sed de hujusmodi negotiatione, quam Cicero sordidam statuit in I. Officiorum, & cum opificum arte conjungit: *Sordidi*, inquit, *etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant carius. Nihil enim proficiunt nisi admodum mentiantur, nec vero quicquam est turpius vanitate. Opifices quoq; omnes in sordida arte versantur, nec enim*

quicquam ingenuum habere potest officina. Hi, qui à mercatoribus mercantur, quod statim carius vendant, sunt plane illi κάπηλοι Græcorum & μιλβόδηλοι, & μιλανοπώλαι, & ἀγοραῖοι, quos æque in sordida negotiatione versari ait, ut opifices in sordida arte, qui & ipsi quoque ἀγοραῖοι nominati. *Mercatores* autem Ciceroni sunt quos Græci ἐμπόρους nuncupant, qui κατ' ἐξοχὴν sic appellati, quos certum est non comprehensos fuisse lege illa Thebana: honestiores enim semper habiti sunt, ut & ipse Cicero paulo post dicit, qui *mercaturam* appellat τὴν ἐμπορίαν, non τὴν καπηλείαν. Idem pro lege Manilia *mercatores* appellavit qui Græce ἐμπόρους: *Majores vestri sæpe, mercatoribus & naviculatoribus injuriosius tractatis, bella gesserunt.* Quos cum naviculatoribus jungit, non possunt esse alii quam ἔμποροι. Ita juncti leguntur apud Philostratum lib. IV. cap. X: Ἀλλ' ἔμποροί γε, καὶ ναυκλήρων κοινωνήσαντες τοῖς ἔργοις ἦσθ᾽; Hinc Aristoteles primam partem τῆς ἐμπορίας fecit τὴν ναυκληρίαν. Glossæ veteres: *Mercator*, ἔμπορος. In aliis: *Mercatura*, ἐμπορική. Sane à merce dicti, quam Græci φορτίον & φόρτα nomine appellant. Eædem Glossæ: *Mercibus*, φορτίοις. Eædem: *Merces*, μισθὸς ἢ ἐνοίκιον. Inde & Aristoteles φορτηγίαν secundam partem τῆς ἐμπορίας statuit, quod inferius explicabimus. Habemus, ἐμπόρους Græcos quomodo Latini vocaverint, sed quod nomen apud Romanos habuerint κάπηλοι illi qui non sunt caupones, quærendum. *Negotiatorum* appellatio nimis etiam generalis est, quam ut iis conveniat. *Institores* alii erant. *Nundinatorum* quoque laxior denominatio ad ipsos mercatores & ἐμπόρους extendi potest. *Cocliones* eos proprie appellatos Latinis, reperio, quos Græci καπήλους in hac significatione dixere. Plato & Aristoteles non solum καπήλους appellarunt, sed etiam μιλβόδηλους, aut, ut Xenophon, μιλανοπώλους ἐν ἀγορᾷ, unde ἀγοραῖοι dicti. Hi sunt *cociones*

ciones Latinorum. Glossæ veteres: *Coria*, μεγίστολοι. *Coriatura*, μιλβόδηλοι. Alibi *Coriatria* legitur. Festus *coctiones* dictos notat videri, *à cunctatione, quod in emendis vendendisque mercibus tarde perveniant ad justi pretii finem.* In foro rerum venalium totos dies consistebant ementes vendentesque, ut ex tribus locis Petronii constat, ubi miseri isti *cociones*, qui alia omnia pretio vertunt, & commutant, ipsi in *concliones* conversi & transmutati leguntur. Hoc loco primum: *Sed nullo genere par erat causa nostra, & cociones, qui ad clamorem confluxerant, nostram scilicet de more ridebant dividiam, quod pro illa parte vindicabant pretiosissimam vestem, pro hac pannuceam ne centenibus quidem bonis dignam.* In foro promercalium ista nimirum agebantur. Item in altero: *Jam sequestri placebant, & nescio quis ex cocionibus calvus tuberosissima frontis, qui solebat aliquando & causas agere, invaserat pallium.* Tertius jam accedat, ad hanc faciem similiter emendandus: *Et recuperato, ut putabamus, thesauro, in diversorium præcipites abimus, præclusisque foribus videre acumen non minus cocionum quam calumniantium cœpimus, quod nobis ingenti calliditate pecuniam reddidissent.* Adeo protrita & vulgaris notitiæ hæc vox, ut pro verbo sordido & plebeio eam reprehendat in Laberii mimis Agellius, cū veteres & purius loquuti *Arillatorem* pro eo dixerint, quem etiam μιλβόδηλον & πραγματευτὴν Glossæ veteres exponunt. Plautus tamen ex antiquis ea voce est usus in Asinaria, quem locum nec bene legunt, & male intelligunt docti. Sic ergo legi debet:

Cetera quæque volumus uti Græca mercamur fide:
Quum à pistore panem petimus, vinū ex œnopolio:
Si ea habent, dant mercem: eadem nos disciplina utimur. (*vident.*
Semper oculata manus sunt nostræ, credunt quod
Vetus est, Nihili cocio est. Scis cujus mī dico amplius.

Lena vult mercem suam vendere præsenti pecunia; sibi manus ait oculatas esse; nihil credere nisi quod vident. Allegat & proverbium vetus. *Nihili*, inquit, *cocio est*. Non absolvit, sed addit, *scis cujus*. Quod eo sensu accipiendum est, ut *cujum pecus?* In veteri proverbio illo fuit; *Nihili cocio est, qui credat*, id est, qui rem suam vendit non præsenti pecunia, aut pignore saltem aliquo accepto. At lena ludit, nec totum pronunciat, quia scilicet id notum. *Nihili cocio est: scis qualis, nec opus est te moneri*. Scis nempe qualis ille cocio nihili sit, nimirum qui merces suas non præsente pecunia vendit, sed credit. Hinc verbum *cocionari* in Declamatione Quintiliani pro civibus, quod eodem fato cum *cocionibus* Petronii etiam mutatum est in *cocionari*, his verbis: *Vendidit quantum voluit, quanti voluit, & ut hoc ad nostras aures deferret moras, fortasse diu cocionatus est, omnis cum fide persoluta pecunia est*. Quibus verbis confirmat id quod Festus docuit de horum *cocionum* vertiloquio, ideo sic dictos, quod cunctarentur in pretio mercibus faciendo; Quod idem Græci de suis καπήλοις asserunt. Hinc illa apud Æschylum de Parthenopæo:

Ἕλλὰ δ' ἔοικε κατηλεύσειν μάχην.
Μακρὰς κελεύθε δ' ἀναλαμχάνων πόδα.

Nullam inquit moram in pugna capienda facturus videtur, sed statim prælium ingressurus. Hoc enim sensu καπηλεύειν hic sumitur. Quod Gallice diceremus, *il ne marchandera pas le combat*. Viri docti, qui putant Ennium eadem mente verbum *cauponari* accepisse, in illis versibus quos Pyrrho affingit, quique apud Ciceronem legantur, vehementer errant. Hi sunt versus:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes;
Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.

Præ se ferebat ibi Pyrrhus, se non quæstus gratia & lucri belligerare cum Romanis, sed regni tantum & gloriæ cupiditate. Idcirco se nolle ab illis pretium pro captivis accipere, quos gratis reddebat. Non enim se *cauponari bellum*, hoc est, lucrum sectari in bello, sed simpliciter bellum gerere. Vide sequentes versus, qui de sententia Ennii dubitare non sinunt. At καπηλεύειν μάχην apud Æschylum longe aliud est. Nam & μάχη aliud Tragico Græco quam *bellum* Latini poetæ. *Cociones* igitur sunt μιλάνθρωποι, & Græcorum πρόπολοι. Hinc Aristoteles μιλανθρωπικῶς hic cum καπηλικῇ eamdem facit, & generalem hanc statuit appellationem de omnibus qui merces pretio mutant, ac vertunt. Sic enim etiam Latini usurparunt hoc verbum *vertere*, ut Græci τὸ μιλάνθρωπον. Persius sat. v:

Tolle recens primus piper è sitiente camelo,
Verte aliquid, jura.

Ad quem locum scholiastes: *Negotiare, & speciem pro specie commuta*. Immo etiam species pretio. Hinc *Vertumnus* Deus qui vertendis rebus præerat, id est, vendendis & emendis. Horatius Epistola ultima:

Vertumnum Janumque liber spectare videris.

Ibi Acro notat, *Vertumnum & Janum Deos esse qui præsunt negotiis ementium & vendentium, ante quorum templa erant loca, in quibus cum ceteris rebus etiam libri venales erant*. Porphyrio similiter, *Vertumnus Deus, est præses vertendarum rerum, hoc est, emendarum & vendendarum*. Vertumnus ergo numen μιλανθρωπικὸν, & μιλανθρωπία præses. *Versura* quoque μιλανθρωπία est, quam pro fœnore usurparunt, quod inter genera μιλανθρωπίας Aristoteles secundo loco refert. Desinant jam ex his viri docti τὸν καπηλικὸν apud Philosophum pro *cauponaria* accipere, quæ *cocionaria* est potius, vel *cocionatoria*, id est, μιλανθρωπικὴ. Non nescio tamen, & κάπηλος Græcis stricta notione pro cauponibus dici, id est, ἀνακάπηλος. Sane

&

& inter καπήλους isti vinarii negotiatores, & caupones. Quod plurium fuit mercimoniorum cōmune, sic sibi privum hoc nomen fecerunt. Inde etiam Latina appellatio. Non enim à *copiis* dicti, sed ex Græco κάπη, quæ φάτνην, stabulum, & præsepe significat. Hinc κάπηθρον, animalium pabulum, & Latinis *capetum*, ut olim observavimus. Æoles κάπτω pro κάπτω dixere, mutando, ut solent, π in ο. Sic *copa* Latinis Æolum Aboriginibus. Nec obstat syllabæ modulus. Nam pro *copa caupam* scripsere, ut pro orichalcho ὠρείχαλκον, *aurichalcum*. Ita longa evasit syllaba. A *copa*, *copus* & *copo*, & *copona*. Festus *tabernam* exponit, nempe vinariam. Et cum ἐργαστήρια & tabernæ omnibus opificibus & negotiatoribus suæ sint, ut tamen de *copona* proprie diceretur, usus obtinuit. Horatius:

Nec vicina subest vinum præbere taberna
Quæ possit tibi.

Quod hodieque retinetur in idiotismo Gallico. Inde & *tabernarius* pro cænopola. Pro copone etiam habes leg. *si ex plagis*, D. ad leg. Aquiliam. Virgilius in Copa:

Ebria famosa saltat lascivа taberna.

Ergō *taberna* eadem cum *copona*. Illud tamen magis generale nomen quam istud. Pro diversorio etiam *copona* ponitur, ut apud Horatium:

Sed neque, qui Capua Romam petit, imbre lutoque
Aspersus, volet in caupona vivere.

Id est, εἰς πανδοκείον. Quod & κατηλεῖον. Qui vinum & panem præberet, & alia ad victum necessaria, proprie appellati videntur κάπηλοι. Nam κάπη, τρυφή. Unde ἐμφύγιοι, qui simul viverent. Apud Tarentinos, teste Hesychio, κηπέλαι, ἡ κρεοπωλὶς ἀγορά. Hoc, *macellum* Romanis. Unde *macellarius*, ὁ κρεοπώλης, qui in veteri inscriptione *negotiator artis macellariæ* dicitur. Quæ vox & ipsa originis Græcæ. Et nugatur sciens

sciens prudensque Varro, qui à *Macello* quodam, cujus ædes in foro fuerint, autumat appellatum, quo condemnato, & in exilium acto, publicatis bonis, ædibus dirutis, locus, ubi erant, τοῦ κρεοπωλίου destinatus sit. Μάγειρος, & Æolicum μάγελλος; inde *macellus* & *macellum*, τὸ κρεοπώλιον, τὸ μαγειρεῖον. Nam hi veluti publici coqui, qui in foro carnes coctas vendebant. Artemidorus lib. III, περὶ κρεοπωλῶν, hos μαγείρους appellat, qui *macellarii* sunt: εἰ δὲ ὁ ἀγοράζων μάγειρος εἴη τὰ κρέα καλλικόπος ἢ παρασκευής. Eos distinguit à domesticis μαγείροις, de quibus egit capite præcedenti, quos vocat, τοὺς κατ' οἶκον μαγείρους. Hi proprie *coci*. A lanitis differebant, qui crudas tantum venales habere solitri. De his Phædrus:

Pendere ad lanium quidam vidit simium
Inter reliquas merces atque obsonia.

Apud Ciceronem in Pisoniana *copa* videntur tantum vinum vendidisse, nō etiam panem, qui apud *propolas* venalis: *Panis & vinum de propola & de copa*. Quod sic exponendum est: *Panis de propola, vinum de copa*. Sed in veteribus Glossis *propola* sunt *tabernarii*, id est, copones. Atqui *propola* apud Lucillium omnes sunt cociones qui aliquid promercale habent, quales κηπέλους antiqua nominavit Græcia:

Vt cum primitias ficus propola recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucas.

Græcis vero alii sunt καπηλοὶ, nimirum iidem qui & ὠνηταὶ inter vendentes & ementes. Κάπηλοι certe Græcis maxime Oenopolæ sunt. Et vetus etiam est hæc dictio hoc sensu. Apud Lysiam reperitur in ea contra Æschinem apud Athenæum: ἐγὼ καὶ ῥᾴδιον κάπηλόν εἰ ἐγχέαι εἰπεῖν, πολὺ δὲ σπουδαιότερον λαμπάδιον εἶναι δοῦναι (l. διοῦναι) καὶ τὸ συγκλείσαντος τὸ κηπέλειον. *Caupones*, & *caupona*. Aristoteles, si modo ejus sunt quæ sub eo nomine feruntur Problemata, sectione x, eo sensu τὸ κηπέλειον usurparit: ὥσπερ ὅταν οἱ ἐπὶ τῷ κηπελείῳ

ἐκ-

γραφόμενοι μικροὶ μὲν ἰδεῖν, φοίνικι δ' ἴσχουσι πλάσιν βάκη, ἀμφίον συμβολὴν θ' ὅπλων συγχωρίοις. Hujusmodi facies monstruosas & ridiculas, ut hodie, ita etiam olim, in tabernis ac diversoriis publicis prostare & haberi in parietibus aut foribus depictas, motis erat. De nanis hic Aristoteles. Pugna murium & mustellarum apud Phædrum lib. IV:

Cum victi mures mustellarum exercitu,
Historia eorum ut in tabernis pingitur,
Fugerent, & artes circum trepidarent cavas,

Fulvii Rutubæ & Placidejani prælia in taberna carbone aut rubrica picta fuisse, apparet, de quibus Horatius lib. II, Sat. VII. Verum de his alibi. Pollux lib. IX, cap. V, περιῶν & καπηλεῖα, lupanaria & caupones emporii partes facit. Et tamen paulo post κάπηλος eos nominat, qui distinguuntur ab ἐμπόροις, his verbis: καὶ τὸ πωλεῖσθαι τὸ ναυλικὸν μόριον, ὅσον οὐ πρὸς αὐτῷ τῷ ἐμπορίῳ, ἀπ' ἐμπόρου, ἕως κάπηλος, καὶ ὅσα ἔχουσι τὸ πρὸς ἕω πέρας. Isti κάπηλοι non sunt caupones, sed illud negotiatorum genus de quo ante diximus. Et tamen κάπηλεῖον est caupona. Certe hoc loco id, me monstrante, observare debent linguæ Græcæ studiosi, aliud esse κάπηλεῖον, aliud κάπηλείαν. Hæc de omni negotiatione quæ non navigat, illud de caupona. Apud Athenæum, lib. XIII, τὰ πανδοκεῖα & κάπηλεῖα, ut diversa, memorantur: ὃς εἰ τοῖς κάπηλείοις καὶ τοῖς πανδοκείοις ἐμφιλοχήσει. Ubi κάπηλεῖα sumuntur pro cœnopoliis sive tabernis vinariis, in quibus nihil nisi vinum venditur. Quod sequitur, id testatur: κρίνει ἰσοκρίτης δ' ἑστιῶν εἰς τὸ Λιοσπυρίδιον ἐκκλήτους, εἰς κάπηλείον δ' ἐλθὼν ἢ ποῦ ἄλλοι δ' ἂν οἰκίαν ἐπιτηδείαν ἐπίλαμπε. Πανδοκεῖα sunt diversoria publica recipiendis viatoribus & hospitibus; in quibus omnia, quæ ad victum pertinent, habebantur promercalia. Hinc qui omnia venderent, πανδοκεῖς appellatos docet Pollux lib. VII, cap. IV: εἰ μὲν δὲ πανδοκεύσειε, κάπηλος· εἰ δὲ

δὲ πανδοκεῖς καὶ πανδοκεύτρια, καὶ τὸ χωρίον πανδοκεῖον, καὶ τὸ σύστημα πανδοκεῖον καὶ πανδοκεῖα· εἰ δ' ἐς τὰ πανδοκεῖα κωμῳδοῖεν κωμῳδοί) ἢ λοιδοροῖεν. Quos sic vocat, sunt hospites & viatores qui in cauponas deverterunt, quod κωμάζειν Græcis dicitur, unde κωμάζειν pro diversorio. *Deductiicios* hic perperam reddit interpres. *Advectores* Latini vocant istos κωμάζοντας Pollucis. Ut autem Græci distinguunt inter κάπηλεῖα & πανδοκεῖα, ita nos vulgo inter *tabernas*, & *diversoria*, quæ tamen etiam passim confunduntur. Nam & tabernæ plerumque viatores & adventores excipiunt, & diversoria vinum vendunt civibus. Quin & Latini paritet *cauponas* & *diversoria* pro iisdem habent. hoc est, κάπηλεῖα & πανδοκεῖα. Suetonius *diversorias tabernas* appellat in Nerone, quas copæ exercerent: *Quoties Ostium Tiberi defluerit, aut Bajanum sinum præternavigaret, dispositæ per littora & ripas diversoriæ tabernæ parabantur, insignes ganea, & matronarum institorio copas imitantium, atque hinc inde hortantium ut adpelleret.* Sic legendus ille locus. Nam vulgo est, *insignes ganeæ*. Hic *copæ* sunt πανδοκεύτριαι, ut etiam Dio interpretatur. Glossæ veteres: κάπηλεῖον, *popina, taberna, cauponium*. Titulus est in nostro jure, *de nautis, cauponibus, & stabulariis*. Ubi *cauponet* sunt πανδοκεῖς, ut recte & Basilicorum interpretes reddiderunt. Nam & leg. III. cod. *caupo mercedem accipere dicitur, ut viatores manere in caupona patiatur*. Id est, pernoctare, ut ad Historiæ Augustæ scriptores notavimus. Id enim proprie *manere* Latinis. Unde *mansiones* in Itinerariis, cauponæ sunt, in quibus viatores solent deverti, ut ibi noctu maneant. Græci σταθμὸς appellant, id est, stabula. Nam & *stabulum* πανδοκεῖον in veteribus Glossis exponitur. Græci poetæ σταθμὸν etiam pro eo dixerunt, ut ξενίσασθαι, quasi dicas hospitum ac viatorum stabulum. Sophocli in Inacho πανδοκεῦ ξενίσασθαι appellatur, quod est τὸ πανδοκεῦσαι.

δοκεῖον. Græcis enim ξενὼν dicebatur, ab hospitibus recipiendis. Pollux lib. x, cap. VII: μείζων δὲ πόλεως ἐστὶ κωμῶν, ἐν ᾗ καὶ ξενῶν, οὓς οἱ Ἰσάγχυ Σοφοκλῆς, παιδίσκης ξενίσας. Ex quo apparet, ξενὼνα & παιδίσκην idem esse. *Hospitalaria* vulgo nuncupamus τὰ ξενῶνας. Dicebatur & ξενία. Hesychius: ξενία, κοιμίλυσμα· κοίλωμα. His adjuncta erant & *stabula* pro equis & jumentis viatorum, quæ & stabulum cum adjectione, ut distinguerentur ab hominum σταθμοῖς, ὀνησίοις & ἐπαυλίοις. Idem Sophocles, φατνῶν ἐπ' ἄκρων ὀξυτὸς ἑρμόσας σταθμὸν. Et unica voce apud Lysiam ἐπαυλίσασθαι, quod & ἐπαυλεῖν, ut ξενίσαι. Pollux idem lib. I, cap. XI: οἶκος ἐπαυλεῖν καὶ σταθμὸς ἐπαυλεῖν, & ἐπαύλησις, καὶ σταθμὸς, φάτνη. Expressit τὸν ἐπαύλεσιν doctissimus poëta, cum dixit: *Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.* Inde enim stabulum. Glossæ: *Stabulum*, οἰκημάτιον, ἐπαυλίσιον, παιδίσκιον. Vides & pro diversorio hominum accipi, ut Græcis σταθμὸς quoque & σταθμὸν sic sumitur. In titulo D. de cauponibus & stabulariis, *stabulum* est ἐπαυλίσιον. Nam *stabularius* mercedem accipit, ut jumenta stabulari apud se permittat. Stabula hæc, ut dixi adjuncta diversorio. Hinc explicanda hæc sunt Lucæ verba de Virgine δυσπίκῳ, cap. II, vers. VII: καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ κοιμίλυσμα. *In stabulo eum reclinavit, quia locus in diversorio non erat ipsis.* Quod *præsepium* reddidit vetus interpres, pro stabulo posuit, ut Græcum φάτνη pro eodem, ut notavimus paulo ante ex Polluce. Alias φάτνη pars est stabuli, & suam quisque equorum φάτνην quasi mensam privatam ante se habuit, in quo ipsius *sapetum* adponeretur. Loculamentum nempe quadratum, à cujus similitudine & in rectis laqueatis, φάτναι dictæ. Hinc φάτνη & σταθμὸς invicem alternant, hæc hominum propria, illa jumentorum, sed hæc pro illa, & vicissim, usurpata. Hesychius: φάτνη, σταθμὸς ἢ τροφεῖα, σταθμὸς ἢ τῶν κτηνῶν. Hinc illud Comici:

Τρόπος γὰρ ἐστὶν ἡ λόγου φάτνη πολύ.
Præsepe instar mensæ sine sermonibus.

Hebræi מרוד vocant, à capiendo pabulo, ut Græce κοπίλυσμα, ἀπὸ τοῦ κοπίλειν, quod est *edere*, & *manducare*. Inde *manducatorium* vulgo vocamus id in quo pabulum equis apponitur in stabulo. Diversum igitur à stabulo, ut mensa à cœnaculo. Rabbini אצטבלאות *Istabla* vocant, voce Latina, quod est stabulum, τὸν σταῦλον, & מרוד, τὸν φάτνην. Sic distinguunt Talmudici inter מרוד & אצטבלאות, hoc est, præsepia, & stabula, ubi conciliare conantur locum ex I Regum cum altero ex II Paralipomenon, de numero equorum Salomonis. Unum siquidem stabulum plures habet præsepias sive φάτνας, & totidem ferme quod equorum capax est stabulum vel ἐπαυλίσιον. Confunduntur hæc tamen aliquando, quia non semper singulis equis suum præsepe aut sua φάτνη separata assignatur, sed una continua sine dissepimento aliquo omnibus equis qui in stabulo stant, patet communis. Ea de causa cum una φάτνη sit in uno stabulo, sæpius φάτνη pro stabulo sumitur, ut in hoc Lucæ loco, ubi sine articulo legendum est ex optimis ac vetustissimis libris, ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν φάτνῃ, non ἐν τῇ φάτνῃ. Quod & Ægyptiaca versio confirmat, & Arabica. Illa enim sine articulo habet, *Hen ounkph*. Illud *en*, cum nominibus præponitur, ostendit ea articulo carere. Nam *onkph* est præsepe. Intelligitur φάτνη δ' κοπιλύσεως, hoc est, stabulum equorum, quod adjunctum erat diversorio. Κοπίλυσις enim, ut & κοπίλυσις, est diversorium vel mansio, in quo quis, requiescendo & resolvendo se ex itineris labore, aut cibum capit, aut somnum viator, aut utrumque. Hinc κοπίλυσμα apud Hesychium, τὸ δοκεῖον, ἀναπαυτήριον. Sed de his plura ad locum ipsum Lucæ, si Deus vitam dederit. Cum

igitur non esset locus præ nimia multitudine diver-tentium εἰς τὸ πανδοκεῖον, in ipso diversorio, peperit Christum Maria, fasciis involvit, & reclinavit εἰς φάτνην τῶν κτηνοτρόφων, in stabulo diversorii, quo jumenta accipi solent. Sic φάτνη hic pro ipso stabulo, quæ & Græce etiam κύτη, & Æolice κάτα, unde Latinorum *capa*, de πανδοκείου ipso, ut & *copona*. Nam & κάπη, & κάπος Græci, & φάτνω, quod idem est cum κάτη, tam de hominibus quam jumentis usurpant. Et loca sunt hodieque in Oriente multa, ubi homines & jumenta simul in eodem stabulo accipiuntur. Hinc καπηλεῖον pro mansione sive diversorio, in quo homines equique pernoctant. Procopius de equis veredariorum in Historia arcana: ἵνα μὴ ἐγκαθῆς ἐς παραπόρους τὰ καπηλεῖα ἑκάστης, ἐν οἷς ἀμφοῖν ἡ ἵππος μίσγεται, ἐπιβαίνῃ τὸν ἵππον ἑκάστης. Hinc *stabulum* Latinis quoque recentioris ævi pro diversorio ipso, in quo locus præbebatur tam hominibus quam equis. A illo autem κάτη, καπηλεῖον, & καπηλεῖα, *capo*, & *capona* idem quod πανδοκεῖον, & πανδοκεῖα. At ἡ καπηλεία, quæ διὰ τῶν ἐμπορίων ab auctoribus discernitur, non est caponaria, sed omnis negotiatio, omniumque mercium nundinatio, quæ in foro exercetur. Hujusmodi καπήλους diversos facit Plato διὰ τῶν πανδοκείων, καὶ διὰ τῶν ἐμπορίων, lib. xi de Legibus. Ubi etiam interpretes, qui *caponaticum* vertunt, & *caponariam*, more caponum, sinceram illius vocis significationem incrustant & invertunt. Tres ibi nominat hominum professiones minus honestas habitas, quia lucrum avide sine fine ac modo appetunt, τὰ περὶ τὸν καπηλεῖον, καὶ ἐμπορίαν, καὶ πανδοκείαν, ψόγον. Si καπηλεῖα eo loco est caponatio, quid erit πανδοκεία? *Stabulariam* vertunt. Immo caponaria est, quæ & ipsa comprehendit stabulariam, quatenus stabula cum diversoriis juncta, & utraque ab uno sæpius exercebantur. Hinc Basilicorum interpretes, quod in edicto prætoris erat, *Nauta, caupones, stabularii, quod cujusque salvum fore receperint, nisi restituent, in eos judicium dabo*, Græce verterunt, ἐπεὶ δὲ καλεῖται ἐπὶ τῇ φυλακῇ οἱ καύκληροι καὶ οἱ πανδοκεῖς, ἐὰ μὴ ἀποκαθιστῶσιν, ἐνάγω. Quibus verbis πανδοκεῖον nomine caupones & stabularios complexi sunt. Alio tamen loco, ut leg. unica D. Furti adversus nautas, *cauponam* verterunt καπηλεῖον, & *stabulum* πανδοχεῖον. Unde apparet, non unius interpretis illam fuisse versionem. At apud Platonem, verbis superius citatis, καπηλεία est *coctionatura*, ἐμπορία *mercatura*, πανδοκεία *cauponaria*. Sic apud Pollucem hæc vox accipitur lib. VI, cap. XXI: ἐμπόλησις, ἀπαγή, δόσεκφορὴς, καπηλεία, μαγδωλή. καὶ τὸ ἐπὶ πλείω, κάπηλος, πανδοκεύς, μαγδωλεῖς, πυλωνής. Item lib. VII, cap. II: καὶ τὸ παρέγκλισις, ὀψώνιον, καπηλεῖα, καπηλικὴ, δόσεκφορὴς, μαγδωλὴ, μαγδωλική. Sic legendum ex veteri codice, non, ut est vulgo, μαγδωλικά. Ex his omnibus notum esse potest, quid sit apud Aristotelem καπηλικὴ, quam eamdem facit cum μαγδωλικῇ, ut καπηλεῖα apud eumdem omnis est μαγδωλή. Non pauciora dicenda fuere, ut error interpretum inveteratus evelleretur, qui de re χρηματιστικῆς, quæ in quolibet genere mercium mutandarum versatur, ἐπιπλαστῶς locuti sunt.

CAP. XIII.

Nulla permutatio καπηλικὴ *Aristoteli sine nummo. Una eidem permutationis species secundum naturam, qua res ad victum necessarias cum rebus similibus mutat. Æque tamen naturalem videri qua res adules cum ferro permutat aut ære rudi. In ejus locum successisse rerum cum nummis permutationem. Ea propria venditio & empsio dicta. Nullam fuisse ante nummum. Idem sentire cum Aristotele Jurisconsultos Proculi sententiam sequutos. Sabinianâ*

niani contra Proculeianos defensi. Versus Homericos, à Proculo citatos pro ipso non facere. Quid sit ἀμοιψις. Explicata permutatio armorum Glauci & Diomedis. Eam ἀμοιβὴν esse proprie, non ἀλλαγὴν aut μεταβολὴν. Hujusmodi permutationem instar habere donationis, nec esse venditionem. Quid sit nummo addicere. Locus Suetonii explicatus ac defensus contra eruditos interpretes. Nummus pro minimo pretio. Qui rem caram pro uno nummo vendit, donare potius quam vendere intelligi. Locationem nummo factam non esse locationem, sed pro donatione accipi. Venditio nummo facta, pro venditione etiam valet. Idem statuendum videri & de locatione. Lex LXVI de jure dotium explicata. Variæ permutationum species expositæ, ἀμοιβὴ, ἀλλαγὴ, μεταβολὴ. Venditionem & emptionem, quæ nummo fit, etiam permutationem esse. Πρὸς ἀργύριον ἀλλάξασθαι, pecunia emere. Sic, mutari pretio merces, Latine dici. De Arabum jure in permutationibus. Quatenus apud illos licitæ quæ cum augmento ab altera parte fiunt. ربع generale vocabulum esse de omnibus permutationibus, quod in aliquot speciales dividitur. Origo emendi ac vendendi à permutatione rerum cœpit. Multa argumenta ex Homero petita, quibus probetur, etiam ante nummi usum venditionem & emptionem fuisse frequentatam. Nummus post Homeri ætatem repertus. A Phidone Argivo inventus, qui septem tantum annis anterior Hesiodo ab Eusebio statuitur. Hesiodo nummum minime fuisse cognitum. Χρήματα Græcis non de sola pecunia, sed de omnibus quæ in bonis habentur. An pretium à merce discerni potuerit in antiqua rerum permutatione? ita videri. Mancipia ἀλώνητα, sale empta. Domus βοώνητος. Ἀντίδοσιν appellari eam speciem venditionis quæ permutatis

tatis invicem speciebus olim fiebat. Quomodo pretium à merce in illo genere emptionis distinctum fuerit. Οἰνίζεσθαι esse vinum emere. Æs, ferrum, aurum & argentum rude in thesauris servari antiquitus solita, ut pro pretio esse possent ad res emendas. Κειμήλια quid. Boves etiam pretii vicem sæpe olim præbuisse. Hinc æstimatio rerum per boves facta. Post nummum etiam id invaluisse, tam apud Græcos, quam apud Latinos. Quid fuerit ἐκκοστάβοιον in Draconis lege. De multa quæ bubus & ovibus Romæ dicebatur. Quomodo in antiquis permutationibus, citra nummum fieri solitis, venditor ab emptore distingueretur. Paulus Iurisconsultus explicatus. Perperam eum existimare, antequam nummus esset, non aliud pretium fuisse, aliud mercem. Τιμῆς nomen pro pretio apud Homerum non legi, sed ὦνον pro eo poni. Mercium nomen antiquioribus quoque Græcis, qui nummum ignorabant, notum. Quid sit φόρτιος & φορτίον, quid φορτίς, quid ἀντιφορτίζεσθαι. Vsos etiam fuisse priscos Græcos πράσεως & ὠνῆς nominibus, quamvis res tantum invicem permutarentur. Πρίασθαι & περιῶν & πρίασθαι apud Homerum extare, & ἐμπολᾶσθαι. Qui animo rei suæ distrahendæ permutat, esse venditorem, qui alienæ rei habendæ, haberi pro emptore. De illo permutandi genere quod trocum aut bigam vulgo vocant. De alia specie mutationis quæ Græcis δωρεὰ & ἀντιδωρεά. Ex eo genere fuisse qua Glaucus arma cum Diomede permutavit. Εἰνία & ξεννεῖα quid. Certior & expeditior emendi & vendendi ratio per nummum, non tamen minus naturalis, quam quæ sine nummo. Iuris gentium esse utramque permutationem. Ab eodem jure & nummum esse. Hæc omnia igitur ab eodem jure naturali profecta videri. Qua regula dignosci possit, utrum, quod geritur, venditio & emptio sit, an venditio. Mos permu-

 tandi

tandi etiam apud eas gentes hodie usurpatus, in quibus aut rarus nummus, aut nullus. De differentiis permutationis rerum, & venditionis emptionisque.

NUnc redeamus ad Aristotelem, qui, nisi nummus fuisset, nullam futuram μεταβλητικὴν, nullam vendendi emendique reciprocationem, videtur persuasum habuisse. Μεταβλητικὴν saltem unam agnoscit, antiquam nimirum illam quæ vinum cum frumento permutabat, quam & secundum naturam esse pronunciat. Hac tamen agnita, eam quoque admittat pro naturali necesse est, quæ vinum cum ære & ferro rudi permutatum ibat, cum Homerus tanto antiquior talem Græcis in usu fuisse perhibeat:

Ἐνθ' ἄρα οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Ante usum nummi, ut toties jam dictum, sic res permutari invicem solebant cum ære & ferro rudi. At si nummum ex ære aut ferro gravem, substituas in locum æris aut ferri rudis, ut postea obtinuit, permutationem feceris ex naturali non naturalem, & pro permutatione venditionem & emptionem. Mira sane res. Venditio igitur nulla fuit, nulla emptio, nisi post nummum repertum. Ita existimasse videtur Aristoteles; cui nostri etiam accedunt Jurisconsulti, saltem qui Proculi sententiam sequuti sunt. Eam merito prævaluisse ideo statuunt, quod permutatio propria sit species contractus à venditione separata. At ego, si judex in ea causa sederem, libenter, immo & libere, secundum Sabinianos contra Proculeianos darem, atque eorum opinionem prævalere dicerem debere. Superius allatis Homeri versibus utebantur Cassius & Sabinus, quasi testibus, quibus probarent, in alia re pretium quam in nummo posse consistere, & permutatione rerum emptionem & venditionem con-

contrahi; eamque emptionis ac venditionis speciem vetustissimam esse, argumēto illorum versuum evincere volebant. Proculus vero, qui contrariam sententiam tuebatur, aliis Homericis versibus se adjuvari ajebat, quasi pro se facientibus. Quos ego tamen contra ipsum adprime facere judico. Versus hi sunt:

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν,
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Ecce, inquiunt, hoc loco rem gestam ἄμειψιν vocavit, hoc est, permutationem, non venditionem. Immo ne nunc quidem, cum venditio & emptio in usu est, si quis tale quid incœptaret quale ibi inter se egisse Diomedem & Glaucum narrat poëta, venditionem id indigetare posset. Diomedes & Glaucus, cum sibi invicem in prælio occurrissent, decertare parati, prius quædam. Heroum tunc temporis more, inter se colloquuti, ex eo colloquio amici discedunt, & in amicitiæ testimonium arma permutant. Hæc donatio mutua, non venditio. Sed nec dici potest permutatio, qualis illa antiqua erat quæ pro specie venditionis & emptionis habita est. Non enim eo animo & proposito inter se arma commutant, ut is qui vinum cum frumento, aut cum ferro permutaret. Arma sunt quæ pro armis donantur, mutua, ut dixi, traditione. Ideo ἀμοιβὴν appellat, non μεταβολὴν, *mutuationem*, non *permutationem*. Nam τὸ ἀμοιβαῖον, proprie mutuum. Quin & ἀμοιβὴ, quæ mutatio, pro mutuatione accipitur, ut supra docuimus. Ἀμοιβὴ etiam proprie remuneratio, sive in bono, sive in malo retribuendo. Hic in bono sumitur. Arma sua dat Diomedes Glauco pro munere, remuneratur eum suis Glaucus. Hinc Satyricus de hac eadem re loquens:

— discedat pigrior alter,
Muneribus missis. —

De Glauco sermo est. Hæc igitur ἀμοιβὴ, non ἀλλαγὴ,

 nec

nec μεταβολή. Sic qui alternis loquuntur, aut canunt, ἀμοιβαῖα loqui & canere dicuntur. Μεταβλητικῶς aut μεταβολικῶς id non dicerentur facere. Sic Hector & Ajax, cum è duello conciliati & amici discederent, mutuis se donis afficiunt. Balteum hic illi dat, ille alteri ensem. Quæ ἀμοιβὴ armorum, non μεταβολή. Etiam si μεταβολὴ diceretur, non ex eo genere esset, qua vendentes & ementes, merces inter se permutant. Nec obstat, quod Homerus dementatum fuisse Diomedem dicat, quod aurea pro æreis donaverit, & pretiosa pro vilibus. Nec enim semper mutua dona paria sunt. Quinimmo vel inde perspicuum est, hunc actum non posse accipi pro venditione & emptione. In emptione quippe & venditione, quantum fieri potest, pretium rei emptæ cum rei venditæ æstimatione exæquatur. At qualis hæc foret venditio, ubi centum boves contra novem permutarentur, ἱκατόμβοια τὸν ἐνεαβοίων? Etiam in veris emptionibus venditionibusque, quæ pretio dato peragebantur, si quis rem magnopere pretiosam vili admodum pretio addiceret, donare, non vendere eam censebatur. *Nummo addicere* de his venditionibus dicebant vulgo, quæ instar donationis haberent. Horatius lib. II, Sat. V:

— huic tu
Dic ex parte tua, seu fundi, sive domus sit
Emptor, gaudentem nummo te addicere. —

Ad quem locum Porphyrio: *ut viderentur emisse, nummum dabant, si cui donabant.* Quibus non licebat donare, ita vendebant, simulata venditione, vera donatione. Quidquid dicant viri doctissimi Casaubonus & Torrentius, ita omnino legendum apud Suetonium in Julio de Servilia M. Bruti matre, quam amavit Cæsar: *ei bello civili super alias donationes amplissima prædia ex auctionibus hastæ, nummo addixit.* Donationem Suetonius vocat hanc venditionem. Et revera ita fuit, sed ficta venditio. Viri illi summi

summi *minimo addixit* mallent, quomodo & in quibusdam exemplaribus legitur, sed mendosius scriptis. Rationes Torrentii, quibus etiam acquiescit Casaubonus, operæ pretium est cognoscere. Sequitur apud Suetonium: *Cum quidem plerisque vilitatem pretii mirantibus, facetissime Cicero, quo melius emptum sciatis, Tertia deducta est.* Hujusmodi venditio, inquit Torrentius, qua nummo quid addicitur, donatio est, non venditio. Quomodo igitur verum erit quod sequitur, plerosque admiratos fuisse vilitatem pretii? Quæ ratio ridicula est. An non idem dici posset, etiamsi legeretur, *minimo addixerit?* Quis enim hanc veram dixerit emptionem quæ minimo fiat? Nonne quod nummo addicitur, etiam minimo addictum potest accipi? Immo quod in quibusdam codicibus extat scriptum, *minimo*, interpretamentum videri potest illius *nummo*. Nec melius est argumentum quod deinde adfert; Macrobium in eadem re narranda *ære parvo* dixisse: *Mater M. Bruti Servilia cum pretiosum ære parvo fundum abstulisset à Cæsare, subjiciente hastæ bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis.* Certe æs illud parvum sestertius nummus est. Dicis causa, ut venditio videretur, nummum dabant, cum vere esset donatio. Nam qui sic vendit, donare intelligitur. Similiter & conductionem non esse dicit Ulpianus leg. XLVI. D. Locati, si quis conduxerit nummo uno, *quia & hæc donationis instar inducit.* Nempe gratis concedere censetur usum rei suæ, quem hoc modo non locat, sed donat, qui nummum unum mercedis nomine pro eo paciscitur. Si dixisset Jurisconsultus, *si quis conduxerit minimo*, tantumdem esset. Idemque & in emptione est, ut apparet ex leg. XXXVIII. *Si quis donationis causa minoris vendat, venditio valet.* Et paulo post: *Quoties vero viliore pretio rei donationis causa distrahitur, dubium non est, venditionem valere.* Valet quidem

 inter

inter cæteros, ut statim subiicitur, non inter virum & uxorem, venditio donandi animo viliore pretio facta. Quousque vilitas pretii extendenda sit, non determinat Jurisconsultus: An usque ad nummum descendet, ut venditio teneat? Negant hoc Jurisconsulti neoterici. Legem enim illam non de uno nummo, sed de vili pretio interpretandam esse, contendunt. Quod est ridiculum. Negent, si possunt, quod nummo constat, vili pretio emptum esse, si pluris valeat. Quod viliori pretio dicit lex, etiam id de vilissimo potest intelligi. Quin & venditio valebat etiam rei nummo addictæ, ut ex illis videre est quæ ex Suetonio adduximus de fundo magni pretii, quem nummo addixit Cæsar Serviliæ in auctione publica. Porphyrio ad Horatii versus supra allatos: *Quia lege cautum erat, ne rem, vel agrum, vel domum alicujus in testamento donatam, donaret, ut viderentur emisse, nummum dabant, si eni donabant.* Ubi pretium intervenit, quamvis minimum, venditio omnino putari debet, etiamsi donationis causa facta sit. Pretium enim qualecunque, ut sit ac videatur venditio, præstat. Pretium quippe proprium venditionis & emptionis, non locationis & conductionis. Ideo aliud in locatione, quæ nummo uno facta est, pronuntiavit Jurisconsultus, quam nullam esse dixit, quia donationis instar inducit. Cum enim mercedes distinguat inter locatum & commodatum, tantula merces, ut est nummus unus, vix pro mercede habenda. Quod de donatione autem subjicit, de gratuita usus commodatione id intelligendum. Cæterum, an non idem & de venditione atq; emptione dici queat, tantulum pretium, nummum nempe unum, non constituere venditionem, sed magis, ut sit donatio, efficere? Donationis quidem speciem esse talem venditionem concedunt, pro venditione tamen valere ajunt. Cur non idem sit & de locatione nummo uno facta? Certe tam venditio

ditio quam locatio valere dicitur leg. LXVI. D. de jure dotium: *Quidam ergo, remedii loco, recte putaverunt, introducendum, ut locet hunc usumfructum mulieri maritus, vel vendat nummo uno, ut ipsum quidem jus remaneat penes maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertinet.* Sic enim hæc verba capienda sunt, quasi dixisset, ut locet usumfructum nummo uno, vel nummo uno vendat. Quippe æque de imaginaria locatione, ut de venditione, id exponendum. Nec enim aliter perceptio fructuum ad mulierem pertinuisset gratuita, quam si nummo uno conductum habuisset usumfructum, aut emptum. Hæc igitur locatio nummo facta nō minus hic obtinuit quam venditio rei nummo addictæ. Quæ sententia Pomponii est, diffidentis hac in parte ab Ulpiano, qui hujusmodi locationem nullam esse voluit, sed pro donatione tantum valere. Sed verius, ut videtur, Pomponius sensit. Quæ enim ratio differentiæ, ut in emptione aliter res se habeat quam in conductione? Nec porro video, cur quod minimo emptum est, pro empto valeat, quod nummo addictum sit, non valeat, & hæc imaginaria, illa vera habeatur emptio, cum & nummus minimum sit pretium, & minimum pretium de nummo etiam possit intelligi. Sed nec verum est quod notavit Accursius, venditionem illam nummo factam, cujus mentio in lege suprascripta D. de jure dotium, necessitate fieri, vel quia res digna non erat majori mercede. Non necessitate facta ibi dicitur, sed quum remedium quæreretur quomodo ususfructus mulieri restitueretur, qui redire ad dominum proprietatis debebat, hoc introductum, ut per locationem, quæ nummo fieret, aut per venditionem similem, mulier usum fructum retineret, remanente penes maritum jure, qui eum locaverat nummo uno mulieri, vel nummo uno vendiderat. Quo casu & facta hujusmodi locatio, quemadmodum & venditio,

locum

locum habuit ac valuit. Et falsum, quod adstruit idem Accursius, rem pluris non valuisse, ideo nummo uno venditam. Si hujusmodi autem venditiones, meræ veræque donationes censebantur, quid erit dicendum de illa permutatione Diomedis & Glauci? Certe ex parte Glauci, qui rem impensi pretii cum vilissima permutavit, donatio fuit. Ceterum qui plus dat in remunerando quam accepit, ἀμοιβὴν nihilominus facere dicitur, quemadmodum & Homerus hoc loco fecisse Glaucum cũ Diomede perhibet. Quam ἀμοιβὴν perperam Proculus in argumentum traxit antiquæ permutationi adstruendæ, quæ venditionis & emptionis nomine non esset vocanda. [δὸ γὰρ, ἐν ταῦτα ἄμοιψον σαφῶς ἐκάλεσεν, οὐ πρᾶσιν, τὸ γινόμενον, inquit Theophilus lib. III, cap. XXIV. Atqui hæc ἀμοιβὴ longe distat ab illa antiqua permutatione quæ instar venditionis & emptionis habuit, quam proprie ἀλλαγὴν & μεταβολὴν Græci vocant, non ἀμοιβὴν, quamvis interdum hæc invicem nomina soleant confundi. Sed est rerum ejusdem generis invicem permutatio, sive statim fiat de manu in manum, ut in collybo, sive post tempus, ut in mutuo. Etenim & ἀμοιβὴ dicitur nummorum cum nummis permutatio, unde ἀργυραμοιβὸς, qui & nummularius. Pollux lib. III, cap. IX: ἀργυρίου ἀλλαγὴ, ὁ καλούμενος κόλλυβος, ἀργυρίου ἀμοιβὴ. Ita vetus codex. Qui vestes mutat, & aliam pro alia sumit, ἀμείβειν ἐσθῆτας dicitur. Unde & vestes, quæ sic mutantur alternis, ἐξημοιβὰ ἱμάτια Homero, quæ & ἀλλάξιμα recentioribus Græcis. Ita Glaucus & Diomedes arma invicem mutant, qui dum arma pro armis dant, ἀμοιβὴν sic proprie dictam faciunt:

Ὃς πρὸς Τυδεΐδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν.

Sic etiam ἀμοιβὴ mutuum, hoc est, permutatio, qua res ejusdem generis redditur. Ubi autem permutatio fit rerum diversi generis, ἀμοιβὴ ibi nomen non habet, sed ἀλλαγὴ aut μεταβολὴ, ut vini cum tritico, cum

ære

ære aut ferro, mancipiis aut bubulis pellibus, ut illa quæ in castris Græcorum ab Homero inducitur. Sed, quam mercatores inter se faciunt, mercium diversi generis commutatio, qualis ante nummum inventum in usu fuit, μεταβολὴ appellata est, & ipsi proinde mercatores μεταβόλοι & μεταβολεῖς, ut superiore capite abunde dictum est. Aliorum hominum vel inter se, vel cum mercatoribus rerum permutatio, sive cum aliis rebus fiat, ut olim ante nummum, sive etiam cum nummo, quæ venditio & emptio appellatur, ἀλλαγὴ nominatur; cujus vocis generalis est appellatio ad μεταβολὴν etiam & ἀμοιβὴν porrecta. Hinc ἀλλάξασθαι πρὸς ἀργύριον, merces argento, id est, nummo mutare. Plato de Rep. lib. II, de cocionatoribus sive καπήλοις, qui res emunt ab agricolis & artificibus: αὐτοῦ γὰρ δεῖ μένοντας αὐτοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν, τὰ μὲν ἀντ' ἀργυρίου ἀλλάξασθαι τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι, τοῖς δὲ ἀντὶ ἀν' ἀργυρίου διαλλάττειν ὅσοι τι δέονται πρίασθαι. Idem de legibus lib. V: νόμισμα δ' ἕνεκα ἀλλαγῆς τοῦ καθ' ἡμέραν. Aristoteles quoque dixit in Politicis lib. I, nummum esse στοιχεῖον καὶ πέρας τῆς ἀλλαγῆς, principium & finem permutationis. Item nummum inventum esse ἐκ τῆς ἀναγκαίας ἀλλαγῆς, propter necessitatem permutationis. Latini etiam, *mutari pretio & nummo*, dicunt quæ emuntur, ut Græci πρὸς ἀργύριον ἀλλάττεσθαι. Virgilius:

— quamvis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.

Ad quem locum Servius: *Ingenti pretio comparentur. Nam apud majores omne mercimonium in permutatione constabat, quod & Caius Homerico confirmat exemplo.* Locum Homeri intelligit à Caio citatum, ut hodie extat in III Institutionum Justiniani. Hæc omnino contra Proculeianos faciunt, qui negant, venditionem & emptionem antiquis illis, qui nummum ignorabant, & solam mercium permutationem

notant,

norant, fuisse cognitam. Nam & venditio emptio-
que, quæ nummo perficitur, etiam permutatio pas-
sim Græcis Latinisque auctoribus nuncupata. Ut enim
prisca ratio res cum rebus mutabat, ita nova res cum
nummo mutavit. Si hæc posterior mutatio, emptio
& venditio dicta est, nec minus prior sic dicenda. Male
etiam idem Proculus ἀμοιβὴν, quæ permutationis est
species, rerum ejusdem generis, qualis illa armorum
apud Homerum inter Glaucum & Diomedem, quæ-
que instar donationis habuit, confundit cum alte-
ra in mercimoniis emendis ac vendendis tralaticia,
quam ἀλλαγὴν & μεταβολὴν Græci dixere. Hujus-
modi permutationem, quæ donationis vel remune-
rationis cum augmento & accessione ab altera parte
vicem habet, Arabes ex jure Muhammedico pro li-
cita agnoscunt, si non consistat in rebus ponderis &
mensuræ, vel si non fiat in rebus ejusdem generis. Si
utrumque adsit, id est, si res sit quæ detur pro alia ejus-
dem generis, quæ in pondere & mensura consistat,
tum nullam omnino accessionem permittunt, sive
illam quæ repræsentatur datione de manu in manum,
sive illam quæ post tempus præfinitum constituitur,
ut in fœneratione. Si vero absit alterutrum, ut nem-
pe non sit res ejusdem generis quæ permutetur, vel si
sit, non consistat in pondere & mensura, tum acces-
sionem in permutatione non vetant, quæ in vestigio
fit, dum permutatio peragitur. Exempli gratia, si
quis permutet modium tritici cum duobus modiis
hordei, licitum est. Nam etsi in mensura res hæc con-
stent, non sunt ejusdem generis. Rursus, si quis det
quinque ulnas panni Ariensis, هروي vocant, qui
illis in pretio, sex ulnas ejusdem panni, immo vel
decem recepturus, pro usuraria & illicita hæc non
habetur accessio, quia etsi fiat in rebus ejusdem ge-
neris, in veste nimirum, aut panno, unde vestis confi-
citur,

citur, non versatur in rebus quæ pondere & mensura
continentur. Res quoque ad victum necessarias, quæ
nec ponderari, nec metiri mos est, sic licet permutari,
ut una detur pro duabus. Quod augmentum non est
usurarium ipsis, nec adeo illicitum. Qui dat igitur
unum fasciculum olerum, ut duo recipiat, aut unum
ovum ut duo ipsi reddantur, duo dactyli, & similia,
non rem facit illicitam, & omnis hujusmodi permu-
tatio non inter vetitas. Aliæ sectæ Arabum in alia
sunt sententia, & multum à Muhammedana dissi-
dent. De quo nos infra. Permutationem omnem vo-
cant بيع *beih*; sive illam quæ rei fit cum pretio vel
nummo, hoc est, venditionem & emptionem, quam
proprie vocant سلم *selm*, id est, traditionem; sive
nummi cum nummo, quæ ipsis dicitur صرف *sarph*,
quam definiunt, بيع الثمن بالثمن, hoc est, *mutatio-
nem pretii cum pretio*, quæ est ἀλλαγὴ νομίσματος, vel
κόλλυβος Græcorum; sive denique res cum re permu-
tatur, quam generis nomine appellant بيع, quamque
adeo statuunt esse in definitionibus suis, مبادلة
مال بمال, id est, *permutationem rei cum re*.
Hæc cum sit omnium antiquissima, ideo & ceteris
omnibus etiam nomen dedit. Nam invento nummo
res permutari cum rebus desierunt, & mutatio cœpit
rei cum nummo celebrari. Et recte Paulus leg. 1. D. de
contrahenda emptione, *originem emendi vendendi-
que à permutationibus cœpisse* ait. Immo emendi
vendendique ratio etiam permutatio est, sed alio mo-
do. Non species, ut antea, pro specie, sed species pro
nummo datur, sive, quod idem, species nummo per-
mutatur. Si emptio & venditio permutationis est ge-
nus,

nus, profecto & antiqua illa permutatio venditionis & emptionis genus, qualis tunc fieri poterat, recte fuisse dicetur. Ut autem Cassianorum sententiam tueamur adversus Proculeianos, innumera argumenta ac testimonia ex Homeri poësi peti possint, quibus confirmetur, venditionem & emptionem vel illo tempore appellatam fuisse quo in Græcia nummi nulla vestigia extabant. Certum autem est, apud Homerum nullibi apparere mentionem numismatis. Ex illis ipsis versibus, quos supra adduximus, probatur, nummum non illi fuisse cognitum, cum arma Diomedis novem bubus æstimata dicat, Glauci centum. Proclivius erat, ea auro aut aureo nummo æstimare, si tunc aurum, ut in pretio erat, ita etiam pro pretio fuisset. Adde, quod Græcos ad Troiam vinum, quod ipsis in castra è Lemno navibus advehebatur, ære & ferro rudi emptitasse scribit, aut bubulis pellibus, ipsisque etiam bubus, & captivis. Quod non factum esset, si argentum signatum in numerato habuissent. Adjungam & aliud validius argumentum, quo evincatur, post Homeri ætatem nummum in Græcia satis longo intervallo fuisse signatum. A Phidone Argivo primum, nummum argenteum æreumque cusum scribit Strabo, lib. VIII. Is est Phidon quem & mensuras invenisse ferunt & pondera. Non mirum igitur, si & nummorum primus auctor per Græciam celebratur. Eum longe Homero recentiorem fuisse constat. Eusebius Phidone illo Hesiodum septem tantum annis anteriorem constituit, quem centum & amplius post Homerum vixisse in confesso est apud plerosque. Alii tamen ipsum aliquot annis Homero antiquiorem faciunt, ut auctor Marmorum Arundellianorum, qui & Phidonem, qui primus in Ægina nummum argenteum percussit, sex annis posteriorem Homero statuit. Verum de hoc infra alio loco. Sane nec Hesiodus, nec Homerus, argenti aut auri signati uspiam

uspiam meminisse deprehenduntur, sed nec æris. Aut recens igitur nummi fuit eorum ætate inventio, ut quæ nec dum ab omnibus recepta esset, aut nondum plane prodita. Χρήματα quidem vocat Hesiodus hoc versu:

Χρήματα μὲν ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Quo nomine recentiores pecuniam, sive opes quæ in nummo signato sitæ sunt, appellant. Sed ea vox quidquid in bonis habetur, significat, ut & apud Homerum in Odyss. ξ:

— πολλὰ δ' ἄγειρα
Χρήματ' ἀν' Αἰγυπτίους ἄνδρας.

Si ante nummi notitiam venditionis & emptionis vocabula apud Græcos in usu passim fuisse docemus, quid causæ erit quin illi antiquæ permutationi, quæ res pro rebus dabat, venditionis & emptionis recte nomen impositum judicemus? Sic Schola Cassianorum & Sabinianorum vicerit, qui rebus etiam invicem permutatis rite venditionem perfici dixerunt, eamque esse antiquissimam venditionis & emptionis speciem quæ permutatione mercium contraheretur. Profecto tota via errare putandi sunt, qui crediderunt venditionem & emptionem olim non constitisse, quia pecunia non erat, quæ pretium esse in rebus emendis & vendendis posset. Quasi vero loco pecuniæ signatæ alia res pretio fungi non potuerit, cum etiam constet, apud antiquos, qui nummum usum non habuerunt, vendendi emendique commercia promiscue usurpata, & pretii vicem constituisse res ipsas quæ in ἀντιδόσει dabantur. Si nunc pretium in ære signato recte consistit, numquid & tunc non etiam recte procedebat cũ in æris aut ferri rudis massa consisteret? Sed diversæ scholæ auctores opponunt in permutatione qualis antiquitus frequentabatur, discerni non potuisse pretium à merce, nec, uter esset venditor, uter emptor, statui: utrumque

 enim

enim mercem esse, & utrumque pretium. Nec ipse deprecor quin ita videatur, si prisco permutandi more non potuit dignosci quis esset emptor aut venditor, qua ex parte pretium aut merx foret. Verum aliter longe se res habet. Emptionis & venditionis contrahendæ quod viam inierunt facilitorem recentiores nummo reperto, hoc efficere non potest, ut venditio non fuerit permutatio veterum, cum venditionem ipsi eam vellent esse, atque ita vulgo appellarent. Qui vinum pro ære rudi, quod dedisset, acceperat, illud tibi ære emptum dicere poterat, hoc est, χαλκώνασθαι. Ille alter contra, as vino emerat qui as acceperat vinumque præbuerat. Atqui hoc ipsum est quod Proculus & Nerva dicebant, in tali permutatione non distingui pretium à merce, cum utrumque pretium sit, as nempe & vinum. Verum de hoc paulo post. Nunc tantum id agimus, ut ostendamus, has permutationes veteribus nomine emptionis ac venditionis fuisse cognitas. Sic mancipia ἁλάτους appellabat, sale empta, qui pro illis salem dederat. Sic in promulside Canicio apud Paulum Venetum sal pro nummo datur. Coquunt in caldario, & postea ex eo in parvis formis exiguas massas includunt, quas refrigeratas & consolidatas vice nummi expendunt. Sal cum vilis esset apud Græcos, ex eo vili empta omnia ἁλώνητα appellarunt. Ita δούλους apud Pausaniam Polydori regis domus, quam Lacedæmonii, eo defuncto ab ejus uxore emerunt pretio boum. Λακεδαιμόνιοι δέ, inquit, τῷ νεκρῷ τῷ ἐκείνου ἐπὶ ἅλας ἐλθοῦσι μισθοῦ τινὸς ἐπράξαντο βοῦς. Πολυδώρου παῖδι εἶναι δοκοῦντι Θεανὼ ἐπὶ τούτοις ἐγγυᾶται. Δούλους δὲ αὐτῷ τοὺς πολλοὺς ἐκ τούτου ἐκτήσατο, καὶ ἀνδράποδα ἐπρίατο ἐπὶ τοῖς βουσὶν ἐκείνοις. Græci certe scriptores ἀνώνητον nominant eam speciem venditionis & emptionis, quæ permutatione apud

apud sæculum prius peragebatur, quasi mutuam dationem. Pollux, ubi eos reprehendit, qui apud Homerum ὠνητοὺς & ἐπριάμους de eo genere nummi, cui boris figura impressa erat, intelligunt, sic loquitur, ut ejus verba corrigenda sint lib. IX: Οἱ μὲν τὰ βόες εἰς τὸ τοπάλιν ἄνευ κλοπῆς νομίσματα καὶ Ὅμηρον εἰδέναι νομίζοντες, εἰς τὰ ἐπριάμενοι ὠνητοὺς τοὺς ἀπολωλεκότας. Ἀλλ' Ὁμήρῳ μαρτυρῶν, τὸν ἀπαγχόνιον ἐκμισηματῆ χοινῖχ τὸ πελανὸν, ἐτρύγα, καὶ ἀνδράσι ἴσον ἐς ὕπνον ἔτι.

Ἔνθα δ' εἰνίζοις ἐκπεπρωμένοις Ἄχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκοῦ, ἄλλοι δ' αἴθωνος σιδήρου,
Ἄλλοι μὲν ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδοισι.—

Falli tamen puto, qui existimant, in eo contrahendæ venditionis & emptionis modo, qui permutatione & ἀνταλλάξει fiebat, non potuisse dijerni pretium à merce, neque emptorem à venditore. Hoc cum ex rebus ipsis quæ dabantur, tum ex animo ac proposito contrahentium facile intelligi poterat. Quod vel ex illis Homericis versibus non erit difficile probare. Cui res aliqua, ex his præcipue quæ usu consumuntur & victui necessariæ sunt, ita supperebat, ut etiam superflueret, si plus haberet quam ipse cum suis absumere posset, nihil aliud quærebat quam ut, quod sibi superabat, distrahere posset, etiamsi nulla alia indigeret, quam e contrario acciperet. Hoc hodieque fit. Vinum habeo in cella longe majori copia quam ipse abuti possim. Si illud diutius servem, mihi peribit, acescet enim aut rappa fiet. Necesse itaque mihi est, illud vendere, nisi jacturam ejus velim pati. Finge, nondum esse nummum, finge nullius rei me esse indigum quam pro vino meo accipere valde exoptem, omnino tamen vendundum est. Eo igitur curabo devehendum, ubi sciam ejus penuria homines laborare, ut sic quam maximi vendam. Quid pro illo recipiam?

Nihil enim illi homines habent quod desiderem, quo ipse indigeam. Potius, quam vinum mihi pereat, quodcunque illi poterunt contra dare, quod servare diu valeam, & durare apud me queat, pelles, boves, æs & ferrum, vel etiam mancipia, accipiam. Jam nemo hic potest dubitare, quis venditor sit futurus, quis emptor, ubi merx futura, ubi pretium. Lemni incolæ vino abundabant, ut insula illa vini ferax est. Habebant in vicinia Græcorum castra, in quibus quotidie multa vini copia cōsumebatur. Ut quæstum facerent, & bene vinum futuro venderent, curabant ad Græcorum exercitum deferendum. Venditores eos fuisse, nullum dubium est. Græcos autem, emptores, etiamsi non pecuniam pro eo dederint, sed quod in promptu habebant, alii æs, alii ferrum, alii pelles bubulas, bovesque adeo ipsos, nonnulli etiam captivos. Hæc omnia pretii loco cedebant. Homerus dicit, ὠνέοντ' ἀπ' ἀλλήλων, quod Grammatici veteres *emere* interpretantur. Pollux lib. VI: τὸ δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἀντὶ τοῦ ὠνεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἀνταλλάσσειν πεποίηκεν. Hesychius: ἀπ' ἀλλήλων, ὠνούμενοι. Sic etiam interpretatus est Sabinus apud Paulum leg. 1. D. de contrahenda emptione, his verbis: *Sabinus, Homero teste, scribit, qui exercitum Græcorum ære, ferro, hominibusque vinum emere refert.* Ita reddidit illud ἀπ' ἀλλήλων. Et Theophilus, ἀπ' ἀλλήλων ὠνούμενοι ἀντὶ χρημάτων exponit. Et sane ex re ipsa quæ in ἀπ' ἀλλήλων contra dabatur, facile distinguebatur, ex qua parte pretium dari interpretandum foret, ex qua parte merces. Et sic etiam poterat discerni emptor à venditore, cum, qui mercem exhiberet, venditor esset, qui pretium, emptor. In aliis enim rebus, ut plurimum pretia consistere solebant, in aliis merces. Quæ res poterant conservari, nec statim erant consumendæ, in his fere pretium constituebant. Unde æs & ferrum, aliaque metalla, plerumque, ut pretii loco esse possent aliis rebus, si quando eguissent, com-

comparandis, condebant & servabant. Boves quoque sæpius ad eum usum habebant, pelles, salem, aliaque ejusdem generis. Æs & ferrum rude frequentius ad eum usum habitum ac servatum reperio & boves. Unde apud Homerum, qui in bello sibi vitam concedi orant, & captivos fieri, in domo patris sui ingentem æris, auri, ferrique vim jacere jactant, quo redimantur, magno ejus compendio qui captos servasset. Inde illa sunt:

Ζώγρει, Ἀτρεΐδη· δέξαι, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα.
Πολλὰ δ' ἐν αὐφειῷ κατακείμεθα κειμήλια κεῖνος,
Χαλκός τ' καὶ χρυσός τε, πολυκμήτους τε σιδήρους,
Τῶν κέν οἱ χαρίσαιτο νοήσας ἠπιόφρων ἄποινα,
Αἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ἐνὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Et similia non uno loco reperiuntur. Ut Odyss. ξ:

Καί μοι κλῆρόν τ' ἔδοξεν ἴσον ξυναγείρασθ' Ὀδυσῆος,
Χαλκόν τε, χρυσόν τε, πολυκμήτους τε σιδήρους.
Καί κ' ἐν ἔτει δεκάτῳ γλυφὺν ἔντρον ἢ ἐν βόεσσιν,
Τόσσα οἱ ἐν μεγάροις κειμήλια κεῖνο ἄνακτι.

Ergo in istis præcipue pretium rerum emendarum tum constabat, in ære, inquam, auro, & ferro non signato. Quod in signato postea obtinuit. Qui nunc pretio redimuntur captivi, pecunia data, tunc ære & ferro, quod erat pro pretio, redimebantur. Boves etiam frequentissime pretii vicem obtinuisse observo. Hinc æstimatio rerum per boves fieri consueverat communi antiquorum loquendi usu, ut nunc fit per nummos. Tot boum ista res est, dicebant, ut nunc dicimus, tot nummorum. Unde Homerica illa armorum Diomedis & Glauci æstimatio, ut hic ἑκατόμβοια arma habuerit, ille ἐννεάβοια. Quæ loquutio etiam permansit diu post nummum receptum. Norant enim veteres, in Draconis legibus aliquem mulctari πεντηκοντόβοιον, id est, viginti boum multa, ex veteri nempe instituto. Pollux lib. IX: Καὶ μὴν καὶ πᾶς Δράκοντος ὁ νόμος ἐστὶν ἑκατόμβοιον ἐπιγεγραφώς. Sic ibi lego ex

antiqui codicis scriptura, quæ habet ἐκατόβοιον. Vulgo est ἑκατόμβοιον. Romani quoque olim ovium numero & boum multabant, non nummo. Suprema multa erat boum triginta & duarum ovium, minima unius ovis. Quem dicendæ multæ morem diu etiam retinuerant, postquam civitas ære signato uti cœpit, ut & Athenienses, ne quis putet, in illis verbis Draconis ἑκατόβοιον de nummo intelligendum qui βοῦς dicebatur, quod bovis figura esset insignitus. Nam nummus ille Deliorum fuit, non Atheniensium, ut Pollux recte animadvertit. Varro de Re Rustica lib. II: *Nos idem quod multa etiam nunc ex vetere instituto bubus & ovibus dicitur.* Quamvis ita diceretur etiam tempore Varronis, tamen æstimatio jam lege Ateria facta erat, quid solvere deberet in ære cui triginta bubus dicta esset multa, & duabus ovibus. Hæc erat suprema: minima, una ove dicebatur, cujus rei ætate Varronis hæc erat formula: *Marco Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unam ovem mulctam dico.* Sic scribendum apud Agellium. Ac pro ove solvebat denos asses, & pro bubus quod æstimatum erat. Inde ergo & βοῦς Græci dixerunt quæ bubus empta erant, quæ res pro pretio frequenter in his contractibus vendendi emendique veniebat. Enimvero nisi de certis rebus mutuo inter contrahentes constitisset in quibus pretium constitueretur rerum emendarum, nunquam id genus commercium, quod in vendendo emendoque versatur, expedisset. Nec enim semper aut facile hæc συγκυρία accidere poterat, ut, quo quis careret, alter eo abunderet, & vicissim, quod hic desideraret, ille alter haberet, simulque ambo in unum convenirent, & invicem alter ab altero sumeret quod ipsi deerat. Abunde mihi vinum est, tibi frumentum; rursus frumentum habere expeto, tu unum: mutemus invicem merces nostras, & quo deficimur, mutuo nobis suppeditemus.

peditemus. In hac ἀλλάξει personam ementis à vendente non facile discernere erat, nec pretium à merce. Uterque emptor, uterque venditor. Sed quando id concurrere poterat? Interim si nulla alia permutatio fuisset tum pervulgata, periculum erat, ne, qui nulla re opus habebant, & multis abundabant, aut raro, aut nunquam ea, quæ sibi supererent, distrahere possent, si nihil, nisi quod desiderarent, accipere vellent. Ideo necessitate adducti, ut venum exponerent quorum copiam habebant, ea etiam accipere cogebantur, quæ minus desiderarent. Talia autem maxime ad hoc expetebantur, ut ante diximus, quæ condita servari possent & manere donec commoditas ea aliis vendendo se offerret, aut ut tum venderent cum caritas eorum esset & raritas, aut pro pretio ad illa emenda, quibus carere inciperent, iisdem uterentur. Quo in genere præcipue sunt metalla omne genus, æs, aurum, argentum, quæ ideo κειμήλια vocat Homerus, quia in thesauris reposita jacerent, donec usus veniret ea expendendi, iisque ad alias res præstinandas, quibus aliquando indigerent, vice pretii utendi. In eorum lorum successit æs primo certo pondere formatum, deinde & signatum, ad hoc institutum, ut publica ejus ac perpetua æstimatione, ut loquitur Jurisconsultus, rerum permutationes facilius exercerentur. Falsum itaque quod idem Jurisconsultus scripsit, antequam nummus esset, non aliud pretii nomine, aliud mercis vocatum, cujus verba hæc sunt leg. 1. D. de contrahenda emptione: *Olim enim non ita erat nummus: neque aliud merx, aliud pretium vocabatur.* Velle apparet ex nummi institutione natam distinctionem nominum *pretii* ac *mercis*, quæ antea non erat. Sed errat. Auctores qui nummo priores fuerant, hæc nomina agnoscunt. Τιμὴ quidem pro pretio apud Homerum non legitur, cum honorem & gloriam ea vox apud eum tantum significet,

atque etiam pœnam vel multam. Sed ὦνος apud eum, dem est pretium, idemque quod posteriorum πρὶς vel πρίασθαι, ut paulo post dicetur. *Merces* autem idem poëta φόρτος, quo nomine & sequens omnis Græcia in eodem significatu usa est etiam post nummum repertum. Est enim φόρτος ἐμπορικὸς, hoc est, merces quæ in navem imponuntur, ut exportentur vendendæ. Hinc & φορτὶς navis apud eum in Odyssea memin. Λίγε᾽ ἦ φορτὶς, inquiunt grammatici, ἡ ἀφ᾽ ἐμπορικὸν φόρτον ναυπηγηθεῖσα. Glossæ veteres: *Merx*, φόρτος. Grammatici, τὰ ἐγχώρια, quæ sunt merces, antiquioribus Græcis φόρτα etiam κτηνῶν, id est, absolute, appellari notant. Et sic & Hesiodus, qui nummum non novit, etiam appellavit. Ex eo & Φορτηὶς Aristoteli inter partes, quibus constat ἐμπορικὴ, recensetur. Quod pro mercibus venditis, id est, ἀντὶ φορτίων, quæ in longinqua vexerat mercator, domum referebat, ὦνον idem Homerus nominat, id est, pretium, Odyss. ξ.

Εἰς Λιβύην μ᾽ ἐπὶ νηὸς ἰέναι᾽ ἢ πουλυπήρου,
Ψεύδεα βυλδόμενος, ἵνα οἱ σεῦ φόρτον ἄγοιμι.
Κεῖθι δέ μ᾽ ἐς πολύκτησιν ἄγων ἀπέδοσθαι ἄνωγε.

Hoc est, ibi ut me venumdaret, & immensum pretium referret. Nam πολύκτησις apud Homerum est, τὸ πάσης ἀξιωτάτην. Vide & Odyss. ρ, in his versibus:

Τὸν μὲν ἄρα πρὸς ἄστυ νέος, τὸν ἔμπορος ἦεν
Ἄλφεσι, ὅστις πολλὰ κατ᾽ ἀπλοΐην ἀνήσατο.

Ab illo πρίασθαι factum per contractionem recentiorem πρῆσθαι, *vendere*. Qui igitur merces, hoc est, φόρτον, distrahendas aliquo trajiciebat, etiamsi cum aliis mercibus eas mutaret, quod ἀλλαξόφορτος dicebatur, revera tamen venditor suarum mercium fuit, non emptor aliarum, quas vice pretii in earum compensationem, quas vendendas avexerat, reportabat. Apud Theocritum ὦνος pro pretio accipitur, etiam ubi res cum re permutatur, ut poculum, ab artifice affabre factum, pro quo Opilio, id sibi comparare volens,

volens, capram dat, quæ poculi pretium est.

Τᾷ ῥᾴ τοι τρέφω κἀκκάβιν᾽ ἀεὶ τρὶς ἔτεος
Ἕλικα· τᾷ πρίατο μίαν λοπάδα καλὰν τορνατὸν.

Verba autem illa Pauli, *olim enim non ita erat nummus*, perperam quidam sic interpretati sunt, quasi diceret, nummum olim non ita fuisse ut nunc, fuisse quidem, sed non talem ut nunc est, ex auro nempe & argento, sed ex alia materia, ex corio utpote vel alia substantia. Quod est ineptissimum. Nam nummus ex corio, si auctoritate ex publico consensu accepisset, eque difficultati permutationum subveniisset, ut aureus vel argenteus, quemadmodum & Carthagine olim in usu fuit, & aliis locis, ut in sequentibus observabimus. Plane dicit Paulus, ex eo, quod olim nummus omnino non esset, mercis & pretii nullum fuisse discrimen. *Olim non ita erat nummus*, sic dictum, ut *haud ita pridem*, pro *haud pridem*. Non ita erat olim nummus, nempe ut nunc est. Omnino olim non fuit, at nunc est. Basilicorum interpretes ex loco Pauli, venditionem nullam fuisse ante nummi usum, ac ne consistere quidem potuisse, temere affirmant. In Synopsi lib. XIX, Tit. II: πρὶν καλκαγὴ ὦ πραγμάτων ἀποδιδόμενα, ὕστερον δὲ χάριτος ἡ πρᾶσις δηνερίων ἐπινομάζεται. χωρὶς γὰρ δηνερίων ἡ συναλλαγὴ πρᾶσις. Ubi δηνάριον videtur usurpasse pro omni nummorum genere, ut & Græcis καλκίον. Inde χρυσῆ καὶ δηνάριον ἀργυρᾶ dicebatur. At falsum quod ajunt, nomen πρᾶσις non constitisse olim sine nummo, sed καλκαγὴν tantum fuisse, cum & ipsa πρᾶσις nihil aliud sit quam καλκαγὴ merces cum nummo. Non inficiandum tamen est, distinctius evasisse discrimen mercis ac pretii, venditionis & emptionis, ex inventione nummi. Quod sic tamen & antea satis discretum fuisse constat. Id nisi fuisset, neque distincta habuissent vocabula quibus eum contractum exprimerent. Atqui habuisse, manifestum est. Quorsum vero attinuisset, alterum

emptorem, alterum venditorem, aliud pretium, aliud mercem vocare, ubi hinc inde res traderentur sine discerniculo pretii aut mercis, atque ubi uterque, venditor esset & emptor? Si, quod tunc agebant, permutatio tantum fuisset, non etiam emptio & venditio, satis erat aut ἀμοιβὴν eam actionem appellare, aut ἀμοιβὴν, aut ἀντίδοσιν. Atqui exploratum est, vetustissimos etiam illos & ὠνὴν, & πρᾶσιν nominasse, qui tamen usum nummorum non noverant. Idque profecto non fecissent, nisi scissent, in ea permutatione alterum eruentis, alterum vendentis partes sustinere, & aliud esse pretium, aliud mercem. Ejus mentio fit apud Homerum, ut supra notavimus: ἀνηρείσατο οἷον ἑλόντα, quod est, *immensum pretium dedit*. Nam ὠνὴν Grammatici πωλὴν exponunt, & τὸ πωλεῖσθαι τὸ ἀγόρασθαι παρὰ πολλῶν. Inde verbum ὠνεῖσθαι, *emere*, quia emptor est qui ὠνὴν, id est, pretium offert. Sic apud Theocritum, in versu quem supra citavimus, capra est ὠνὴ poculi, id est, pretium. Verbum πρίασθαι apud eumdem Homerum occurrit, in eo versu quem Jurisconsulti citant firmandæ sententiæ Cassianorum, qui permutationem cum venditione & emptione eamdem volebant:

— πρίασθαι ἑλόντα ἑκόντα.

Venditoribus etiam apeum verbum non raro apud Homerum legitur, πιπρῶν & πιπράσκειν. Quod cum vendere proprie significat, ea re distingui oportet ab eo quod emendi habet significationem. Ἐμπολᾶσθαι apud eumdem pro ἐμπορεύεσθαι, *emere*. Odyss. α:

Οἱ δ' ἐκέλευόν τ' ἄνδρας ἅμα πρὸ ἑοῖο κάρηνα
Ἐς νῆ' ἐμπολόωντο βίβεν πολιὸν ἁλμυρόεντα.

Utrumque in permutatione antiquorum locum habuit, quæ an aliud sit à venditione & emptione, alii disputant, ipsi certe venditionem & emptionem esse crediderunt, atque ita vocarunt. Cum hæc ita sint, fatendum nihilominus est, aliquam esse permutationem,

nem, quæ à venditione & emptione distingui debeat, quam & ipsam veteribus fuisse notam, certum est, cum hodieque etiam, post distinctam certius ex nummi usu venditionem & emptionem, pervulgata sit, & diversa ab emptione & venditione habeatur. Ubi enim aliquis non animo vendendi rem suam cum altero permutat, qui nec ipse suam venditam velit, sed, cum ita inciderit, ut huic alterius, alius alteri placeat res, si de commutando invicem convenerint, hæc permutatio est quæ multum distat à venditione & emptione. *Trocare* aut *bigare* vulgo hoc dicunt, quibus verbis venditionis & emptionis nomina nullo modo conveniant. Alio animo arma inter se permutarunt Glaucus & Diomedes. Nec enim ad hanc permutationem processerunt, quia Glauci arma Diomedi placerent, aut Diomedis Glauco, sed ut amicitiam paternam ex hospitio initam olim renovarent & confirmarent, mutuis se muneribus & ξείνια donarunt, arma armis permutantes. Quod permutationis genus etiam diversum ab illa specie quam *trocum* vocari supra diximus. Δωρεὰ, quippe & ἀντιδωρεὰ nomine appellari debet. Ideo & ἀμοιβὴν poëta vocitat. Nec enim in his ἀντιδωρεαῖς exacte muneris accepti æstimatio pensitabatur, ut par pari τὸ ἀντίδωρον redderetur, quemadmodum fit in illis permutationibus quæ *troci* aut *bigna* appellatione veniunt, in quibus si res, quæ datur in compensationem, minus valeat quam altera, solet alter aut aliquo pretio, aut re alia insuper addita, id quod minus est in eo quod dat, rependere. Quod additamentum vulgo *regressum* solent nominare. At hic Glaucus arma accipit, pretio æstimata ἑκατόμβοιον. &, quæ tradit, sunt ἐκατόμβοια. Solebant olim hospites & amici hujusmodi donis se munerari & remunerari, quæ ξείνια propterea dicebantur, aut, ut Homerus vocat, ξεινήια. Sic Oeneus Diomedis avus, cum Bellerophontem Glauci

avum

avum excepisset, ξένια nomine Bellerophonti dedit baltheum puniceum, & ab illo accepit poculum aureum:

Οἱ δὲ μιν ἀμείψατ' ἔπεσιν ξεινήια κάλα,
Οἰνοδόη μὲν ζωστῆρα δίδου φοίνικι φαεινὸν,
Βιττάκου φίλιπι ἡ χρύσεον δέπας ἀμφικύπελλον.

Hæ permutationes, ut superius ostendimus, ἀμοιβαὶ proprie vocabantur, & nihil commune habent cum venditione & emptione, neque etiam cum antiqua illa permutatione, quæ venditionis & emptionis locum tenuit. Ad eam propius accedit quam *mercis* nomine vocamus, quæ solet hodieque & inter mercatores aliquando exerceri, qui merces cum mercibus commutant. Ea *commutatio* vocatur & *cambium* in legibus Bojariorum cap. XX. tit. VIII: *& talem, qualem emptio firmitatem habere præcipitur. Commutatio, hoc est, quod cambium vocant.* Ubi *cambium* idem omnino est quod ἀμοιβή. Nam & collybus, quæ est nummorum ἀμοιβή, sic vulgo appellatur. In hujusmodi commutatione quoniam ut plurimum discerni non potest venditor ab emptore, cum uterque venditor sit & emptor, non dubium est quin merx simul & pretium in ea confundantur. Ubi autem utrumque discriminari poterat, ut olim factum in permutationibus docuimus, venditionem & emptionem fuisse quod agebatur, existimandum est. Alias si Proculeianis accederemus, negantibus, permutationem illam mercium veteribus usitatam, venditionis & emptionis nomine esse appellandam, nullam tunc locorum mercaturam fuisse, nullas res venales, dici oporteret. Nulla enim emptores aut venditores tunc fuerint, si vera hæc ejus opinio. Nulla siquidem merx est, ubi pretium non est. Vbi non est merx, nec mercator. Vbi nec merx est, nec pretium, ibi ne venditor quidem aut emptor fingi queat. Ita nec ullæ res venales. Nihil horum quippe habet vera permutatio.

tatio. Atqui in suis permutationibus hæc omnia nominibus distincta agnoscunt antiqui, emptorem, venditorem, merces, pretia mercium. Norunt & mercatores ad longinqua navigantes sui quæstus gratia, partim ut, quæ ibi mercimonia venduntur, emant, atque inde apud suos vendenda revehant, partim ut in iisdem locis vendant quæ secum eo devexerint. Quæ apud illos æque viguisse constat ante signati æris usum, quam post ejus institutionem. Ceterum ut fatear, distinctiorem, certiorem, & expeditiorem factam rerum emendarum vendendarumque rationem quæ nummo perficitur, ita non tantum discriminis inter hanc & illam ponendum censeo, ut veterem fuisse naturalem cum Aristotele censeam, cum hæc posterior sit contra naturam. Nimis frivola illa ratio quæ hanc, quam nummus conficit, minus naturalem videri affirmat, quia nummus ex more & instituto, hoc est, νόμῳ, non φύσει. Tota illa quippe permutandi ratio, etiam sine nummo, non minus à lege & instituto profecta existimari debet, quia nihil tale à natura originem sumpsit, quæ omnia creavit omnibus communia. Postquam semel *meum & tuum* inter homines jus constituit, & communia in privatorum dominium ac possessionem redegit, tum ratio etiam naturalis suasit, ut suum quisque tueretur, nec meum alius invaderet, nec ego alienum. Tunc modi quærendæ rei & augendæ multi inventi probatique, si cum injuria alterius ac damno conjuncti non essent. Immo ne rem suam quidem quisquam facere seorsim se posse vidit sine auxilio & mutua ope & opera aliorum. Hinc societas cum aliis affectata & quæsita. Quam humanæ vitæ societatem hujusmodi contractibus omnibus contineri præcipue, Cicero in Officiis dicit, in quibus fides bona requiritur, ut sunt tutelæ, societates, fiduciæ, mandata, res emptæ, venditæ, conductæ, locatæ. Ergo venditio & emptio non

minus

minus quam permutatio rerum juri naturali consentanea est, cum & ipsa permutatio sub nomine venditionis & emptionis, etiam quibus olim frequentata est, venerit. Jurisconsulti etiam nostri venditionem & emptionem illam, quam nummo acceptam referunt, juris gentium esse, non dubitarunt affirmare. Paulus lege qua supra: *Est autem emptio juris gentium, & ideo consensu peragitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuntium, & per litteras.* Id est, per epistolam. Sic delegatio, quæ per litteras fit, per epistolam fieri intelligenda, ut supra docuimus. Si vēditio & emptio ex jure gentium, etiam nummus, per quem factum volunt, ut permutatio vetus in venditionem & emptionem converteretur. Quod enim nummū juris civilis esse statuunt Jurisconsulti hodierni falluntur. Quod enim communi consensu à plerisque gentibus receptum fuit, id juris esse gentium, credendum est. Aliasve emptio quidem & venditio ei juri attribuenda esset, quæ nummo perficitur. Nec adstrui ex eo potest, à jure civili esse nummum, quia Jurisconsulto nummus sit certa materia ad hoc electa, & forma publica percussa. Unaquæq; civitas peculiarem ac suam formam habuit quam nummis imprimeret, sed nihil hoc ad nummi essentiam. Nam & olim sine ulla alia nota, quam quæ pondus ejus indicaret, flatum constat. Quinimmo & prima ejus origo, certam metalli quantitatem & magnitudinem absque ulla nota aut signo pro nummo dedit usurpandam. Notæ variæ, quas singulæ civitates nummis apud se percussis imprimendas curarunt, non alio fini impositæ videntur quam ut hujus civitatis nummi ab aliarum civitatum nummis distingui possent. Præterea cum omnes gentes, quæ commercia emptione & venditione agitant, nummi usum noverint, non magis emptio & venditio juris esse gentium dici queat quam nummus, utpote quem æque à plurimis gentibus admissum

sum constet ac vēditionis & emptionis morem. Cum porro jus illud gentium idem sit cum jure naturali secundario, de quo in superioribus diximus, huic eidem juri tam permutationes rerum antiquas, quam venditiones & emptiones recentiores acceptas referri conveniet. Nam certe primario illi juri naturali quod cum bestiis homini commune esse volunt, ne permutatio quidem potest tribui, quæ maxime secundum naturam Aristoteli videtur, rerum utilium ad victum cum rebus æque ad victum utilibus, quia per illud jus omnia omnium fuere communia. Ergo cum nec distincta rerum dominia jus illud nosset, ne permutationem quidem nosse potuit, qualis consequuta est dominiorum introductam distinctionem. Atqui præter illa duo juris naturalis genera, primum & secundum, quod jus gentium appellatum est, nullum datur tertium. Nihil proinde certius, quam æque naturalem videri debere permutationem rerum cum nummis, quam rerum cum rebus, cum utraque originem ducat à jure naturali eodem, quod est jus gentium, cui & nummus ipse debet quod inventus est, & unanimi consensu à plerisque receptus. Nec obstat, quod hodieque in multis Asiæ Europæque regionibus etiamnum vetus permutandi ratio usurpatur. Nam & alia multa, quæ juris sunt gentium, multis adhuc populis ignota habentur. Apud illos autem hæc fere permutatio viget, in quibus aut nummus rarus est, aut adhuc ignotus. Quod sit aut permutatione mera, aut ea quę à venditione & emptione non distat, cum sic vocetur. Utriusque differentiæ internoscendæ unam hanc regulam adhiberi posse censeo. Quicunque rem suam cupit alienare, quod ipse ea non opus habeat, & lucrum ex ea facere velit, ne otiosa diutius maneat, aut etiam metu, ne deterior fiat, aut pereat, quamcunque rem pro illa accipiat, is certe venditor est, & pretium accipit rei suæ. Quisquis e

contra-

contrario alienam rem habere desiderat, quia eo opus habeat, si qualibet alia merce eam ab domino consequatur, emptoris partes sustinet, &, quod pro illa dat, pretium ejus rei censendum est. Agricola itaque, qui in urbem venit, ut frumentum, olera, caseum, quæque alia ipsi rure nascentia ex copia superracanea sunt, distrahat, venditoris munere fungitur, quamvis cõtra nummum res illas suas non mutet, sed aliam rem, ut in permutationibus olim solebat. Idem rusticus si ad urbem accedat eo animo, ut vestes, calceos, instrumenta rei rusticæ ab opificibus earum rerum comparet, tum emptor existit, & pretium est quod solvit, etiamsi res alia sit quam nummus. At si ita incidat, ut tu tuam rem divendere proposueris, ego meam, & inter nos conveniat, ut ego tuam accipiam, tu meam, inibi confunditur pretium cum merce, emptor cum venditore, cum uterque sit emptor & venditor, utrumque, quod datur & accipitur, merx & pretium. Immo nullum pretium censendum datum aut acceptum, cum permutatio mera videatur quod actum est, non emptio aut venditio. Utraque tamen ratio, quidquid dicat Aristoteles, secundum naturam & juri naturali congruens videri debet. Pausanias in Laconicis refert; sua ætate Græcos cum Indis negotiari mutatione mercium mutua, quia nummi usum illi nescirent, etiamsi auri & argenti copia abundarent: Οἱ δὲ ἐς τὸν Ἰνδικὸν ἐσπλέοντες, φησὶν ὁ Ἐρατοσθένης τὸν Ἰνδὸν ἀγοράσαντες ἄλλα ἀντὶ ἀλλοδαπῶν, νόμισμα δὲ οὐκ ἐπίστανται, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς τῶν ἀφ' ἑσπέρας καὶ Γαλατῶν μισθοφόρων. Græci igitur mercatores, cum Indis negotiantes, secundum naturam agent? ipsi inter se contra naturam facient? Quod est absurdum. Restant, priusquam hoc caput absolvamus, examinandæ aliquot differentiæ, quas eruditi Jurisconsulti statuunt inter permutationem veterem, & venditionem, emptionemque. Prima differentia ponitur,

nitur, quod in permutatione non possit discerni, uter emptor sit, uter venditor. Distinguendum de permutatione jam docuimus. Nam in vera permutatione hoc verum. In alia, quæ instar habuit emptionis ac venditionis apud veteres, secus fuisse ostendimus. Secunda refertur, quod permutatio re contrahatur, emptio & venditio consensu. Quasi vero aut hæc re contrahi non possit, hinc tradito pretio præsentario, inde merce, οὐ χωρὶς ἀπὸ χώρας, aut illa non etiam consensu. Atqui Jurisconsultus scribit leg. 1. D. de rerum permutatione, *ut consensu nudo constituatur obligatio, hoc in his dumtaxat receptum esse quia nomen suum habent, ut in emptione, venditione, conductione, mandato.* Ergo permutationem pro innominato contractu habuit, in quo proinde non possit constitui obligatio ex nuda consentientium voluntate. Permutationis sane nomen latissime patet, & ad omnes contractus porrigitur, qui in his duobus verbis consistunt, δὸς, λάβε. Sed permutatio ἰμπορικὴ, de qua hic agimus, quam & πραγματικὴν & μεγαλοπραγμονὴν Aristoteles vocavit, verum quoque & speciale nomen apud Græcos habuit venditionis & emptionis, πράσεως, καὶ ἀγορασίας. Quæcunque igitur de emptione & venditione, à juris peritis traduntur, & in hanc permutationem ἰμπορικὴν, quæ locum habuit antequam nummus esset inventus, quadrare & convenire possunt. Nam & in hac permutatione pretium, & merces distingui, emptorem ac venditorem, superius probavimus. Nominatum esse contractum hanc permutationem, vel ex eo constat, quod in suo nomine non steterit, sed in proprium nomen contractus transeat, quæ est venditio & emptio, ut passim veteres suam sibi usitatam permutationem nominarunt, quæ nummo non perficiebatur. Reliquas differentias, quas Jurisconsulti hodierni notarunt inter permutationem & venditionem, aut ad hoc permutationis πραγματικὴς

genus non pertinent, aut à civili jure Romanorum introductæ fuere: de quibus tractandi nec hic locus, nec hoc tempus.

CAP. XIV.

Naturalem permutationem eam solam Aristoteli videri quæ res ad victum necessarias invicem utrimque tradit. Ea illi potissima ratio cur permutatio, quæ nummo sit, non sit naturalis. Mercaturam ea quoque de causa non esse ex natura. Contra eam rationem multis disputatum. Non solum ad præsens necessaria, sed etiam superflua, quæ in futurum prosint, quæri debere. Multis argumentis id assertum. Cupiditas plura parandi, quam quæ in præsenti sufficiant, non à nummo invecta. Nemo in permutando sibi necessaria habere potuit, quin superflua haberet, quæ pro necessariis daret. Qui vitam voluptariam sectantur, non necessaria tantum, sed etiam superflua quærere. Aristoteles explicatus. Qui in alios benefici esse cupiunt, non esse necessariis contentos. Si honestum, quamplurimis benefacere, honestum etiam, eas facultates parare quibus id possit efficere. Veteres, qui nummo signato non sunt usi, aurum & argentum rude, item æs ac ferrum, in thesauris repositum habuisse. Aurum in lateres conflatum servari solitum. Divitias priscorum etiam in servis fuisse, ut & patriarcharum. Divites tunc non bene nummati dicti, sed à rerum copia quas possidebant, πολυβοῦται, πολύαρνοι, & πολύμηλοι, πολυάργυροι, & πολύχρυσοι. Non posse obtineri αὐτάρκειαν in eo genere vitæ quod Aristoteles admisit, ἱστορίαν inducendam fore, ut obtineretur. Multa in eam rem dicta. Vbi inæqualitas est conditionum & dignitatum, vix teneri potest æqualitas in bonis conquirendis. Quod alii sufficit, id alii in defectu

defectu est, & quod nonnullis superfluit, id in alia conditione positis vix sufficeret. De voluptuariis & liberalibus. Quid sit bene vivere, & Græcis εὖ ζῶειν. Viros etiam bonos, & politicos, immo & philosophos, rerum superfluarum acquisitioni studuisse. Quid sit χρηματιστικὴ, & unde dicta. Atticis τὰ χρήματα pro pecuniis, ut Ionibus τὸ χρῆμα pro nummo signato κατ' ἐξοχήν. Quælibet res & opes sic etiam olim appellatæ. Absurda ratio philosophi, nummum ideo nihili esse quia eo abundantes sæpe victu indigent. Multis argumentis ea confutata. Midæ fabulam perperam ab eodem, ut id adstrueret, allegatam. Aliæ ejusdem rationes refutatæ, quibus evincere conatus est, rei quærendæ modum, qui opera nummi fit, naturæ repugnare. Duo genera ab eo poni quæstus faciendi, οἰκονομικὸν, & καπηλικὸν. Mercaturam induxisse inexplebilem sitim divitiarum parandarum. Iterum quædam de μεταβλητικῇ & καπηλικῇ. Quid differant μεταβάλλεσθαι & μεταβάλλειν. Sententia Themistii περὶ μεταβόλων improbata. Phœnices primi ejus auctores. Non minus tamen infinita cupere & qui alias artes profitentur. Alium esse finem artis, alium artificis. Quid μισθαρνία significet apud Aristotelem. Interpretes & paraphrastas operarum locationem perperam vulgo vertisse. Quid differant μισθωτοὶ & μίσθαρνοι. Opifices & operarii omnes etiam ad μεταβλητικὴν pertinent. Agriculturæ studium etiam ad opes sine fine acquirendas, ut alias artes, properare. In fœnore posse etiam modum servari, & αὐτάρκειαν, ut & in mercatura, non minus quam in agricultura. Humani ingenii hoc esse ingenitum vitium, ut infinita desiderent in rebus fere omnibus. Finem divitiarum acquirendarum videri esse necessitatem. Quod necesse est, idem debere statui cum eo quod satis est. De agricolarum αὐτάρκεια, qualis sit, & an ideo magis secun-

 dum

dum naturam eorum vitæ, quia αὐτάρκεις, & quia ex terra. Quomodo differant γεωργὸς & ἐργάτης. Qui mercede conductam terram colunt, aque ad μισθωτικὴν pertinere, ut qui locant agros suos colendos. De colonis & operariis. Dicæarchi locus de Tanagræis expensus. Αὐτουργία rei rusticæ inter artes sordidas reposita. Quæ per alias id agit, non posse vere dici γεωργικὴ. Multa alia id genus.

VNica superest Aristoteli ratio, cui tota ejus opinio innititur de non naturali habenda permutatione quæ nummo fit, firmissima, ut videtur, cum sit & speciosissima. Hæc si subvertetur, quæ pro fundamento est illi sententiæ, ipsa etiam statim corruet. Ut melius, quod vellet, adstrueret, supposuit in illa permutatione, non alia mutari invicem solita, quam quæ ad victum essent necessaria, ut vinum cum frumento, oleum cum aceto, pallium cum tunica, pileum cum calceo, & alia hujusmodi. Cum igitur natura nihil appetat nisi quorum indiget, alia omnia pro superfluis habeat, intra necessaria consistere debet illa, quam naturalem tantum esse vult Aristoteles, mutandarum invicem rerum ratio. Ubique sane hoc inculcat primo illo Politicôn libro, cui non omnia ad victum suppetant, debere aliunde supplere, ut, qui indiget aliqua re, ab alio eam, qui affatim habeat, petat, nec plus expetat quam quo sibi necessariam copiam comparet. Hanc unam reddit rationem cur mercatura non sibi videatur ex natura esse. ἐστὶ γὰρ ἐφεῦρε αὐτὴν, ἀναγκαίων δὲ οὔσης, ψόγον τινὰ ἐπικτᾶται. Non vult enim ultra procedere permutationem quam ut per eam acquiratur quod satis sit ad victum. Qui igitur huic rei operam dant ut superflua permutationibus quærant, non secundum naturam facere, ut mercatores omne genus. Quid ita? quia non necessaria tantum sibi comparare

rare student, sed ultra pergunt in acquirendo amplius quam naturæ sufficit, quæ parvo contenta est. Ideo nec mercaturam tantum hoc modo relegat extra naturæ fines, sed etiam omnia sellulariarum artium opificia. Quippe qui & opifices omnes quibus ex arte sua merces captatur, & victus quæritur, sub tertiam μισθωτικὴν illius speciem comprehendat, quæ naturæ adversatur. Verum si hoc admittamus, quomodo, qui vestem non habet, eam sibi parabit, si non sit qui vestem conficere sciat, cum qua id quod habet amplius permutet? An unumquemque sibi vestem texere debere censet, & calceos fuere? At si erit qui sutrinam noverit, an non plures calceos fuere eum oportebit, quam ut necessaria ad victum, hos cum aliis rebus permutando, sibi conciliet? Sed quomodo hic temperamentum adhibere ille poterit, aut qua ratione modum illi huic imperabimus, ut nec plures calceos faciat quam quibus utatur ad supplendum quod ipsi deest? Si in calceis faciendis illud etiam cogitet, ut ex eorum permutatione non sufficientem modo victum, sed etiam superfluentes divitias acquirat, jam non congruenter naturæ vivet: si vero intra necessitatem & inopiam rerum, quibus indiget, depellendam constiterit, nihilque plus appetierit, tum sapienter, atque, ut natura postulat, officio suo fungetur. Quod profecto modis omnibus non mirum mihi tantum videtur, sed etiam absurdum. Nam quomodo scire poterit ille calceolarius, quousque progredi debeat circa numerum eum calceorum conficiendorum, ut non egere possit? Quid enim si in morbum inciderit gravem ac diuturnum, quo plus solito impendere cogetur, qui & calceos eum facere prohibeat, quibus se alat, & familiam sustentet? Nisi habuerit calceos plures antea factos & reconditos, quos tum permutare possit cum ipsi amplius expendendum erit, morietur fame, aut etiam morbo, nisi habeat,

beat, unde medicis eroget, ac se invalidum delicatius tractet. Plura igitur sano providenda, & ante præparanda sunt, ut æger illis uti queat. Quod si in eodem semper statu manere quis posset, expeditior esset ratio tuendæ mensuræ. Sed res, ut homines, non semper in eodem tenore. Si familia accreverit, quid mihi fiet, si, cum plures alendos habeam, non plus tamen laborem unde copias meas augeam? Quod si ceterarum rerum annona, quibus egeo, & sine quibus vivere non possum, intendetur, earum autem, quibus abundo, minuetur, nisi ante parta ultra sufficientiam conservavero, in magnas incidam difficultates. Ut ecce verbi gratia, frumentum mihi ex agris annuum longe majore copia redit, quam quod possim domi consumere, sed vino careo, quia vineta non habeo. Soleo id permutare cum vino. Anno præcedente tantum mihi supererat frumenti, ut ex eo possem, quod mihi deerat vini, contrahere. Anno sequente grando vites afflixit, aut alia calamitas incidit, quæ vini raritatem & ex eo caritatem induxit. Frumenta contra, quæ meæ divitiæ sunt, uberiore copia provenerunt, ideo vilitas eorum inde evenit. Tritico ita vili, vino ita caro, non possum mihi procurare ad potum necessaria, nisi alterum tantum frumenti dem, aut etiam plus, pro ea vini mensura cujus mihi olim ordinarius indiget. Nisi ergo ex ante provisis & congestis eam mihi frumenti vim paravero quæ ad casus inopinatos utiliter expendi possit, sitim male toleraboo. Quid porro si annus segetibus iniquus exiterit, nihilque omnino ex prædiis meis retulerim, ac ne triticum quidem usibus meis necessarium collegerim? Cum majore etiam penuria mihi colluctandum erit, periculumque adeo mihi meisque ex esuritione magnum impendebit, si in horreis collectam à multis annis copiam non habuero, quæ non solum sufficere ad præsens valeat, sed etiam in futurum redundare ac super-

superfluere. Hæc res efficit ut in longitudinem consulere homines ament, qui non satis habent præsentia curare, nisi in futurum prospiciant. Ut hoc succedat, non acquiescendum quæstis, quæ in præsenti suppeditent victum sufficientem & necessarium, sed etiam accumulanda sunt quæ non prævisis atque inopinatis necessitatibus opitulari ac subvenire queant. Hinc honesta primum ratio nata quærendi etiam ultra quam necesse est ad præsentem usum. Postea ut insatiabilis est suopte ingenio hominum plerorumque natura, & præterea cum plurimi experientia edocti quotidie videant, interdum eas emergere necessitates, & expendendi occasiones, quas non satis animo prævideranr, inde prolapsi sunt ad divitias in immodicum modum extendendas. Hinc Plato interrogatus, cur senex cum esset, pecuniam cupide appeteret, malle se dixit, ubi moreretur, inimicis aliquid relinquere, quam vivum amicorum opibus opus habere, qui sæpe nihil sunt minus quam amici. Vetera apophthegmata sapientum nondum edita: Πλάτων ἐρωτηθεὶς, διὰ τί γέρων ὢν φιλάργυρος οὐκ ἐδάνιζε τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι τοὺς ἐχθροὺς καταλιπεῖν, ἢ ζῶντα τῶν φίλων δεῖσθαι, κολάζεσθαι δ' ὑπ' αὐτῶν ἀφειλόμενον. Simile aliquid apud Stobæum videor legisse. Verissime etiam dixit Xenophon in libro de Vectigalibus, neminem unquam tantam argenti vim quæsisse quin adhuc amplius requireret. Etiamsi maxime quis pecunia abundet, malle tamen eam defodere superfluam, quam non habere, & æque sic defossa delectari quam si uteretur. Κερδαίνειν δὲ οἴδασι πάντες ὅτι πολὺ εὐδαιμονέστερόν ἐστι μὴ ἐπιθυμεῖν, ἀλλ' ἢ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ὃ ἐξαπίνης κτησάμενοι, κεῖσθαι ἔπειτα ἐάσουσι ἢ χρήσθαι αὐτῷ. Hanc aviditatem, quæ nullum sibi finem aut modum quærendi proponit, si nummus tantum invexisset, facile assentirer Aristoteli, rem non naturalem, divitiarum nempe infinitam cupiditatem, ex re minime

naturali, hoc est, è nummaria permutatione, orum habuisse. Sed longe aliter se res habet. Enimvero, quando rerum cum rebus permutatio vigebat, abundantiam etiam rei, quæ permutanda erat, penes eos fuisse qui permutabant, exploratissimum est. Nemo enim permutabat, nisi id quod ipsi affluebat, cum ea re qua deficiebatur. At illud quo deficiebatur, alteri utique superfluebat. Ut necessaria itaque aliquis haberet, alia debuit habere superflua. Quo plura quis ergo habuit superflua, eo etiam facilius necessaria potuit obtinere. In superfluis proinde quærēdis etiam tum laborasse homines verisimile est, cum non nisi per eorum, quæ superfluerent, exhibitionem, ea quæ essent necessaria, liceret acquirere. Hæc enim tum permutatio agebatur, superfluorum cum necessariis, idque ab utraque parte. Nam utrimque superflua, pro utrimque necessariis dari accipique solebant. Nemo id in permutatione cum altero tradebat, quod ipsi necessarium erat, sed quod ὐπερβάλλον possidebat. Ut τὰ ἀναγκαῖα ab alio sumeret, ei sua περίττα obtrudebat. Ea περίττα, alteri erant ἀναγκαῖα. Ante nummi usum si nulli divites fuissent, & nulli divitiarum cupidi, Aristotelis ratio valeret. Atqui constat, opum coacervandarum insanam cupiditatem, æque prioribus illis sæculis flagrasse cum nondum esset nummus, ac postea ubi esse cœpit. Prætextus, ut dixi, hic multis quærendæ rei & augendæ fuit, ut quam maxime abundarent iis rebus quibus scirent se alias res ad usum necessarias comparare posse. Mitto necessarias. Quam multi enim sunt qui non solum vivere sed bene vivere postulant? Hæc vita in voluptatibus fruendis versatur, quæ parvo contentæ non sunt. Quo pluribus igitur hoc vitæ genus indiget, eo etiam pluribus quærendis invigilant qui ei addicti sunt. Multi etiam natura benefici existunt. Qui tales sunt, ut beneficia in plures ac plura spargere possint, eo etiam aridius

aridius ad multa superflua possidenda animum adjicere solent. Si honestum est, beneficia in multos conferre; erga amicos, qui indigent, munificum esse; pauperes adjuvare; viduas egenas opibus consolari; virgines grandes & præ inopia inlocabiles dotare; pupillos sublevare: nonne etiam honestum erit, ea acquirere per quæ hæc possis efficere? Non igitur illa tantum quærere studebit vir probus & liberalis quæ sibi erunt ad vivendum necessaria, sed etiam per quæ possit aliis plurimum prodesse. Qui tali ingenio sunt prædīti, quærunt ut absumant, ablumpta porro iterum quærere contendunt. Qui mos est etiam prodigorum. Atque hi quidem cum vitio, liberales vero sine vitio & cum laude. Nam, ut ait Cicero lib. II, Officiorum, *Liberales sunt qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur in re vel quærenda vel augenda.* At quomodo liberalis esse poterit qui nihil plus acquiret, quam quod sibi ad victum quotidianum sufficere queat, de superfluis quærendis parum sollicitus? Si nulli porro foere prodigi, vel liberales ante nummum repertum, inputemus licet nummo opum amplificandarum aviditatem, earumque quocumque modo dissipandarum voluptatem. Pecuniam avide quæsitam fateor ubi innotuit, sed non magis quam res ipsas quibus succesisit, ut expeditior foret permutationum ratio. Pro auro & argento signato, aurum & argentum rude tum expetebatur. Nec minus æs ac ferrum infectum, quia his permutationes frequentari, ac celebrari solitæ. Ergo & his implebantur *thesauri*, quæ favillæ erant voce Græca recondendo auro rudi, quem prisca Græcia σώρὸν vocabat. Non habebant tunc aurum signatum in multas ac minutas species concisum, asservabant nihilominus ac reponebant in lateres conflatum. Quod & apud Romanos

ante nummi aurei usum obtinuisse, testis Varro apud Nonium lib. III de Vita P. R. *Nam lateres argentei atque aurei primum conflati, atque in ærarium conditi.* Auri vim multam sic etiam asservavit Crœsus in thesauris laterum in formam redacti, ut idem Varro his versibus scripsit:

Ludum fluens sub Sardibus flumen tulit,
Aurum, later quod conquadravit regius.

Χρυσοῦ πλίνθους vocavit Herodotus. Idem Varro in Sesquiulisse: *Vbi dicuntur barbari innumerabiles lateres aureos habuisse.* De Lydis aut Phrygibus intelligendum. Idem in Manio: *Hic ut quadrato latere stipata strues.* Incertum tamen an hic de latere aureo exponi debeat. Nec aurum tantum & argentum infectum in thesauris suis recondebant, sed etiam factum, ut tripodes & alia vasa. Erant tunc eorum hæ divitiæ. Apud Homerum, qui se aut parentes suos opulentos jactitant, domi apud se jacere prædicant:

Χρυσόν τε χαλκόν τε πολύκμητόν τε σίδηρον.

Quod alii *factum* & *laboratum*, alii *rude* & *infectum* interpretantur. De nummo utique, aut ære signato, non posse accipi, certum est. Alia etiam erant præter æs, argentum, & aurum, quibus eorum opulentia spectabatur, quæque in permutationibus etiam locum habebant. In his fuit & servorum multitudo. Has divitias præter naturam esse diceret Aristoteles. Omnes enim natura liberi. Quod & nostri Jurisconsulti asserunt. Sed antiquissimum illud dominium, ut nesciam, an aliquid antiquius. Cum bello quippe natum est, quod naturale esse non negat Aristoteles, adeo ut inter naturales possidendi modos etiam numeret quæ bello quæsita sunt. Quem jure in bello possis occidere, cur servare non liceat, & servum imperioque tuo subjectum efficere? Beneficium quippe accipit, cui vita donatur, quamlibet imperio ejus, qui mortem inferre poterat, obnoxia futura. Patriarchæ in

in veteri testamento non bubus tantum aut ovibus, sed etiam hominibus, dites memorantur, id est, servis. In permutationem itaque cum aliis rebus cadebant. Nec mirum. Vendi poterant, qui poterant interfici. Hæc omnia, quæ pretii vicem præstabant in antiquis rerum permutationibus, haud minore captabantur & affectabantur ardore, quam nummus postea desideratus & concupitus est, cum in earum locum est subrogatus. Non *bene nummati* tunc temporis homines dicebantur, qui opulentia cæteros antecellebant, non minus tamen aliarum rerum divites & copiosi censebantur, quæ per ea tempora erant in pretio, & permutationibus rerum necessariarum serviebant. Πολύαρνες, πολυκοῦται, πολύμηλες dicebantur, quorum substantia in pecore magno minutoque consistebat. Πολυλήιοι, qui latifundia possidebant. Πολύχρυσοι & πολυάργυροι, qui vim multam auri argentique, licet infecti, ac non signati, habebant. Quæro nunc, an non licuerit etiam secundum naturam agenti has divitias in infinitum augere & extendere, ut postea de nummo factum est. Negabit Aristoteles. Atqui certum est, divitiarum quærendarum, cum in illis rebus constabant, æque immensam cupiditatem, & votum infinitum penes homines illius ævi fuisse, quam postea fuit, ubi in nummo magna earum pars censeri cœpta est. Nam certe & post nummi signati usum multi non in pecunia numerata suas opes sitas habuere, sed aut in latifundiis, aut in numerosa familia, aut in pecorum copia. Et videmus hodieque, plerumque usu evenire, ut harum rerum opulenti pecunia numerata non admodum abundent, ut sunt plurimi nobilium nostratium, qui mercaturam negligunt, & omnem nundinationem nummariam. Solon his versibus, qui apud Plutarchum in ejus vita leguntur, ostendit, non in pecunia tantum numerata divitias collocari tum solitas, sed etiam in aliis rebus:

— ὧν πολὺς ἀγρὸς ἔτι.
Καὶ χρυσὸς, ἢ γῆς πυροφόρου πέδια.
Γ. πατ. δ', ἐμίσησε π. —

Sic Tibullus cum auro etiam latifundia jungit:

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti jugera multa soli.

Inde *locupletem* Latini dixerunt, qui cōpluria loca, id est, multas possessiones teneret. Ex quibus constat, vel antequam nummus pretia rebus daret, in hominum animis divitiarum conquirendarum cupidinem æque exarsisse, avaros avidosque earum etiam tum multos extitisse. Quinimmo, quibus nummus ignotus fuit, vocabula habuisse etiam constat, quibus paupertatem ab divitiis, inopiam ab opulentia distinguerent. Ἄφνεον vocat Homerus, qui nummos non noverat, quem Grammatici volunt dici, ὃ μὴ ἔστι χρυσίον ἢ ἄργυρον, ἢ μὴ ἐν ἐξουσίᾳ ἐστὶ, διὰ τὸ ἀνεύρετον παρὰ τοῖς. Similiter πλούσιον argutantur dictum, quasi πολύσιον, nimirum ὃ ἐν πολλοῖς ἐστὶ συναγμάτων, ex multis annis congestas opes, *μακρῶν ἐτέων πλοῦτον*, ut loquitur Posidippus. Non bene igitur Aristoteles *αὐτάρκειαν* illam suam naturalem ante nummi usum floruisse contendit, ubi res cum rebus ad victum necessariis permutarentur; nummoque attribuit, cujus rei immerito culpam sustinet, avaritiæ causas, & amplificandi supervacaneis opibus patrimonii studium. Concederem non invitus Stagiritæ philosopho, magis secundum naturam esse illam *αὐτάρκειαν* quam solam consectandam esse in permutationibus contendit, siquidem obtineri posset in eo vitæ genere quod ipse admisit. Redeundum quippe illi foret ad ea tempora quibus homines in commune vivebant, nec alter altero plus quidquam possidebat, si modō illum teneri vellet, ne quis quid ultra quam natura requirit, appeteret. Qui enim in medium quærebant, veluti ex plenoa cervo, quod sibi opus esset, sumere soliti, nihil amplius

amplius affectabant. Quod hodieque apud multas gentes, quæ secundum naturam vivere censendæ sunt, quia nihil proprii quisquam penes illas possidet, in more esse videmus. Non alter altero ibi honoratior, potentior, aut divitior. Ad quem morem qui suos olim cives reducere conati sunt, decantatum illum Græcis *ἰσοδαισμὸν* instituerunt, ut Lycurgus apud Lacedæmonios, qui sic omnes exæquavit, ut nemo civium pauper aut dives dici posset, ut in Solone scribit Plutarchus. Sed nec diu potuit illa æqualitas servari. Ubi enim alicui permittis habere aliquid suum, etiamsi videat vicinos non plus, quam ipse habeat, habere, vitio tamen generis humani non eo contentus est quod habet, sed auctius in dies reddere satagit. Humana enim natura quodcunque incipit & capessit, ejus ampliandi desiderio tenetur. Absque hac omnibus insita hominibus quacunque in re increscendi & ulteriora adpetendi cupidine nec artes essent inventæ, nec ab inventione prima per processus ad perfectionem perductæ. Sic Respublica Lacedæmoniorum, qualem eam Lycurgus formaverat, non multum temporis in æqualitate præscripta duravit. Longius fuerat duratura, si omnia bona communia inter cives esse statuisset. Nam videmus, ab ipsa prima mundi origine plurimas nationes in eo tenore perstitisse, ut communia etiam hodie omnia habeant. Quod tamen difficilius factu fuisset apud Lacedæmonios, quia cincti erant undique populis alia consuetudine utentibus. Cito itaque depravati essent vicinorum exemplo. At illi populi, quibus nihil est proprium, neminem prope se per multa sæcula videbant qui aliter viveret. Mores nostros, ut merces, facile illis transmitteremus, & ex navigationibus nostris aliam vitam addiscent. Introducto igitur privato rerum dominio, quod & Aristoteles agnoscit, nulla ratione potest impetrari illa *αὐτάρκεια*, quam tantopere

pere in rerum invicem permutandarum contractu, ut maxime naturalem, commendat. Primum non unus omnium animus, nec unum votum. Inde nec par omnium conditio. Quod uni sufficiet, hoc alius pro mero defectu accipiet. Sed nec eadem sors omnium potest esse, si respiciamus varias causas & origines, quæ communia prius bona, ut privatorum fierent propria, dederunt. Aliqui in vacuum venerunt, & pro suis usurparunt quæ nullius erant. Alii lege, ut ait Cicero, aut pactione, conditione, sorte. Plurimi etiam bello res suas quæsierunt, ut qui potiti victoria sunt, & vicinos victos finibus expulerunt. Hic modus rei quærendæ, qui bello fit, Aristoteli naturalis visus est. In tam dissimilibus causis ac modis quærendi, dissimiles etiam possessorum fortunas & opes extitisse constat. Alius plus, alius minus acquisivit, vel quod non plus posset, vel quod plus adpeteret. In quo etiam fortuna multos adjuvit, aut deleruit. Qui sua casu aliquo, aut vi rapta amisit, ea majore animi contentione reparare conatur. Qui timet ne sibi quæ possidet eripiantur, ea præsidia comparat, quibus obtinendis certus opum modus præfiniri non potuit. Viam rei quærendæ per latrocinia etiam probat philosophus, ut naturæ congruam. Ut modum illi non servant, ita nec, qui ab illis sua defendere nituntur, modicas copias, quibus eis resistant, conquirere debent. Qui imbecilliores sunt quam ut se tueri possint ab injuria potentiorum, in aliorum æque potentium clientelam confugiunt. Qui multas habent clientelas, pluribus etiam opus habent, quo eas protegant. Hinc prætextus, immo causa legitima, nascitur pleriſque opes suas exaggerandi. Qui sentiunt, quid valeant divitiæ dum potentiores reddunt eos quibus affluunt, omni modo etiam eas accumulare certant, ut potentiam simul acquirant. Præterea magistratus etiam esse oportuit, qui injuriam prohiberent à tenuioribus.

nuioribus. Ex primoribus, & divitioribus illi eligendi fuere. Quæ res, expetibiles etiam magis reddidit divitias, quia sternerent viam ad principatum civitatis adipiscendi. Non solum ut talis fit aliquis, illæ acquirendæ, sed etiam ut digne eam personam sustineat. Hinc Crassus negabat, ullam satis magnam pecuniam esse ei qui in republica princeps vellet esse, cujus fructibus exercitum alere non posset. Mitto bellorum ductores, mitto etiam reges, quique proximi regum. An putabimus *αὐτάρκειαν* illam Aristotelicam, quæ usus tantum vitæ necessarios spectat, illis omnibus esse conducibilem? Negabit porro philosophus, dominationem, sive magistratuum plurium, sive unius, è naturæ principiis descendere. Demus hoc illi, modo concedat & nobis, dominia quoque privata non indidem fluere. Nam certe ex privatarum possessionum descriptione ac distributione, natam etiam constat necessitatem omnigenæ dominationis & imperii. Ubi communia sunt omnia, nec pauperis aut divitis ulla distinctio, nec potentis aut invalidi, nulla etiam ibi opus magistratus auctoritate, quæ potentiores in officio contineat, & tenuiores ab injuriis eorum defendat. Postremo, ut recte Cicero, libro de Officiis primo, ex Panætio observat, *expetuntur divitiæ non tantum ad usus vitæ necessarios, sed etiam ad perfruendas voluptates.* Quem *λιπλωσυχὸν βίον* Aristoteles appellat. Quod ille *τὸ ἀλόγιστον* appellat ex vulgari loquendi usu & qui apud Comicos erat frequens. Unde apud Terentium: *Vixit dum vixit bene.* Et apud Petronium: *Ergo vivamus, dum licet esse, bene.* Hoc est, vivamus bene, dum licet vivere. Aristoteles hoc loco: *ὧν δὲ τὸ ἀλόγιστον πλεῖον, τὸ περὶ ἡδονὰς ἢ τὰς ἀναγκαίους ζῆσθαι. In quibus autem major est animus,* inquit, *in iis pecunia cupiditas spectat ad opes & ad gratificandi facultatem.* Deinde subjungit: *Delectant etiam magnifici apparatus vi-*

tæque

taque cultus cum elegantia & copia. Quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset. Hoc est quod Solon dicebat hoc versu quem citat Aristoteles:

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

Nullus opum finis fixus mortalibus hæret.

Quæ quidem cupiditas vituperanda non est, si tale adhibeatur temperamentum quale ex Panætio tradit Cicero primo Officiorum, ut sine cujusquam injuria ad voti sui finem perveniat: *Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est, sed fugienda semper injuria.* Quod expresserat hoc disticho de se facto Solon apud Plutarchum:

Χρήματα δ' ἐμέρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω, πάντως ὕστερον ἦλθε δίκη.

Refertque ibidem præclarus ille scriptor, multos ex philosophis antiquis rei amplificandæ operam dedisse. Nam & Thalem Milesium mercaturis institisse, & Hippocratem Mathematicum, Platonem item illum divinum, ut peregrinationis sumptus sustineret, in Ægypto olei cujusdam nundinationem factitasse. Ut omnia Aristoteli, quæ postulat, largiamur, non illud, quod præcipue vult, donabimus, quæstus faciendi artem, quam appellat χρηματιστικὴν, circa nummum maxime versari. Jam enim probavimus, ante nummi notitiam, eam veteribus fuisse frequentatam. Si ideo χρηματιστικὴ circa nummum, quia nummi χρήματα dicuntur, hoc frivolum & ineptum, nec puto eo philosophum respexisse. Atticis quidem τὰ χρήματα de auro argentoque signato usurpantur, ut Ionibus τὰ χρῆμα, ut infra sumus dicturi, sed res opesq; quaslibet ea voce olim Græci appellarunt. Verum lõge absurdior ratio quam proponit ibidem Philosophus, ut probet, nummum nihili esse, & inutilem ad usus vitæ necessarios, quia nummo abundans plerumque victu indiget. Atqui, inquit, absurdum est, id haberi pro genuinis ac veris divitiis quod affluens posses-

possessorem suum tamen perire sinat. Καίτοι ἄτοπον τοιοῦτον οἴνῳ πλοῦτον, οὗ ἐπερῶν λιμῷ ἀπολεῖται. Immo nihil absurdius hac fingi poterat ratione à philosopho tanto, quantum fuisse revera Aristotelem confitemur. Si alicubi locorum bene nummato fame pereundum fuerit, nescio cui non idem casus sit pertimescendus. Qui nummos affatim habebit, quid non habere poterit? Pone nummosum quocunque voles loco, inter quantas fingere possis angustias, ibi se nummo explicabit, ubi alius in luto defixus hæreret. Si omnia tum deficient, pecunia tam ampla non efficiet ut magis eo loco dominus ejus fame laboret, quam qui prorsus pecuniam non habuerit. Ut non melior eo loco pecuniosi conditio, ita nec deterior quam pecunia carentis. At si des, aliquid ibi reperiri quo vita sustentari possit, id omnino nummis suis extorquebit, etiam ab eo cui nihil aliud ad manum erit quo vitam tueatur. Potius hic peribit fame qui habet unde famem depellat, quam non se vinci patiatur, si pretium præcipue offeratur tam impensum, ut infinito exsuperet æstimationem rei quam possidet, etiamsi sibi apprime eam necessariam intelligat. Illustri exemplo id planum faciam. In obsidione urbis Casilinæ, quam premebat Annibal, in tanta omnium alimentorum difficultate, ut Casilinates ad mandenda coria scutis detracta adigerentur, Prænestinus quidam ex trecentis qui in fide manserant, murem captum, magnitudine oblati pretii invitatus, ducentis denariis vendere maluit, quam edere ipse tali tantaque famis urgente necessitate quæ omnes tum obsessos conficiebat. Quid inde evenit? Qui murem eo pretio vendidit, fame mortuus memoratur. Cui satis pecuniæ fuit, ut eum tam caro emere posset, servatus est. *Sed credo*, inquit auctor qui eam historiam narrat, *deorum providentia & venditori, & emptori, quem uterque merebatur, exitum attribuit. Avaro*

 enim

enim fame consumpto, mannubiis fordium suarum frui non licuit. Æqui animi vir ad salutarem impensam faciendam, care quidem, verum necessarie comparato cibo vixit. Ex his liquet, quam verum sit, quod adstruxit Aristoteles, ita à legitimarum divitiarum censu nummum abesse, ut, qui ipsum quamvis large possident, à famis periculo non prohibeat. Nam contra est. Quam verior justiorque rei nummatiæ æstimator ille Arbiter, qui de eo sententiam ejusmodi his versibus pronuntiat?

Quisquis habet nummos, secura navigat aura,
Fortunamque suo temperat arbitrio.

Et in fine Epigrammatis sic concludit:

Multa loquor, quidvis nummis præsentibus opta,
Eveniet, clausum possidet aurea Jovem.

Quod à Menandro sumpsit, qui lepidissimis versibus utilitatem nummi sic commendavit, quos obiter emendabimus:

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τὰς θύρας εἶναι λίγα
Κλείθρα, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀσπίδας·
Ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν χρυσίον εἶναι φίλους
Τ' ἀσφαλέστατα κἀπὶ μείζω, κἀ τὰ χρήσιμα.
Εὑρισκόμεν γὰρ τοῦτο γὰρ εἰς τοὐμὸν εἰκάσω
Εὔξαι' ἂν βελτί', πλοῦτον ἢ χρυσὸν λαβεῖν;
Ἄρχει, κύριον, ἡγεμονίας, δέσποτα πάντων·
Φίλει, δύναται, κἀθύρεται, μισεῖ δίδυ,
Λύει γὰρ εἴρεις τὰς θύρας ὑπηρέτας.

Quatuor istos postremos versus eleganter expressit Petronius, illo distichio quo quidvis nummis præsentibus optandum monet, idque eventurum promittit, clausum enim Jovem, arcam in qua nummi sunt, possidere. Quod illis respondet Græcis quoad sententiam: Λύει γὰρ εἴρεις τὰς θύρας ὑπηρέτας. Ceterum, quod Aristoteles de nummo dixit, fame periturum qui nihil aliud haberet, id etiam de re aliqua qualibet, quæ in permutationem antiquam veniebat, dici poterat. Vini cum frumento permutationem naturalem ille esse scisit. Finge, aliquem non aliam præter vinum habere substantiam. Has ejus solas esse divitias. Hunc statue in urbe aliqua obsessa, ubi nemo plus frumenti possideat, quam quod ipse consumere necesse habeat. Quid faciet iste vino dives? Non ille sitim quidem patietur, sed esuribit plus satis. Idem de ceteris existimari par est, quantumlibet ad victum necessariis, quæ in permutandi vices cadunt. Ut hanc suam rationem de nummi parum utili ac necessario, minimeque etiam naturali usu, probabiliorem faceret Aristoteles, è fabula quoque Midæ adjumentum & argumentum ei firmandæ petit. Καίτοι, inquit, καὶ ὁ Μίδου ὀνείρου μυθολογοῦσι διὰ τὸν ἀπληστίαν τοῦ εὐχέσθαι, πάντων αὐτῷ γιγνομένων τῶν προτεθέντων χρυσῶν. Improbi nempe voti compos ille factus, quo omnia quæ tangeret, aurea fieri optavit, impetravitque, sic pæne fame enectus est, nisi melior deus, ejus miseritus, irritum, quod voverat, fecisset. Ex eo ostendere nititur noster Sophus, quam malo loco res ejus forent ad vitam agendum cui nihil aliud præter nummum suppeteret. Quasi vero, si Midas panem fieri quodcunque contingeret, orasset, exorassetque, melius cum ipso actum fuisset. Quid enim illi ex hujus voti exitu poterat accidere aliud quam siti contabescere? Inepta ergo, certe parum apta, illa Aristotelis argumentatio ad derogandam nummo cum usu naturali auctoritatem. Ceterum, ut rem in pauca conferamus, hæc summa ejus argumentationum, quibus adstruere contendit, omnem quæstus faciendi modum, quem nummus operatur, naturæ repugnare. Quæ natura enim desiderat, esse finita. Præter naturam vero esse, infinita desiderare. Amor nummi finem non habet. Nam, ut ait ille, *crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.* Sic duo genera constituit rei familiaris augendæ, unum secundum natu-

ram, alterum præter naturam. Illud ad οἰκονομικὴν refert, istud ad καπηλικὴν. Illam definit artem esse comparandi necessaria ad victum instrumenta. Et certum eam sibi finem proponere, ex eo colligit, quod nulla ars infinita habeat quibus finem suum consequitur. Finis autem ipse in infinitum expetitur, sed ea, quibus ad finem tenditur, finita sunt. Nam in fine terminum sibi statuunt omnes. Divitiarum quærendarum finis usus est. Si tantum ex his adeptus sis quantum satis est ad usum vitæ necessarium, ibi standum est. Hæc οἰκονομικὴ est, quam, ut finem ac terminum, respicere debet, qui veras ac naturales divitias parare cogitat. Non hac tamen mente ac proposito exaggerandis opibus invigilant vulgo homines. Nam pro fine habent ipsam quærendi cupidinem, quæ inexplebilis & infinita. Eo & instrumenta parandi divitias infinita ipsis sunt; quod nulla alia ars habet. Hi sunt nummi Aristoteli nostro, quos cum in immensum omni studio augere properant, finem non reperiunt propter quem eos tanta cura coacervare studeant. Ideo artem illam nummorum quærendorum minime naturalem habendam pronuntiat, quæ dissimilis est ceteris artibus quæ ad finem suum contendunt, medius certis ac determinatis. Καπηλικὴν eam appellat, id est, mercatoriam, vel nundinatoriam. Certum quidem est, ne omnia illi negemus, præsertim manifesta, mercaturam induxisse humanæ vitæ insatiabilem illam divitiarum sitim, cujus primos inventores Phœnices fuisse inter auctores convenit. Cicero lib. III, de Rep. apud Nonium: *Pœni primi mercaturis ac mercibus suis avaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum, importaverunt in Græciam.* Pœni ibi sunt Phœnices, quos Herodotus primæ Musæ initio primos longinquis navigationibus operam dedisse refert, & mercimonia Ægyptiaca & Assyria Argos importasse, quo tempore

pore civitas illa totius Græciæ principatum obtinebat. Nam & Pœnos in Africa ex Phœnicibus oriundos sic appellarunt Romani, quia revera Phœnices nec aliter eos Græci nominant. Primi igitur Phœnices ἐμποροι fuere, & κάπηλοι. Sophocles:

Σιδῶνι ἔστι τις ἀρχαῖος Φοινὶξ ἀνὴρ,
Σιδώνιος δ' ἐμπορος. —

Ubi notabis obiter, κάπηλον poni pro mercatore quolibet, & præcipue pro eo genere quos ἐμπορους vocant Græci, qui maria decurrunt exportandis importandisque mercibus, cum κάπηλοι proprie sint, ut antiqui Græci eos acceperunt, urbici ac foranei mercatores qui non navigant. Priore sensu καπηλικὴν hic usurpavit Aristoteles pro μισθαρνητικὴ, quæ utrumque genus comprehendit. Pollux: Ἔμποροι, κάπηλοι, μισθάρνοι. Utrique sunt μισθάρνοι. Nam merces utrique mutant, & est generale nomen omnis mercaturæ, ut supra docuimus. Unde μισθαρνικὴν Aristoteli omnis mutandarum mercium ratio, quæ propterea ipsi præter naturam, quia ars est in infinitum avida habendi quærendique. Alii, ut diximus, μισθάρνους proprie eos appellarunt qui Græce κάπηλοι. Quidam contra sic ἐμπόρους nominatos crediderunt, ut Themistius λόγ. ζ' μισθάρνους ἐξ ἄλλης πόλεως εἰς ἄλλην πωλοῦντας ἀμοιβαίως. Quem vide Oratione IV. Sed illi melius, qui μισθάρνους à mutandis mercibus denominatos putarunt, quod μισθάσασθαι dixerunt. Unde & μισθαμοιβοὶ sunt ipsi κάπηλοι. At οἱ μισθάρνους eo sensu, quo vult Themistius, sunt οἱ ἔμποροι. Primi igitur ἐμπορικὴν introduxere Phœnices. Ponamus, mercaturam primam initium dedisse arti quæstuariæ, quæ pecunias non ad usum, qui finis est divitiarum, colligit, sed ipso colligendi studio delectatur in infinitum, ut, quo plus habet, plus cupiat; an non & aliæ artes idem faciunt, quæ manuum opera & opere victum suis auctoribus quæritant? Nec enim illi contenti, quod satis est, ad

victum quotidianum quæsiviſſe, in quantum poſſunt, lucrum facere contendunt. Immo & hunc finem fere omnes habent, qui eſt infinitus, & à natura alienus, ut ab ipſo fine naturali quem habere deberent. Finis medici deberet eſſe ſanitas ægroti. Alium ille ſibi finem proponit, ut æger ipſi quæſtum afferat, ut æger domino refert. Finem ejus, qui populum gubernat, ſalutem populi, ſi recte gubernaret, eſſe oporteret. Alium ipſe habet, opes proprias & ambitionem. Finis calceolarii calceus pedibus inducendus. Hic verus ac naturalis calcei uſus. Alium ſpectat finem qui eum facit, ut permutando eo ſive vendendo lucretur. Ideo & quamplurimos calceos poteſt, fuere pergit, ut quamplurimum lucri faciat, idque non ad eum modo finem ut neceſſaria ad victum paret, ſed etiam ut, quod ſuperſit, & ſuperfluat, ſervet. Quod ſine fine eſt. Unde perſpicuum eſt, alium eſſe finem artis, alium artificis. Quod Ariſtoteles diſtinguere debuit. Finis eſt medicæ artis, ægro ſanitatem reddere, medici autem quæſtum ex ea ſanitate facere. Ita de aliis. Recte itaque Seneca lib. III de beneficiis, & apprime ad hanc ſententiam: *Phidias facit ſtatuam. Alius eſt fructus artis, alius artificii. Artis eſt, faciſſe quod voluit: artificii, feciſſe cum fructu.* Ideo & artes omnes quæſtuarias idem Ariſtoteles una cum mercatura, ab illis rei familiaris quærendæ modis, quos naturales vult videri, ſeparat. Nam & μισθαλλαξικὴν tertiam ſpeciem conſtituit, quam μισθωτικὴν appellat. Quod vocabulum non plene, nec bene exprimunt tam interpretes quam paraphraſtæ, qui *operarum locationem* reddiderunt, cum ipſe auctor ea voce ſe comprehendere ſignificet omnes artes ſellularias. Τέχναι, inquit, μισθωτικαὶ, ταύτης δ' ἡ μὲν τῶν βαναύσων περιττὴ δοκεῖ εἶναι, ἡ δὲ ἀνελευθέρα μόνον χρησίμων. Operarum locatio eas tantum cõprehendit, quorum opera, non ars, mercede conducitur, ut bajuli, ceteriq; qui corporis operam locant,

locant, non etiam artifices, qui artes ſuas habent venales, & quorum opus emitur. Eos ita deſcribit Firmicus lib. IV, cap. VII: *Operarios reddet ſempiternos, laboribus deditos, & qui corpus ſuum ad opus aliquod locare conſueverunt, laturarios, humeris ac dorſo vitæ ſubſidia quærentes.* Per μισθαρίων igitur omnes eos intelligit qui quacunque re, ſive opus ſit ſive opera, mercedem captant, λαὸς δ' μισθὸν ἄγουσι. Mercenariam itaque melius verteris. Plato μισθαρνάλωτα & μισθαρνικὰ appellat in Sophiſta, ubi dicit, Sophiſtas, qui mercede juvenes docebant, μισθαρνικὸν factas, quos & λογαρνίκους vocabant. Unde apud Pollucem, μισθαρνικὸν σοφιστήν. At μισθωτὸς idem vocat lib. II de Rep. non μισθάρνην, qui operam ſuam locabant oneribus portandis, & corporis vires aliis miniſteriis obeundis, ut mercedem inde caperent: ἐπὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἐγγείοις, ἐκεῖ καὶ ἄνθρωπος ἀλφήσεται, εἰ δὲ τις μὴ ἔστι ἀλφησίπους, μὴ πάνυ ἀξιοσπούδαστος εἶναι, τὸν δὲ τοιοῦτον ἰσχυρὸν ἐπὶ τοῖς πόνοις ἰσχύειν. εἰ δὲ πολλοῖς τοῦτ' ἐστὶ τοῖς χρήμασι τοῦτο πολὺ τοὐναντίον μισθὸς πολλοῦ, κἀκείνου μισθωτοῦ. Hi ſunt quos Ariſtoteles dicit ἀνέχνους, καὶ σώματα μόνον χρήσιμους, artis expertes, & ſolo corpore utiles, qui alteram ſpeciem conſtituunt τῆς μισθαρνικῆς, cum altera ſit eorum qui mercedem captant ex artibus quas exercent. Sic ergo μισθὸς & μισθαρνὴς differunt invicem ut ſpecies & genus. Ergo & opifices & operarii omnes, haud minus quam mercatores, τῆς μισθαλλακτικῆς ejus, ſive καπηλικῆς, quæ quæſtum parat non ſecundum naturam, partem quoque facere cenſentur, quatenus & ipſi artis ſuæ & operæ ſunt mercatores, & unum finem cum mercatoribus communem ante oculos habent, ut ſine modo ſineq; jam quæſitis alia quamplurima aggerant. Verum enimvero, ſi tollas hunc finem artificibus qui termino caret, & inſatiabili cupiditate ferantur ut equus effrænis, ipſas etiam artes ſuſtuleris. Ipſa illa αἰκονομικὴ, quam

Aristoteles maxime naturalem prædicat, an aliud agit, aut alium finem respicit, quam interminabilem istum, minimeque naturalem? Ubi tam sobrium, ac frugi, modestumque œconomum reperiemus, qui in re familiari augenda non eodem modo laboret, quo artium omne genus professores, qui sua arte se tuentur, consueverunt. Paratis uti qui sciet, & intra usum rerum ad vitam necessariarum, cupiditatem suam coercebit, præstabo illum esse quem nobis Aristoteles inculcat, qui naturæ congruenter vivet. Sed nusquam illum gentium reperiri hodie, neque ætate Aristotelis repertum, possum etiam præstare. Non enim puto, satis esse, ut quis naturalem quæstuariam exerceat, si eam ex terra natis agitet. Quamvis & hoc velle visus sit philosophus. Quid enim aliud sibi vult in his, ubi tertium genus quæstuariæ statuit quasi miscellum, partim secundum naturam, partim contra, quia ex terra quidem natis constat, sed tamen infrugiferis, ut sylvæ cæduæ & metallifodinæ? Ergo naturalis plane illa, quæ ex frugibus terræ & fructuariis cujusq; generis proventibus quæstum facere instituet, eamque quærendi artem tenebit quæ secundum naturam est. At quid si œconomus iste, qui ex agrorum suorum reditu, & pecuariæ rei proventu, rem familiarem amplificare percendit, non alio animo & fine huic curæ incumbat, quam ut amplissimas opes inde struat, an aliter definiemus id quod agit, quam aliorum destinationem quibus idem studium, quamvis ex aliis rebus? Quis autem nescit, æque interdum, aut etiam magis quæstuosam agriculturam, præcipue illi qui plurimos ac feracissimos fundos possideat, quam artem aliam quamlibet aut professionem, ita ut ne mercaturam quidem ipsam excipiamus? Talem enim mercaturam dare possumus, quæ agricultura ad quæstum faciendū longe sit inferior, ne de sellularis multis artibus excipiamus. Atqui omnis mercatura Aristoteli,

stoteli, qualiscunque sit, & quam minimi lucri, præter naturam tamen esse videtur. Agricultura vero, licet infinito magis quæstui parando & nummis pariendis apta, erit eidem naturalis. Si solam eam ex eo genere statuat, quæ contenta est rebus ad victum necessariis, superfluorū non appetens, vel fœneratoriam ejusmodi ipsi possimus ostendere qualem honesti viri eam hodie exercent ex legum civilium præscripto. Quam multi enim sunt qui tenuem pecuniolam in fœnore collocatam habent, ex qua tenuiter modiceque vivunt, nihil amplius requirentes quam quod sibi ad usus necessarios sufficiat. Unde illud veteris poëtæ de vita tranquilla:

Est mihi rus parvum, fœnus sine crimine parvum:
Sed facit hoc nobis utraque magna quies.

Ubi notabis obiter, *fœnus* non poni pro usura, sed pro pecunia credita, quæ usuram domino parit. Pleroſque etiam artifices dare est qui ex arte sua nihil ultra quæruot quam ut vivant, immo & ex mercatoribus non paucos, non illis magnatis, sed propolis istis qui totas merces in capsula circumferunt. Si qui aliter animati sunt, sed insatiabiliter propter nummum nummos quærunt, & gazis incubant, non mercaturæ, aut artis, quam profitentur, vitio hoc faciunt, sed suo, cum in omni arte & genere vitæ qualicunque modum tenere & αὐτάρκειαν consectari possit qui voluerit. Sed plerique hominum hoc insito naturalique vitio laborant, ut suo modulo se nunquam metiantur, nec ad mensuram corpusculi sui, quæcunque ad vitam hic agendam conducunt, determinare queant. Corpori quidlibet satis est, sed animus infinita expetit. Semper se credit victurum, qui tamen certus est finis non longinqui. Ideo spes longas in vitam brevem mittimus. Ut nec vestes ad corporis formam strictas, sed profusas amamus, ita & fortunas, ut ille ait, lacinioſas affectamus, quæ non expleant quod

natura alendo ac vestiendo tegendoque desideratur, sed quæ animi etiam cupiditati satis faciant, cui tamen nunquam fit satis. Ex quo domos ædificare invenerunt, quis eam domum probavit, ut volucris nidum quam totam corpore impleret? Ita ædificant ut nunquam morituri, ita ergo & divitias quærunt ut semper iis fruituri. Primum divitiarum modum esse ait Seneca *quod necesse est*, proximum *quod satis est*. Mallem dixisset, ut verius diceret, unum esse modum, quod necesse est. Nam quod necesse est, satis esse debet. Illud, quod satis est, si distinguas à necessario, in infinitum exibit. Cupiditas, quæ semel naturalem modum excessit, in immensum excidit, & animum hac opinione corruptus necessaria quidem sibi ad præsens adesse fatebitur, sed satis esse negabit. Non enim præsentem tantum necessitatem spectat, sed eam quam sibi futuram fingit. Quam longe majorem semper ideo imaginari vult, ut prætextum habeat plura in dies acquirendi. Plutarchus de amore divitiarum, terminum illis si naturali usu definire earum velit sapiens, statuit necessitatem ut centrum intervallo circumscriptum: Τοῖς γὰρ ἐγκυκλίοις ὁ φύσει πλοῦτος ὅμοιός ἐστι, τὸ γὰρ πέρας ἔχουσι φύσει, κἀκεῖνος εἰς τοῦτο συνέστραπται. Ut ex circumferentia linex omnes ductæ in centro finiuntur, ita omnia, quæ comparantur ad vivendum instrumenta, intra necessarium usum debent consistere ac terminari. Hic est illius loci sensus & lectio, quam viri docti non viderunt. Hanc αὐτάρκειαν & naturalem divitiarum modum omnis ars & omnis professio potest persequi, & assequi, nec ipsam fœneratoriam excludimus, si cum modo legibus præscripto exerceatur. Ex his omnibus constare potest, rationem fugere Aristotelem, qui agriculturam cum animo quæstui dedito, & ad rem augendam sine fine ac modo properanti, naturalem magis vellet videri quam aliam artem ex

professo hoc agenti. Inde sequeretur è converso, nummariam quærendi artem, intra modum se continentem, &, quod satis est ad usum, tantum spectantem, minus naturalem habendam. Quæ finem eumdem habent, eumque naturalem, cur æque naturalia non sint, quamvis ex diverso veniant instituto, non me videre fateor. Duæ res præcipue fecerunt, ut γεωργικὸς βίος magis naturæ convenientem statuerit quam ceteros vivendi modos, quia ex terra, & quia αὐτάρκης, id est, sibi sufficientia tantum captat. Αὐτάρκειαν in agricolæ vita magis reperiri qui fateretur, non hoc tamen concedere deberet, in ea sola illam consistere. Nam & plurimi alii βίοι eam consectantur. Quinimmo & per illam vitam etiam via est ad parandas divitias munita. Si non sit tam compendiaria quam per fœnus aut mercaturam, nihil refert, ubi aliquo pervenire intendas, quantum temporis in itinere consumpseris. Finis idem quippe utrique propositus, divitem fieri. Quem etsi tardius assequatur agricola, tamen eo tendit, & tandem quoque pervenit. Musonius in libro qualis quæstus philosopho conveniat: πολλοὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπολέμων γεωργοῦσι, καὶ δημοσίων, καὶ ἰδιωτικῶν ἀνδρῶν· ἀφίστησι δ' οὐδὲν αὐτοὺς, οὔτε τὸν πλοῦτον τὸν γεωργικὸν. Hic plane αὐτάρκεια versatur. Sequitur statim: ἔνιοι γε δὲ καὶ ἐκ τούτου δὴ τοῦ πόνου φιλοπονώτατοι καὶ φιλοπονώτεροι γίνονται. *Quinetiam nonnulli ex hoc studio ditissimi existunt, qui ipsimet manus operi admovent, & libenter laborant.* Ergo mercenarii ipsi, & coloni, qui alienum agrum mercede conductum arant, non solum sibi, quod sufficit, ad victum quærunt, sed etiam inde plerumque ad magnas divitias evadunt. Hi sunt quos αὐτουργοὺς Græci vocant, coloni nempe, quorum opera rura curant colenda domini ipsi qui terram non moliuntur. Columella lib. 1, cap. 1: *Vt enim, qui in villis intra consepta morarentur, quam qui foris terram molirentur, ignaviores habitos, sic eos, qui*

sub

sub umbra civitatis intra mœnia desides cunctarentur, quam qui rura colerent opera colonorum, segniores visos. Sic legendus ille locus. Coloni sunt propriè quos Græci ἐργάτας appellant, Xenophon ἐργασήρους. Homerus ἐρίβωλας, qui distinguuntur δοὶ τ' γεωργοὶ. Nam γεωργοὶ sunt ipsi domini agrorum possessores, quique intra consepta villæ morantur, & licet ipsi non admoveant operi manus, fortiores tamen sunt iis qui intra urbis mœnia desides degunt, licet ignaviores illis, qui ruri opus faciunt, & terram exercent. Dicæarchus de Tanagræ urbis Bœotiæ incolis: οἱ μὲν ἐπιεικέστεροι τῶν ἐν ἄστει κατοικοῦσι, τῶν δὲ ἀγροικοτέρων γεωργοὶ εἰσὶ καὶ ἐργάται. *Omnes aratores, non coloni, vel operarii.* Significat, urbis illius cives agricolas quidem fuisse, & in opibus lautis, sed aliena opera rura sua coluisse. Xenophon in Oeconomico τὸν γεωργὸν duci comparat, τοῖς ἐργάταις militibus. Ut dux militibus imperat quæ opus est fieri, ita agricola colonis vel operariis: καὶ ἀνθρωπολογίας ἢ παιδείας δεῖν ἔστιν δὲ τοῖς ἐργάταις τὸν γεωργὸν ἢ τὸν στρατηγὸν τοῖς στρατιώταις. Paulo ante vocavit eos ἐργασήρους his verbis: τὸν δὲ μέλλοντα γεωργόν καλὸν δεῖ εἶναι τοὺς ἐργασήρους ἐθέλοντας ἀνθρωπολογεῖσθαι καὶ πείθεσθαι ἡδέως. Cum igitur γεωργὸν βίον Aristoteles, ut maxime naturæ consonum, commendavit, utrum vere γεωργοὺς intellexit, id est, colonorum & operariorum, qui terram αὐτεργικῶς colunt, an, quomodo Græcos accipere docuimus τοὺς γεωργοὺς, eorum qui opera colonorum fundos suos arandos curant? Videtur potius τοὺς αὐτεργικοὺς designare, hoc est, colonos. Qui enim aliena opera utuntur in agris suis colendis, non magis γεωργοὶ dici merentur, quam qui per servorum suorum ministerium varias exercent artes, earum artium appellari opifices. Rursus illi coloni & ἐργάται, qui mercede cõducti opus ruri faciunt, sub μισθαρνικῷ potius redigendi sunt, quam tertiam speciem τῶν μισθωλογικῶν constituit. Quicunque

cunque enim pro opere aut opera mercedem accipiunt, sub illud genus omnes revocavit, quos μισθάρνας appellat. Certe qui per operarios ut colonos rus suum colit, non ipse est qui secundum naturam vivit. Quod enim ex terra victum habet, non ipse magis naturali modo eum sibi sic comparat quam qui emit vinum aut triticum ab ipso colono. Revera enim & ipse, quod ex agro suo habet, sic emere censendus est. Quod cum ita sit, & ipse inter μισθώλους referendus. Dat enim pecuniam, id est, mercedem pro opera, colono. An qui ipsemet laborat, solus existimandus naturæ convenienter vivere? Verum si mercede id faciat, jam ad μισθάρνας & mercenarios relegandus est, qui sunt inter μισθώλους. Dant quippe operam pro pecuniis, hoc est, operam mercede permutant. Constat autem, hæc esse relativa. Si enim qui conducit, est μισθωλῶν, qui locat, idem erit. Ergo tam γεωργὸς quam ἐργάτης ad μισθωλογικὸν reducendus est. Restat, ut solus ille censeri debeat verus γεωργὸς, & proinde vitam naturæ consentaneam agens, qui fundum suum ipse suis arat manibus, nullius opera in eo colendo usurus. Ceterum quotus quisque sic arator esse poterit? An omnes oportebit esse agricolas, qui quidem vivere secundum naturam volent? Atqui ne sic quidem ullum γεωργὸν esse dabitur quin sit μισθωλῶν. Omnia instrumenta rustica aliunde emere debet, & ipse fructus quos ex agro percipit, vendere. Quod jam supra attigimus. Melius Musonius hunc rei quærendæ modum, qui ex terra capitur, magis secundum naturam esse affirmat quam ceteros, non ut eos omnino à naturæ finibus excludat, sed ut hunc naturæ convenientiorem statuat: τῶν γὰρ ἐκ γῆς φύσει μᾶλλον ἐστὶ γεωργικὸν προσῆκον ἢ μισθαρνικὸν ἐμοὶ δοκεῖ. ἢ καὶ ἄμα τε αὐτάρκη: Ita ergo & αὐτάρκεια major quidem in agricolarum vita, quam in ceteris, & minor lucri aviditas, non tamen ut soli αὐτάρκεις sint, nec ut à lucro prorsus arce-

aversum habeant animum. Dicæarchus de Tanagræis, quos omnes γεωργὸς fuisse dicit: ἅπαν γὰρ αὐτῶν τὸ κοῖλον πεδιάσιμόν ἐστι, καὶ τὸ πρὸς τῷ ὄρει εὐδαίμονα καὶ φιλεργόν. ὥστε καὶ τὰ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ὀρῶν ἐκφερόμενα εἰς τοῦτο τὸ πεδίον ἐστὶν ἐργάσιμα, διὰ τὸ μὴ ἀπέχειν πολὺ τὰ μέγιστα χάρα) εἰς τὰς καθ' ἡμέραν ἀναγκαίας. ἔστι γὰρ βίος ἐνταῦθα ὥστε κερδαίνειν καὶ φιλεργεῖν, καὶ γαλεπὸν, ὅταν τάπητες ἐγκλινῶσι πανταχόθεν. *Ubi enim vitæ est sufficiens, lucri cupiditate nemo afficitur, & difficile est, apud tales morum pravitatem invenire.* In opere autem rustico ἡ αὐτουργία inter artes sordidas reposita fuit apud Romanos non illos cascos & rudes, sed politiores jam factos. De quo queritur Columella lib. 1. in præfatione: *Nec mirum, cum sit publice concepta, & confirmata jam vulgaris opinio, rem rusticam sordidum opus, & id esse negotium, quod nullius egeat magisterio præceptoris.* Paulo ante dixerat: *Quæ cum animadvertam, sæpe mecum retractans, ac recogitans, quam turpi consensu deserta exoleverit disciplina rustica, vereor ne flagitiosa, & quodammodo pudenda, aut inhonesta, videatur ingenuis.* Pudenda certe est ingenuo quæ ipsa operatur, & mercedem pro opera flagitat. Non inhonesta est quæ per alios id agit. Verum illa haud magis γεωργικὴ, quam ἐμπορικὴ erat, quando quis olim servos haberet modicos, quorum diurnas locabat operas, ex quibus quæstum faciebat. In urbe sedenti & rus nusquam invitenti, sic agricolæ & aratori esse licet.

CAP. XV.

Secundum Aristotelis sententiam nummus permutationem rerum naturalem in non naturalem vertit. Item rei quærendæ ratio à nummo. Item insatiata habendi cupido indidem. Non tamen hæc vera esse. Ante nummi usum in aliis rebus divitiæ constabant,

bant, quarum quærendarum inexplebile votum ac studium æque tum fervebat. Mercatura etiam ante nummum celebris. Cum expediretur ante sine nummo, postea facilius opera nummi explicata. Nummum inventum, ut esset instrumentum idoneum & commodum omnis permutationis. Ita cæterarum artium instrumenta fuisse reperta, primo rudiora & simpliciora, deinde & absoluriora ac perfectiora. Sic etiam artes ad summum perductas. Nummi inventio apud Græcos Argivo Phidoni tributa. Hic unus Heraclidarum, quotus à Temeno & ab Hercule ipso. Veterum de eo sententia diversa. Inxia quosdam Carani frater Phidon. Hesiodus huic favus. De ætate Hesiodi & Homeri. Neutri nummi usum fuisse cognitum. Homerum videri Hesiodo antiquiorem, aliquot conjecturis probatum. De voce ἰόμνης, qua alius Hesiodo, alius Homero significat. Alios inventores nummi ab aliis auctoribus memorari. Locus Pollucis emendatus. Phidonem invenisse pondera & mensuras. An & nummi inventio ei tribuenda, quia pondere, numero, ac mensura constat. Hæc tria etiam μίσθος nomine comprehendi. A Phœnicibus invectum in Græciam videri nummi usum. Hos nummo usos esse aliquot seculis ante Phidonis ætatem. Mercaturam quoque hominum primos exercuisse. Tempore Abrahami nummum apud eos in usu fuisse. Argenteum signatum, quod inter mercatores ambulat, & in usu publico constitutum est, Hebraice dici, כסף סחר. Προγόνους ἐμπόρους Græcis. Hebræis proprie סחר quæ Græcis ἔμπορος, Latine mercator. Id genus mercaturæ, qua navigat, & vagatur, à Phœnicibus introductum. Nomina nummorum, exceptis quæ à pondere dicta sunt, aut à forma impressa. Phœnicia omnia esse aut Persica. De mina, drachma, & obolo, unde appellationem habeant. De voce δωδέκα-

pro

pro obolo. Eam quoque Persicam esse, ut & δραχμὴ, & ὀβολὸς. Danach, vel Danich, proprie Persis granum significare, unde & pro exiguo nummo usurpatum. Versus Callimachi de Danace emendati. Arabes sero nummi usum accepisse sub Chalifis apud se signati. Antea Persicis & Romanis usos esse. Hinc & cudi apud se cœptum Dinar nomine Romano nummum aureum vocasse. Dirham Persico argenteum. Videri etiam falsum quod ab antiquis traditum de ponderum & mensurarum inventione, à Phidone Homero longe antiquiori, non ignoratam ponderum ac mensurarum rationem. Τάλαντα pro pondere apud Homerum, & pro lance vel statera qua pondera examinantur. Στατικῆς, quæ ponderaria est, etiam apud eum vestigia extare; Nomina mensurarum varia etiam in ejus poësi reperiri. Quomodo hoc conciliari possit, pondera & mensuras invenisse Phidonem, & tamen earum appellationes apud Homerum extare. Qui Palamedi pondera & mensuras quasi inventori attribuunt, verius sentire. Posse tamen & hoc conciliari, ut initia posuerit Palamedes, colophonem imposuerit Phidon. An argenteum tantum nummum percusserit Phidon. Cur Æginetæ primi nummum argenteum percussisse crediti sint. Αἰγιναῖον νόμισμα. Drachma Æginetica ceteris in Græcia usitatis major. Tria illa vocabula, μνᾶ, δραχμὴ, & ὀβολὸς, pro pecunia argentea apud omnes Græciæ gentes increbuisse, exceptis iis quæ ære gravi usæ sunt. De νούμμῳ ac δεκαλίτρῳ Siculorum ac Tarentinorum, item de sestertio nummo Romanorum, quædam obiter notata. Vt mensuræ & pondera ante nummum omnino prodita, ita æs signatum multo ante aurum vel argentum. Non ab aliis inventus nummus quam qui mercaturæ dediti, ut ab Æginetis in Græcia, à Lydis in Asia minore, à Phœnicibus in Syria. Idem de ponderibus ac

ac mensuris debere dici. Omnia fere earum vocabula aut Persica esse aut Phœnicia. De nummo locus Aristotelis expensus, qui vulgo satis intricatus. Cur aliquando nihili, aliquando pluris fiat nummus. In nummo divitias æque bene censeri, ut olim in materia ex qua nummi. Cur νόμισμα Græce appelletur. Quid sit proprie νόμισμα vel νόμος. Non esse legem. Non esse hanc Aristotelis mentem ut à lege pretium nummo accesserit. Paraphrastes ejus reprehensus. Νομίζειν, pro, nummo uti. Scaliger reprehensus. Locus ex Actis explicatus. Quid sit νομιζομένη ἀσκησις in Canone Synodi Gangrensis. Ex consensu & compacto hominum nummus primo introductus, atque inde etiam æstimationem secundum Aristotelem accepit. Id confirmatum verbis Demosthenis. Ἰδιωτικοὶ νόμοι quid distent à publicis. Pauli Iurisconsulti lex explicata. Quo sensu ille dixerit æstimationem nummi subvenire publicis necessitatibus quantitatis æquabilitate. Vnde illa æstimatio? An ex lege? An ex materia? An ex forma? An ex pondere? Ad publicam curam postea pertinuisse nummum cudere, non ut inter inventionis initia, ad privatorum consensum. Quid quantitatis nomine intellexerit Paulus. Opiniones interpretum variæ refutatæ. Papinianus explicatus. Quantitatem esse numerum & copiam, non pretium vel æstimationem. Pecuniam non ex substantia usum sui præbere, sed ex quantitate, id est, numero, & copia. Inde pecunia numerata dicta de ære, argento, & auro signato. Pluribus id confirmatum.

EX his quæ superius disputata sunt, apparet, iniquiorem nummo fuisse Aristotelem. Nescio quare. Non id meritum tamen scio, ut permutationes antea naturali modo peragi consuetas in non naturalem vertisse de-

beat existimari. Hoc etiam existimavit, quantum ex ejus verbis aperte licet conjectare, inexplebilem illam rei quæstuosæ cupiditatem, quæ divitiarum acervos congerere amat, à nummi inventione originem duxisse. Διὰ δικαίου, inquit, ἡ χρηματιστικὴ μόλυνσιν οὐδὲν τὸ νόμισμα εἶναι, καὶ ἐξεῦρε αὐτὸ, τὸ δοκεῖν ἀδικεῖσθαι, πάλιν ἔχων πολὺν τὸν χρυσόν. Nimirum quæstus illa ratio, quæ hoc tantum captat, ut quamplurimi nummi in acervum exaggerentur, circa nummum versatur, & à nummo initium & ortum accepit. Quid miram? Profecto, antequam nummi in medium prodirent, non in nummis divitiæ consistebant, sed in aliis rebus quæ erant nummo pariles. Postquam nummus in usum publicum processit, nummos habere quamplurimos pro maximis haberi cœptum est divitiis. Καὶ διὰ τὸ πολλοὺς πολλάκις αὐτὸν κεκτῆσθαι, πολὺν δοκεῖ τὸν αὐτὸν εἶναι τῶν χρηματιστικῶν. *Quia quæstuaria*, inquit, *ratio nummo maxime constat, idcirco in causa ac divitiis ponunt quam maximam habere nummorum copiam.* Quid olim, priusquam nummus foret cognitus? Nonne adæque ovium, boum, equorum, servorum habere multitudinem summæ opes putabantur, ut & auri, argenti, æriisque magnum in thesauris repositam servare? Quærendi ars & ratio in his consistebat tum, ut postea in nummis constitit. Mercatura, sive navigans, quam ἐμπορικὴν vocant Græci, sive forensis, quæ καπηλικὴ iisdem dicitur, utraque certe frequentata est ac celebrata longe antequam usitatus esset nummus. Non igitur nummus ansam & causam præbuit avaritiæ hominum & immoderatæ illi cupidini quæ naturæ convenientem habendi modum non tenuit, sed ipsa mercatura, & per eam merces, non nummo, sed aliis mercibus permutandæ. Aut fateatur, oportet, Aristoteles, mercaturam, quæ eo modo fieret antiquitus, fuisse naturalem; aut, si naturalem quoque negat, saltem concedat, necesse est,

in causa nummum non esse ut talis extiterit, quæ antea fuerit talis. Si antiquitus usurpatam in mercaturis permutationem non fecit nummus minus naturalem quam erat, ne nummos quidem ipse minus erit naturalis quam res illæ fuerunt quibus tum permutationes perficiebantur. Saltem non erit magis contra naturam. Æs erat rude quod in permutationem sæpius veniebat, aurum argentumque infectum. Hæc aut non naturalia putanda, aut æque nummus, ut illa, naturalis censendus. Nam ab hoc ad nummum tandem per gradus descensum est. Post æs rude progressus est usus ad certam æris quantitatem, quæ pondus suum nota sua præferebat. Sic ad nummum ventum est. Isque tandem communi consensu receptus est, & pro instrumento habitus expedito ac facili ad explicandas omnes permutationes. Σύμβολον δὲ ἀπάντων vocat Plato lib. 2. de Rep. Aristoteles ipse στοιχεῖον & πέρας τῆς ἀλλαγῆς esse dicit, *principium & finem omnis permutationis.* Ut instrumenta artium perficiendarum alia post alia inventa fuere, rudiora primo & impediciora, deinde expediciora & accommodatiora, quis dixerit, postremo excogitata ad compendium & perfectionem artis, minus naturalia, aut magis contra naturam esse, quam quæ prioribus temporibus inter rudimenta artis fuere prodita? Prisci fabri, inquit poëta, *cuneis scindebant fissile lignum*, postea ligno cædendo securis inventa, postremo serra prioribus instrumentis longe utilior & efficacior. Cave proinde putes minus naturalem hanc ligni ad serram cædendi rationem esse quam quæ securi fieret, ita de aliis. Nec igitur nummus, qui vice instrumenti permutationibus faciendis adhibitus est, supra antiquos permutandi modos facilis & explicatus, minus erit naturalis credendus, quam quibus olim ad hoc uti mos fuit. Si inter recentia inventa nummus esset, non propterea tamen magis præter naturam

esse credi deberet quam quæ vetustioris sunt fabricæ. Et hoc enim naturæ est, ut alia prius, alia posterius ostendat his aut illis. Multæ hodieque gentes sunt æque rudes omnium & ignaræ artium, ut quæ primo fuerexerunt ævo. Tempus illas aliquando reddet eruditas ac politas. Typographia nobis recens, vetus res est apud Sinenses. Olim multa fuere quæ nunc non sunt, & inter præclaras quidem artium numeranda. Nummi inventionem apud Græcos Græci ipsi Phidoni Argivo tribuunt. Hic unus ex Heraclidis fuit, quem Strabo lib. VIII. Νεωστὶ δὴ Τεμένου facit. Auctor vero Chronici in Marmoribus Arundellianis ἐνδέκατος ἀπὸ Ἡρακλείους perhibetur. Non conveniunt. Nam Temenus ab Hercule quartus: à quo Temeno si decimus Phidon secundum Strabonem, ab ipso Hercule decimus quartus fuerit. De Temeno autem constat, ab Hercule quartum esse numerandum. Herculis enim Hyllus, Hylli Cleodæus, Cleodæi Aristomachus, Aristomachi Temenus, cum quo Cresphontes & Aristodemus Peloponnesum occuparunt. Eusebius adhuc eum inferiorem in genere Heraclidarum recenset. Nam Carani fratrem hunc Phidonem fuisse scribit, qui Caranus sextus decimus ab Hercule dicitur Velleio lib. 1. Non longe à Carano vixisse Phidonem, illud argumento est, quod Hesiodum idem Velleius æqualem temporis esse scribit quo Caranus vixit. Postquam enim Caranum generis regis sextum decimum ab Hercule profectum Argis regnum Macedoniæ occupasse dixit, statim subnectit: *Hujus temporis æqualis Hesiodus fuit circa* CXX *annos dissimilis ab Homeri ætate.* Eusebius quoque Hesiodum & Phidonem circa idem tempus ponit. Hesiodum quippe collocat ad annum MCCX, & Phidonem ad annum MCCXVI. Caranum ipsum ad annum MCCVII. Atque ita quidem editio Scaligeri. At in quatuor antiquissimis codicibus Palatinis, quos olim contuli, ad annum

num MCXCVI, adscriptum legitur: *Hesiodus insignis habetur, ut vult Porphyrius.* Deinde sequitur statim: *Phidon Argivus mensuras & pondera invenit.* Hæc antecedunt tempus Olympiadis primæ ab Iphito constitutæ annis quadraginta quattuor. Quo Iphito posteriorem tamen Phidonem statuit Strabo lib. VIII, ubi memorat, hunc Phidonem Argivum, collecta Temeni posteritate, quæ dissipata erat, urbes adortum, quas Hercules olim ceperat, possessionem agonis Olympiaci ereptum iviisse Eleis, & per vim eum agonem constituere ipsum voluisse, quem mox Elei Lacedæmoniorum auxilio adjuti subverterunt. Quam rem Pausanias contigisse vult circa annum primum Olympiadis octavæ, hoc est, annis septuaginta quattuor posterius illo numero cui Eusebius Phidonem assignavit. Quo tempore scribit eum Strabo non solum pondera & mensuras invenisse, sed etiam nummum, ἢ ἄλλως τε καὶ τὸν ἀργυροῦν, id est, tam æreum quam argenteum. Auctor Chronici Arundelliani solum argenteum ab ipso primum percussum fuisse tradit: καὶ νόμισμα ἀργυροῦν ἐν τῇ Αἰγίνῃ ἐποίησεν, ἐνδέκατος ἀπὸ Ἡρακλείους. Verum de his alibi latius. Illud certe constat, neque Homeri neque Hesiodi ævo nummum in usu fuisse apud Græcos. Si circa Hesiodi ætatem vixit Phidon, qui nummum æreum argenteumque primus percussit, nondum passim per omnes Græciæ urbes, quo tempore scribebat Hesiodus, receptum fuisse apparet. Sed sunt rursus qui Hesiodum Homero antiquiorem asserunt. Tanto igitur magis ignoratus Hesiodo nummi usus. Ut in alia tamen sim sententia, multa faciunt, quæ alibi exposui. Huc accedit & aliud argumentum, quo recentior Hesiodus Homero recte adstrui possit, quod Homerus vocem ἔμπορος non pro mercatore, ut postea Græci id nominis usurparunt, sed pro vectore simpliciter posuit, quem Græci vocant ἐπιβάτην, qui pacta mercede

aliena navi vehitur, aliquo trajiciendus. Grammatici: ἐμπορ. παρ' Ὁμήρῳ ὁ ἀπὸ ξένης τοῖς ἐπιβάταις. Sic Odyss. β. Telemachus se navigaturum dicens, ut patrem investigaret, ait:

Εἶμι γάρ, οὐδ' ἄπλοιε ἄδην ἔσται ἧδ' ἀγορεύω,
Ἐμπορίῃ, ἣ μοι νῆα ταχεῖαν ἐμπλήσῃ καὶ ἐρετμά
Γίγνεται. —

Nihil minus hic hæc vox quam mercatorem significat, sed est simpliciter vector. Atque ita etiam accipienda Odyss. α.

— ἢ ἐμπορ. ἀλέλυπας
Νῆις ἐπ' ἀμφιρύτης. —

Hesychius: ἐμπορ., στρατιωτικῶς. καὶ ἐπ' ἀπλοίας νῆες πλέουσι μᾶλλον ἢ ἐμπορίας. Prima notio ex usu illius temporis, secunda antiquior & Homerica. Ideo & pro testimonio citat illum Homeri versum ante citatum, ἢ ἐμπορ. ἀλέλυπας. At Hesiodus ἐμπορίῃ pro mercatura posuit. Ergo & ἐμπορ. tunc mercator, non vector, ut usurpabatur Homeri ævo:

Εὖτ' ἂν ἐπ' ἰχθυόεντα πέλῃς ἀπείρονα πόντον,
Βούλευ' ἢ χρέα σοῦφυγεῖν καὶ λιμὸν ἀπηνῆ.

Ex quibus, ut & aliis quæ alibi attigi, certo colligitur, Hesiodum Homero fuisse recentiorem, qui tamen, ut dixi, nusquam nummi meminit, etsi haud longe ab eo ævo per Phidonem introducti. Non desunt tamen qui aliis inventoribus id adscribant, ut Herodotus Lydis, quos & καπηλείας etiam auctores agnoscit, quasi coctionatoria sine nummo non queat procedere. Notandum est tamen, Herodotum de solo argenteo & aureo nummo sentire, quibus duobus metallis abundarunt Lydi. At æreus nummus utroque antiquior. Xenophanes generatim Lydis nummi inventum attribuit, Aglaosthenes Naxiis. Quidam Atheniensibus ipsis. Erichthonio auctore, hoc est, sexcentis plus minus annis ante Phidonem. Quod ratione caret. Si hoc enim fuisset, non solum Homerus, sed multa ante-

anteriora sæcula notitiam nummi habuissent. Alii Demo quamdam sive Ceam, sive Cumæam Cumæis aut Ceis primis nummi formam tradidisse scripserunt. Locum Pollucis, quo hæc docuit, insignem, sed insigniter vulgo corruptum, jam sic olim emendavimus: Τάχα δ' ἂν τις φιλόπονος εὕροι καὶ τὰ ἑξῆς κεφάλαια λέγων ἐπιζητῶν, εἶτα Φείδων σχῆμα ὁ Ἀργεῖος ἐποίησε καὶ μέτρα, εἶτα Δικαὶ ὁ Κάνη ἢ Κυμαία τοὺς Κάνης ἢ Κυμαίους, εἶτα Αἰγλωσθένης Ἐφέσιος καὶ Λυδίας, εἶτα Λυδοὶ, καθά φησι Ξενοφάνης, εἶτα Νάξιοι καὶ τῶν Ἀγλαοσθένης ἔδωκαν. De Phidone certum est, pondera eum & mensuras primum invenisse. Unde & Φειδώνια μέτρα Græcis. Hac ratione adducti videntur & nummi inventionem eidem imputasse, quia nummus in pondere, numero, & mensura consistit. Appenditur enim pecunia & numeratur. Quod utrumque & μέτρησις comprehendit. Nam & Aristoteles μέτρησιν de nummo, qui appenditur, dixit; & Hesychius δραχμὰν, οὐδὲν μέτρον, interpretatur νόμισμα ἐπὶ filiquarum *octodecim mensura*, *drachma appellatur*. Cæterum, quidquid dicant Græci de nummo argenteo & æreo à Phidone primum prodito, ego à Phœnicibus in Græciam invectum esse usum nummi, prorsus habeo persuasum. Quippe quos compertum est, plus mille ducentis ante Phidonem Argivum annis non solum mercaturam exercuisse, sed etiam nummo usos esse. Mercaturam, hoc est, ἐμπορίαν, principes eos orbi intulisse, & mortalium primos navigare cœpisse, inter auctores nulla est dissensio. Dionysius, præter eos quos ante adduximus:

Οἱ δ' ἄλλοι ἐγγὺς ἴσῃσι ἐπιστάμενοι Φοίνικες·
Τῶν δ' ἀνδρῶν ἥκιστα οἱ Ἐρυθραίου μεμάασι,
Οἱ πρῶτοι νέεσσι ἐπιβήσασθαι θαλάσσης·
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἀλιδινὸν ἐμετήσαντο.

Apud eos igitur & nummus cum mercatura ipsa inventus videtur. Certe quo tempore Abraham in terra

Chanaan, quæ est Phœnicia, vixit, jam tum numini argentei aureique usus celebris erat. Ipse quippe Abraham Geneseos XIII, fuisse dicitur πλούσιον σφόδρα ἀργυρίου καὶ χρυσίου. Quod de auro & argento infecto posset aliquis Græce imperitior accipere, ut apud Homerum sæpe occurrit, divitias heroum tunc temporis in auro & argento censeri non signato. Sed ἀργύριον καὶ χρυσὸν de argento & auro rudi dixissent Hellenistæ, quomodo & Græci ipsi solent. Nam ἀργύριον pro argento signato utrique sumunt, ut & χρυσοῦς pro aurea pecunia. Ita & χαλκοῦς æs signatum. Vide Pollucem lib. IX, cap. VI, sub finem. Præterea capite ejusdem Genes. XXIII, numeratæ pecuniæ argenteæ fit mentio, qua agrum emisse dicitur ab Hephron ad sepeliendam uxorem. Cujus terræ pretium quadringentis siclis Abrahæ constitit. שקל Hebraice vocatur. Unde οἰκεῖος Græcis genus nummi frequens & usitatum in toto oriente. Atque ut de pecunia signata intelligendum esse sciamus, quadringenti sicli perhibentur fuisse argenti, עבר לסחר, hoc est, ut Græci dicerent, ἀργύριον ἀποχρῶν ὠνητὸν τοῖς ἐμπόροις. Ad verbum Hebræa sonant, *transeuntis per mercatores*. Septuaginta, sensum potius quam verba respicientes, vertunt, πίστιν δίκαιον ἀργύριον δυσὶν ἐμπόροις. Certe argentum non aliud recipitur inter mercatores quam probum. Quod dicimus vulgo, *argent de mise*, ἀποχρῶν ἀργύριον. Vetus interpres Ερpenii reddidit, فضة جايزة في كل تجارة. Id est, argenti currentis in omni mercimonio. Saadias sic etiam vertit, nisi quod habet tantum, في التجارة. *In mercimonio*. In Syriaco redditur: *argenti accepti ad mercaturam in omni oppido*. מסקבל מחורא בכל מדינא. Hieronymus simpliciter *probam monetam* malut interpretari eum Græcis. Talis enim, quæ cursum habet inter

inter mercatores. Sic Arabes vocant درهام العابر, pecuniam sive monetam usitatam, ac receptam, quasi dicas, *monetam transeuntem*, hoc est, ἀποχρῶσαν. Latini recentiores dixissent, *ambulantem*. Julianus Antecessor de mutatione solidorum: *Sancimus solidos Romanorum principum forma signatos sine permutationis dispendio per omnes provincias ambulare*. Id est, ἀποχρῶντας. Sic *currentem pecuniam* dicimus hodieque quæ cursum habet, & usum in foro, & mercimoniis, vel, ut loquitur lex Constantini lib. IX Cod. Theod. Tit. XXIII, *quæ in usu publico constituta est*. Sextus Empiricus adversus Mathematicos, cap. X: ἄσπερ γὰρ οὐ πολὺ νομίσματός ἐστιν ἀποχρῶντος καὶ τὸ ὀλίγον, ἐμβριθὲς γὰρ ὂν καὶ ὀλίγον δύναται τὴν τοῦ οὐ πολὺ δικαιοῦσθαι ἀπορίαν παθεῖν. Apud Arrianum in Periplo Erythræi maris: ἀφ' ἧς μέχρι νῦν οὐ βαρβάροις πωλοῦσι ἀποχρῶντα δηνάρια χρόνους ἱκανοὺς ἐγκατασπείροντες. Hoc est, plane quod Moses dixit, עבר רוכלין, *argentum transiens inter mercatores*. ἀποχρῶν οὐ παῖς ἐμπόροις. Nec quoslibet autem mercatores vox Hebræa significat, sed proprie quos Græci ἐμπόρους vocant, quales fuere primi Phœnices, à verbo רכל, quod est, circuire & vagari, Hebræis, ut & Chaldæis, Syrisque. Plato πλανήτας appellat: τὰς δὲ πλανήτας ἐπὶ τοῖς πολλοῖς καλοῦμεν ἐμπόρους. Ita Horatius: *Mercatorque vagus*, hoc est, ἐμπορος. Apud Esaiam cap. XXIII: μισθοῦσι Φοίνικες ἀλλοτρίους τοὺς ἐμπολήσαντας. סחר צידון. Id est, mercator Sidonius. Ab his originem & initium mercatura accepit, ut & nummus. Qui jam à temporibus Abrahami, & longe ante, ut verisimile est, ibi viguit, annis præter propter MCC ante Phidonem, qui nummi cusionem Græcis primus intulisse traditur. Græcos sane ab Orientalibus, Phœnicibus nimirum & Chaldæis, nummum accepisse, nomina ipsa, quibus præcipuas ejus species appellarunt, satis

ostendunt. Præter illas enim nummorum appellationes, quæ à pondere deductæ sunt, ut σταθῆρες, ὁλκὰς, τάλαντον, vel à materia, ut χρυσοῦς, ἀργύρεος, χάλκεος vel à forma impressa, ut γλαυκίσκος, πῶλος, πηγάσιος, vel à nomine principis cujus vultum præferebant, ut Δαρεικοὶ, Δημαρέτειοι, ceteræ omnes exoticæ sunt & ab Oriente inductæ. Præcipua Græcis hæc fuere vocabula, μνᾶ, δραχμὴ, ὀβολὸς, quibus originationes è suo perperam Grammatici adfingunt, eum sint prorsus alieni & peregrini soli. Μνᾶ ex Syriaco מנא *mana* vel *mana*. Quod nomē in omni fere Oriente usitatum est. Nam & Arabes & Persæ hoc habent eodem significatu. Δραχμὴ non ἀπὸ τοῦ δράττεσθαι, quod est somnium grammaticale, sed vel ex Chaldæo, aut Syriaco, דרכמונא *Darchmona*, vel ex Persico درم *dirham*, aut *derhem*, quo etiam Arabes usi. Nam illud Syriacum ex Græco potius δραχμὴ factum videtur. Eum nummum Persæ æque in sex *danacas* diviserunt, ut δραχμὴν Græci in sex ὀβολούς. Quæ vox & ipsa origine Phœnicia vel Syriaca, à פלס *phales*, sicut jam ante docuimus. Vocem quoque illam Persicam *danach*, pro obolo Græci antiquissimi usurparunt, qui sic vocarunt obolum qui indebatur in ore mortui, unde naulum solverent inferorum portitori. Hesychius: Δανάκη, νόμισμά τι βαρβαρικὸν δανάκιον· τίθεσι δὲ αὐτὸ ἐπὶ τῶν τελευτησάντων ἐν τῷ στόματι· ὃ καὶ ναῦλον τινὲς ἔλεγον. Inde & *danaca* semis apud eumdem Grammaticum, ἡμιδανάκιον, νόμισμα τι. Suidas: Δανάκη· τὴν τοῦ μισθοῦ ἐπὶ τῶν τελευτησάντων ἐν ἄκρῳ ὁ πᾶς τελεῖ ἰδιώτης τάλαντον, ὃν Χαρωνείαν ἐπωνόμασαν. Subjicit paulo post idem: ἐπιχειρεῖ τὸ μεγάλη Κλεοπάτρᾳ τὸ δάνακι, ἤγουν χαλκοῦν ἐπὶ μικρὸν πεπυραμένον. Certe Arabes, qui à Persis id nomen etiam mutuati sunt, *danich* pronuntiant, ac scribunt دانق vel دانج. At Persæ, quorum proprius hic nummus, دانک *Danach* aut *Danch*. Persicum esse vocabulum, ex Etymologici magni auctore colligi potest, qui cum notasset δαρεικὸν esse nomen. Heraclidem citat εἰ δὲ λέγει Περσικῶν. Sed & Pollux aperte nummum esse Persicum tradit: καὶ μὴν καὶ τὸν δανάκην εἶναί τινες φασὶ νόμισμα Περσικόν. Persæ à Chaldæis & Babyloniis id nomen sumpsisse videntur, ut & σίγλος, quo usus est Xenophon in ascensu Cyri, ubi dicit, σίγλοι δώδεκα ἑκάστῳ τοῖς ἱππεῦσι τοῖς ἀμφὶ Κῦρον. Hesychio dicitur σίγλος esse νόμισμα Περσικόν. Id ex Hebræo שקל. Alii Græci σίκλον etiam dixere. Grammatici in vocabuli δανάκης etymo tradendo non minus nugari sunt quam in nominibus δραχμῆς & ὀβελοῦ. Nam δανάκην dictam volunt quod δανοῖς in os injiceretur, id est, mortuis, quos antiqua lingua sic vocabat, quasi ξηροῖς. Græce enim δανὸν τὸ ξηρὸν, ut ξύλα δανὰ, ligna ficca, id est, arida. Persice دانک est granum. Unde شاهدانج *xadangi* Arabibus, granum regium. Solent illi quippe in nominibus Persicis, quæ usurpant, litteram ج pro ک ponere. Sic appellant Persæ, & ab his Arabes, semen cannabis. Ab eo & exiguam monetam hoc eodem nomine vocitarunt. De quo nos alibi, ut & de aliis pluribus nummorum peregrinis denominationibus. Callimachus δανάκην appellavit obolum illum, quem mortuis in os indebat, ut Charonti pro vectura traderent:

Τύμπᾳ δ' ἑτέρους πεφθιμένους ἔτι φέρειν·
Μὴν καὶ τοῖσιν, ἵνα τάφμιον εἴσορόν ἄνδρες,
Ἀνδράσι τε σταφίδων τοκάσι τε δανάκην ἐνέπαιξεν δανάκης.—

Qui versus prodigiose depravati leguntur apud auctorem Etymologici. Cum igitur nomina illa δραχμῆς, & ὀβελοῦ, & μνᾶς, non confinxerit Phidon, quem primum

primum volunt Græcis nummi signati extitisse repertorem, ne nummum quidem reperisse existimandus, nisi acceperit ab Orientalibus. Rem enim cum nomine simul transisse verius. Sic Arabes, qui sero admodum nummo apud se signato usi sunt, cum primum eum cudere cœperunt sub Caliphis, nominibus partim Persicis, partim etiam Romanis, quæ duo tunc erant imperia potentissima, monetam suam aream argenteamque nuncuparunt. Argenteæ nomen imposuerunt Persicum درهم, *darhem*, aureæ Romanum, quo & Græci passim tum utebantur, *dinar*. دينار. De denariis aureis nos alibi. Obolos æreos cum Romanis iisdem etiam فلس *folles* nominarunt. Ceterum vereor etiam, ne falsum sit, quod veteres prodiderunt de ponderibus & mensuris à Phidone inventis. Immo si præter nummos, qui in pondere ac mensura etiam consistunt, aliud intellexerunt, nempe absolute rerum omnium ponderandarum, & metiendarum rationem, hoc falsissimum. Certum quidem est, nummum non potuisse primo cudi, nisi ponderibus inventis. Immo ne illis quidem locus esse potest quæ Aristoteles scripsit de nummi origine, cui prælaluerit æris aut ferri molesse certo pondere examinata pro nummo. Sed potuit fieri, ut ponderibus & mensuris longe ante institutis, nummus ipse posterius repertus sit. Enimvero ut posterior ejus inventio ponderibus inventis dari potest, ita non quit prior. Ante Phidonem autem ponderum ac mensurarum rationem Græcis fuisse cognitam, vel Homero teste vincitur, apud quem frequens mentio τάλαντα occurrit, & in duplici quidem significata, de re quæ appenditur, ac de instrumento quo appenditur. Instrumentum est, cum dicit:

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πάλιν ἵστασαν πάλαντα.

At

At de auri certo pondere intellexit multis locis Odysseæ & Iliadis, ubi meminit χρυσᾶ πάλαντα, quæ pro præmio darentur, ut in hoc versu:

Κεῖτο δ' ἀν' ὐ μέσσοισι δύω χρυσοῖο πάλαντα.

Item alio in Odyssea:

Καὶ χρυσοῦ πάλαντα δυώκοντ' ἐπιμετρήσῃ.

Grammatici: Φασὶ δὴ οἱ παλαιοὶ, ὅτι ὀλκὸς τὸ πάλαντον ζυγὸς δὲ, ὃν τάλαντα καλοῦμεν, καὶ σταθμὸς χρυσοῦ σύμμετρος, ἢ ὡς ἄμεινον, ἡ ἐξάγιον μνᾶς. Lanx vel statera, aut modicum auri pondus. Modicum illud auri pondus, de quo apud Homerum vocem πάλαντον acceperunt antiqui, tres aureos Atticos esse definierunt. Pollux: Εἴδωλον δὲ καὶ χρυσοῦ πάλαντον τρεῖς χρυσοῦς Ἀττικούς, τόδε δ' ἡγοῦμαι, ἐξάγιον μνᾶς Ἀττικάς. Alius Macedonicum hoc talentum appellatum est. Veteres: τὸ δὲ Μακεδονικὸν πάλαντον τρεῖς ἦσαν χρυσοῖ. Non plus valuisse talentum auri Homericum, ex ipso Homeri testimonio adstruunt antiqui, in ἀεθλοθρεμμόνι, ubi tertium præmium est lebes, quarto ἄθλῳ datur δύο χρυσοῦ πάλαντα. Cave tamen putes, aureos nummos Homeri temporibus fuisse usitatos & notos. Talentum auri ille vocat, breve auri pondus, quale penderent tres aurei Attici ex his qui postea cusi sunt. Apud eumdem Homerum ἀποτίνειν χρεῖ legitur, pro reddere debitum eodem pondere quo acceptum est. Quod ad τιθέναι pertinet, ut infra fumus dicturi. Et recte Grammatici, ἀποδοῦναι χρεῖ σταθμοῦ, interpretantur. Si pondera porro ætate Homeri fuere, fuisse & mensuras constat. Non enim metalla tantum appendebantur, sed etiam res aliæ quæcunque, ut fruges aridæ & liquidæ. Atqui hæ non poterant ponderari nisi aliquo vase continerentur. Vas illud, quo certum pondus olei, aut mellis, vel tritici, aut hordei continebatur, mensura erat talis ponderis. Sed fortasse nondum Homeri ævo hujusmodi mensuræ in usu erant, ut

essent

essent nempe vascula quæ hoc vel illud pondus caperent liquoris aut grani. Nec abs re quis putet, hujusmodi mensuras invenisse Phidonem. Quibus qui etiam pondera adjecerunt, non ex toto errasse videntur. Nam has mensuras ad certum pondus exactas fuisse liquet, adeo, ut nulla mensura fuerit quin suum habuerit pondus, tam in liquidis quam in siccis. Et Φειδώνια potius μέτρα quam στάθμια dicta sunt. Quo allusit & Theophrastus in Characterismo βδελυρίας, qui inter notas βδελυροῦ refert, τὸ φείδωνι μέτρῳ παύδακ' ἐγκεκρουσμένῳ μετρεῖν. Versus est ex aliquo Comico, qui φείδωνα μέτρον dixit pro φειδῷ, pro parco & nimis modico: simulque allusit ad nomen *Phidonis*, qui mensuras invenit, quasi Φειδώνιον illud proprie esset μέτρον, allusione ad nomen facta. Φειδὸς enim parcus, unde & φείδων. Ita Didymus apud Pindarum interpretabatur in Olympionice XIII: τὸς δ' ἱππείοις ὀν ἔντεσι μέτρα. De vasculis nimirum ad mensuram certam exploratis, quæ invenerat Phidon: ἵππεια δὲ ἔντεα τὰ Φειδώνεια ἀγγεῖα, ἀκουστέον διὰ τὸ καλότητα. Alias si simpliciter caperemus, Phidonem illum primum ponderum ac mensurarum, hoc est, στάθμων καὶ μέτρων extitisse auctorem, id à vero alienissimum deprehenderetur. Et præstat, eorum inventionem tribuere Palamedi, ut etiam plurimi ex antiquis fecere. Sophocles in Nauplio de Palamede:

Οὗτος δ' ἐφεῦρε τοῦχος Ἀργείων στρατῷ,
Στάθμων, ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα.

Pondera, numeros, & mensuras. Ita enim legendum, non, ut vulgo citatur ab eruditis, Στάθμην τ' ἀριθμῶν. Plinius lib. VII: *Mensuras & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes, ut mavult Gellius.* Ita potest res componi, ut pondera Palamedes, mensuras cavas invenerit Phidon. De utroque enim dici potuit, mensuras simul & pondera invenisse, quatenus nec pondera sine mensura, nec mensuræ sine pondere. Obstabit tamen

tamen huic iterum sententiæ Homeri auctoritas, qui mentionem plurimarum facit mensurarum, qua liquorum, qua aridarum frugum, ut κατέλης, χοίνιος, ἀμφιφορέως, χοίνικος, &, si forte, aliarum. Nimis tamen celebris & constans fama apud Græcos à Phidone inventorum μέτρων, quam ut nihil iis contulisse aut de novo addidisse credi possit, etsi non omnia omnino earum nomina adinvenerit. Forte mensuræ illæ, quarum meminit Homerus, ad justum pondus exactæ non erant, utpote quæ veræ non essent mensuræ, sed vasa modo majoris, modo minoris capacitatis, prout cuique liberet facienda curare, cum uno eodemq; nomine χοίνιξ in eadem civitate diceretur vas frumenti tenendi capax, apud hos majus, apud alios minus. At Phidon redegit hæc omnia vasa, tam liquidorum, quam aridorum, exegitque ad certam mensuram, ut, qui χοίνικα frumenti, exempli gratia, venderet aut emeret, sciret quot pondo ejus grani daret & acciperet. Fortasse etiam simul & in plura vocabula ac partes distribuit antiquiorum mensurarum nomina, & quædam excogitavit quæ non erant, ut præter μέδιμνον, ἡμιμέδιμνον, τριτέα, ἑκτέα, ἡμίεκτον, & similia. Multa etiam Græci receperunt mensurarum nomina à Persis & Syris, immo & Ægyptiis, ut καπίθην, ἀρτάβην, μάρον, κόπτον, & alia, de quibus alibi dicendi locus. Quod attribuere Phidoni volentibus ratio non deerit. Qui enim minus hoc potuit, quam in nummis quos signasse primus dicitur, nomina eorum ab Oriente accersere, minæ, drachmæ, & oboli? Hæc enim tria nummi genera ex argento primum fuere percussa. Et assentior his, qui volunt, Phidonem ex argento tantum primum in Ægina nummum cuiusse cudendum. Qua in sententia præter Chronici Arundelliani auctorem, Ephorus etiam fuit, ut apud Strabonem legere est lib. VIII, his verbis: Ἔφορος δὲ ὁ Αἰγίνης ἄργορον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος. Ἐμπορεῖον

τὸ ἀρχαῖον ἀλφ᾽ ἦν λυσιτόνῳ ἀνδρὶ χαλκὸς, ἦν ἀντάξιον ἑκατὸν βοῶν ἐμπορικῶν, ἀφ᾽ οὗ ἦν ἰόντι Αἰγινήτῃ ἐμπολὴν λῦσαι. Ubi vides & rationem addi, cur apud Æginetas primus ex argento nummus signatus sit, quia emporium ibi erat celebre, & mercatura fervebat, cum insula esset, solique alias sterilis & culturæ parum idonei. Cum igitur illius insulæ homines mercaturæ & navigationi dediti, in Phœniciam sæpe irent, nummos inde argenteos vice mercium aliarum frequenter reportabant. Unde tandem moti exemplo, ad nummos etiam cudendos processerunt eo tempore quo Argivi insulam eam tenuere, sub Phidone Heraclida. Nummum autem argenteum prius in Ægina quam in aliis Græciæ locis percussum fuisse, vel ex pondere colligi potest. Ut enim in ære, sic & in argento, graviores à principio fusos cusosque constat. Æginæa autem drachma major quam quælibet alia in cæteris Græciæ urbibus signata. Unde apud Hesychium: Αἰγινῆται νόμισμα δραχμὴν μίαν, καὶ Αἰγινᾶται ὀβολοὺς ἑξήκοντα. Drachmam Ægineticam decem obolis Atticis valuisse, in superioribus docuimus. Mirum vero, quo consensu hæc tria vocabula, μνᾶ, δραχμὴ, & ὀβολὸς, de pecunia argentea per omnem Græciam & Asiam dicta fuerint, exceptis populis qui ære gravi ab initio usi sunt, ut Lacedæmonii, Tarentini, Siculi, & post eos Romani. Alia enim illi vocabula habuere, & ex æris æstimatione nomina argenteæ pecuniæ imposuerunt. Quædam enim ex his gentibus nunquam ex argento nummum usurparunt, ut Lacedæmonii. Quæ vero aliquando usurpare cœperunt, ut sero id ab his institutum, ita æstimatione ad æs facta, quod in usu vetere apud illas fuit, nomen inde nummo fecerunt: ut Siculi & Tarentini nummum argenteum, qui decem λίτρας valebat, δεκάλιτρον appellarunt. Ad hoc instar & Romani, cum nummum ex argento flatum signarunt, quod sub Servio

Servio primum factum dicitur, non drachmam, sed *denarium* vocarunt, quia denos æris valebat, quod respondet τῷ δεκαλίτρῳ. Sed & *nummum* proprie dixerunt ex Siculo νόμισμα, voce generali, numisma argenteum, quod quartam partem denarii sive δεκαλίτρου habet, quem *sestertium* Latino vocabulo nominarunt, quia idem esset quod dupondius ac semis, hoc est, duobus assibus libriis valeret & præterea semisse tertii. Inde *sestertius*. Nam *ses* idem quod semis. Unde *sesquas*, id est, *as sesque*, nempe as & semis. Verum de his alibi. Nec enim de his tractandi hic locus. Teneamus igitur, nummum argenteum ab Æginetis auctore Phidone in alias Græciæ civitates propagatum, cum ibi primo status fuerit. De æreo & gravi aliud est. Mirum tamen, nusquam, nec apud Hesiodum, nec apud Homerum, nummi ullum extare vestigium, cum scriptor Chronici Arundelliani non plures quam annos duodecim ponat inter Homerum & Phidonem nummi argentei inventorem, quem Homerum idem auctor posteriorem facit Hesiodo viginta aut quadraginta circiter annis. Exploratum tamen est, ærei nummi gravis notitiam & usum magno intervallo præcessisse argenteum & aureum, in omnibus ferme gentibus. Quod & Aristotelis auctoritate confirmavimus. Ve pondera autem & mensuræ longe ante æreum nummum repertæ, ita & æs signatum multo ante argentum & aurum. Permutationes rerum, quæ fiebant antequam pondera & mensuræ in usu forent, admodum incertas ac difficiles fuisse constat, cum solis oculis arbitris æstimationes fierent. Post pondera & mensuras constitutas, faciliores & expeditiores redditæ. Nummo demum reperto explicatissimæ evasere. Sic venditiones, & emptiones distinctius celebrari cœptæ ex distinctiore mercis & pretii discrimine. Cujus rei certum argumentum, quod qui antiquissimi fuere mercatores, ut Phœnices, nummi

etiam usum ab omni ævo videntur novisse. In Græcia autem nec ab aliis inventi traduntur nummi quam qui maxime mercaturæ fuere dediti, ut ab Æginetis. Apud alios dicitur mercatura simul cum nummo prodita, ut de Lydis scripsit Herodotus. Πρῶτοι ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἐξεύροντο, καὶ κάπηλοι ἐγένοντο. Quod etiam mihi valde sit verisimile. Cum enim auri argentique abundarent, & præterea viciniores illis populis essent qui ab omni ætate nummis usi fuerant, facile ad hoc inventum, utilitate quasi manu ducente, progressi sunt. Atque inde in Græciam ex Asia eadem est inventio traducta, quicunque tandem ejus inter Græcos fuerit auctor, quem Phidonem plurimi volunt. Quod idem & de ponderibus ac mensuris dici fortean posse, multa nomina Persica, tam in his, quam in nummis, in Græciam tralata, ostendunt. Universam enim Asiam jam olim Persæ quasi suam vindicabant, adeo ut dicerent, initium sibi discidii ac inimicitiarum cum Græcis, qui Europam incolebant, excidium illi fuisse. Herodotus in Musa prima: τὸν δὲ Κάδμον καὶ ἐπακτοὺς ἔθνεα βάρβαρα ἐκεῖνοι ἐς τὴν Πέρσην, τὴν δὲ Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν ἐσοικίσαντες. Οὗτοι γὰρ Πέρσαι λέγονται ἐόντες ἀπὸ τοῦ δὲ τὴν Ἑλλάδα καὶ βαρβάρους οἰκήσαντες. Verum à Phœnicibus Græcos & pondera & mensuras, ac deinde etiam nummum accepisse, omnino verissimum, sive Æginetæ in Phœniciam navigarint, sive ipsi Æginam, ut Argos olim mercimoniorum causa, & ceteras Græciæ civitates quæ ad mare sitæ, circumvecti sunt. De quibus vide Herodotum lib. 1. Phœnices, cum sub imperio Persarum diu fuerint, eadem vocabula Persis dedisse, plus quam verisimile. Rem sine tam antiqui instituti, etiamsi serius Græcis acceptam, & adeo necessariam mercimoniis emendis vendendisque, non ita debuit in contemptum adducere & infamare Philosophus

Iosophus noster, ut interim nihili æstimari & nugas esse diceret, modo quantivis pretii haberi & in horum copia divitias constitui. Hæc enim ejus verba sunt: Καὶ γὰρ τὸ πλοῦτον πολλοὶς πλέθρους νομίσματος ἀπεφήνω, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ τοῦτ' εἶναι τῷ χρημαλιστικῷ καὶ τὸν κάπηλικόν. Ὅτι γὰρ πάλαι λίθον εἶναι δεῖ τὸ νόμισμα καὶ νόμον παντὸς πάντας, φησὶ δ' ὕστερ, ὅτι μεταβλητὸν τε τὸ χρυσίον, ἵνα τις ἔχοι, ὅτου χρήσαιτο ὡς ἂν δέῃ τὸ ἀναγκαῖον ἐπ'. Hæc satis intricata sunt, ac nonnulli jam olim interpretes dubitarunt quid istis sibi vellet auctor. Nummorum copiam interdum pro divitiis habere homines, interdum nihili putare, quia nihil sit ex his naturæ consentaneum, sed totum ex more & instituto pendeat, quod si mutari placeat ex libito utentium, jam nulli usui futurus sit nummus. Hic sensus videtur, quantum verba sonant. Nunc rem ipsam videamus. In rei nummariæ abundantia divitias collocari aliquando, ait, & circa nummum versari rei quæstuariæ summam. Quidni ita habeatur, & vero etiam fiat? Si ante nummum in auri argentique non facti nec signati copia sensus statuebatur, ut in superioribus ostendimus, post nummum ex auro & argento percussum, cur non & his abundare, id vero esset locupletem esse? Quid enim distabat habere in cella stipatos auri lateres usque ad centum aut mille centenaria, aut totidem auri pondo in frusta minuta concisi in arca condita servare? Pone, lateres alios minores asservari, alios majores; quid erit discriminis? Quid si porro pro frustis auri rudis, nummos flatos & signatos cudas? Quæ futura differentia? Reponebatur in thesauris aurum & argentum rude, ut aliquando posset expendi, & inservire rebus ad victum necessariis inde comparandis. Quem ad alium usum custodiuntur in arcis ac loculis nummi aurei & argentei, quam ut emendis, quæ ad vitam pertinent, impendantur? Ergo & quæruntur ad hoc studiosissime, ac servantur diligentis-

sime, & qui habet quamplurimos, merito dives censetur. Sed addit Philosophus: ἐπὶ δὲ πᾶσι λέγεται νόμισμα δεῖν τὸ νόμισμα καὶ νόμῳ παντὶ μηδὲν, φύσει δὲ οὐδέν. Nunc aliquid est, nunc nihil est nummus. Quamobrem? Quia νόμισμα dicitur, & νόμῳ est positus, quam aliquid ex natura veniens. Dicunt philosophi, omnium, quæ sunt, alia φύσει εἶναι, alia νομίζεσθαι, hoc est, natura esse, aut more & instituto. Sic enim malim νόμῳ & νόμισμα accipere apud Aristotelem, quam legem interpretari. Nec enim recte doctus paraphrastes exposuisse mihi videtur: *Dicunt enim, nihil per se esse nummum, sed à lege pretium habere atque æstimationem.* Non esse eam Aristotelis mentem de nummo, protinus aperiemus. Νόμος hic, & νόμισμα non lex est, sed *mos*, vel *consuetudo*. Hesychius, quem tanti faciunt, ut fundum eruditionis Græcæ esse velint, νόμῳ etiam συνήθειαν interpretatur: Νόμος, ἔθος, συνήθεια. Hinc proverbium vetus, Νόμος καὶ χώρα, *Consuetudo & regio*. Hinc νόμισμα & νόμοι, *mores & instituta populorum*, ut in inscriptionibus librorum suorum plerique auctores posuere qui ea describebant. Νόμισμα βαρβαρικὰ composuerat etiam ipse, nisi fallor, Aristoteles, quæ non sunt leges barbaricæ, sed mores & instituta barbarorum. Νόμισμα igitur Græcis nummus, non quia pretium habeat à lege, sed quia more & consensu populorum introductus primo ac receptus. Hoc enim νομίζειν proprie Græcis, in more habere. Ita hoc verbum posuit Aristoteles ipse in libro de Poëtica: ἔνιοι δὲ ἢ βίβλοις μόνῃ, καὶ ἔστιν οἷς, οἷον τοῖς ἀρχαίοις τῶν Ἰλλυριῶν· ἔγχεα δὲ οὕτω ἐκάλουν καὶ ἐνομίζοντο. *Nam olim tum sic habebant, ut nunc Illyrii.* Hoc idem & de nummo ipso usurpant. Pollux: τὸν μόνον Συρακόσιοι νομίσματα κεῖσθαι ἀπὸ ἀργύρου νόμισμα Διονύσιος κελεύσαντος. *Stannum jussit pro argento nummismatis loco haberi.* Contra, νόμισμα ἴσχυε, pro νομίζειν.

νόμιζον. Aristophanes: — σεῦτον ἴσως. Ἡμῶν νόμισμα οὐκ ἔστιν. Id est, *ὃ νομίζομεν ἡμεῖς, non ducimus deos, nec moris est nostri, deos credere.* In antiquo proverbio, Θετταλῶν νόμισμα, quo dolus & fraus Thessalorum traducitur, *lex Thessalica* non deberet Latine reddi, sed, *mos Thessalus*. Antiquiores porro Græci non dicebant, νομίζειν κεφάλαιον, aut ἄργυρον, pro, *argentum aut stannum nummi loco habere*. Sic enim & Philostratus dixit, δραχμὴν εἰς Τιβέριον νενομισμένην, *Tiberii vultu signatam drachmam pro nummo habitam*. Veteres quippe sexto casu, non quarto, dicere solitt erant, ἀργύρῳ νομίζειν, aut κεφαλαίῳ, hoc est, *argento vel stanno vice nummi uti*. Plato in Eryxia: Ἐν ᾗ Λακεδαίμονι σιδηρῷ νομίσματι νομίζουσι. *Lacedæmone ferro gravi pro nummo utuntur*. Sic loquutus & Aristides in Oratione ὑπὲρ τῶν τεττάρων, his verbis: ἀλλ' ὅμως οὐ δυνάμεθα σιδήρῳ νομίσματι, τούτῳ χρῆσθαι ἀπὸ Λακώνων τοῖς Ἕλλησιν κελεύσαντος. Ubi absolute verbum νομίζειν accipitur, pro, *in more habere*, & usu, ut in ea loquutione quam supra ex Aristotele attulimus, ἔστιν ὃ οὐκ ἐνομίζοντο οἱ Ἰλλυριοί, *sic utebantur, sic in more habebant Illyrii*. Scaliger in libro de re Nummaria, ubi hæc explicare conatur, scribit res, quæ constant pondere, numero, & mensura, triplici modo usurpari, aut κατ' ἀποφθεγμάτων, aut κατὰ τὸ ἀκριβὲς, aut κατὰ τὸ ἄστιον. Justus, inquit, modus, secundum quem dicitur ἀποφθεγμάτων, vocatur νόμισμα. Ut in re nummaria νόμισμα ἐν ἀργυρίῳ, in ponderibus νόμισμα ἐν σταθμῷ, in mensuris νόμισμα ἐν μέτρῳ. Sed hæc absurda omnia & falsa, quæque alibi à nobis refutantur. Νόμισμα enim οὐ τῶν μέτρων nihil aliud est, quam τὸ νομιζόμενον μέτρον, *receptæ & usitatæ mensuræ*. Sic in ponderibus νόμισμα est ὁ νομιζόμενος σταθμὸς, *pondus usuale*, ut ita dicam cum recentioribus. Aristophanes ita dixit κοτυλῶν νόμισμα, pro *mensura usuali cyathorum*.

Εἶπε κράκλ@ ὁ κριτὴς ℔ χρὸς
Ἰὸ ℔ κριτὴν τὸ νόμισμα Δημοσθένης.

In his verbis, τὸ νόμισμα ℔ χρὸς καὶ ℔ κριτὴν, nihil aliud est quem *mensura usitata ac recepta congii & cyathorum*, quam illa copa vel copo corrupisse dicitur, minoribus mensuris vinum præbendo quam quæ in more & usu erant positæ. Nam ut νομίζειν est *in more habere*, ita νομίζεσθαι *in more haberi vel esse*. Inde explicandus locus ex Actis Apostolorum cap. XVI. vers. XIII: ἐξῆλθομεν ἔξω τ πόλεως παρὰ ποταμὸν, ὅπου ἐνομίζετο προσευχὴν εἶναι. Ibi male vulgaris interpres reddidit, *ubi videbatur oratio esse*. Debuit verti: *Ubi moris erat haberi orationem. Ubi ordinaria erat ac solemnis Proseucha*: Qua de re ad locum plura. Æque male vetus interpres in Synodo Gangrensi νομιζομένῳ ἀσκητῇ interpretatus est *continentium quæ putatur*, aut *divinum cultum se æstimat*. Εἴπε δὲ νομιζομένῳ ἀσκητῇ. *Si quis, propter institutum honestum. Propter institutam & solemnitatem acceptam ἀσκησιν*. De quo nos alibi. Ut ad Aristotelem redeamus, quem meliorem porro ejus invenire interpretem possemus quam ipsum? Atqui is in Nicomachiis aperte docet, non ab ulla lege originem habere nummum, sed à consensu & compacto eorum qui illo utuntur. Eoque ἀπὸ ℔ νόμου nomen habere, id est, à consuetudine & more: Οἷον δ' ἐπὶ πλάστιγγος τ χρείαν τὸ νόμισμα χάριν ἔχει συμβολῆς, καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἴσχει νόμισμα ἐπὶ ἐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐσί. Idemque repetit & in Ethicis ad Eudemum. Immo & in Politicis hoc ipso loco quem præ manibus habemus, nummum diserte scribit ex communi hominum conventione & consensu inter se institutum, ut in permutationibus daretur acciperetúrque: διὸ καὶ ἐπώνυμον ἔσχε τὸ νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐσὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ ἄχρηστον ποιῆσαι. Adeo nulla lex nummum invexit, aut nummo pretium statuit, ut Demosthenes in ea ℔ Τιμοκράτους plane dicat, nummum à privatis proprio-

rum contractuum gratia inventum, hoc est, ὑπὲρ συναλλαγῶν ἰδιωτικῶν, non publica aliqua lege: ἐπὶ τοῖς κοινοῖς τοῦ δήμου μᾶλλον νόμοις εὑρημένον ἢ τοῖς ἰδίοις συναλλάγμασιν τοῖς ἰδιώταις διειλημμένοις, τὰς δὲ νόμους ὑγιεῖς ἔ πόλεως νόμισμα. Elegantissime allusit ad nomina νόμισμα & νομίσματος. Nummus, inquit, signatus, quod νόμισμα dicitur, veluti lex est privatorum communi eorum consensu recepta ad proprios contractus celebrandos: at lex publica, hoc est, νόμος, est veluti νόμισμα sive nummus civitatis. Argumento utitur à minori. *Si puniuntur*, inquit, qui corrumpunt nummum, quod est νόμισμα privatorum, quanto magis puniendi qui leges civitatis subvertunt, quod est, ℔ πόλεως νόμισμα. Interpres Ulpianus inter ἰδιωτικὰς νόμους recenset & nummi inventionem. Εἰσὶ γάρ, inquit, καὶ ἰδιωτικοὶ νόμοι, οἷον καὶ λαμβάνειν τόκους τοκογλυφικὸν ἄλλοι τοιοῦτοι. ἀλλ' ὅμως ἔσι καθολικώτεροι ἐκείνοι τοῦ πολιτικοῦ, ἀλλ' οἱ δημόσιοι. Privatorum istiusmodi νόμοι non sunt leges, sed consuetudines veteri usu receptæ ex consensu & conventione hominum qui eas introduxerunt. Postremo falsum est quod in paraphrasi interpretis positum est, *nummum à lege pretium habere & æstimationem*. Nec enim id Aristoteles dixit, sed ἀπὸ ℔ νόμου ortum habere, id est, à consuetudine. Fac pro lege accipi debere; ne sic quidem mentem Aristotelis esset assequutus. Ceterum, si nulla lex publica, ut veteribus illis placuit, nummi usum induxit, sed solus privatorum consensus, eadem res, quæ primo nummum invexit, æstimationem quoque ejus instituit, nempe communis privatorum consensio ac conventio. Ab illa enim æstimatione, quæ illi imposita est, ut aliarum omnium rerum pretium esset, etiam constitutum est. Nec aliter porro in ejus æstimatione faciendæ processerunt homines, quam in ipsius metalli olim, ex quo nummus postea factus est. Nam & metallum ipsum rude antiquitas pro pretio

mercium fuit. Immo & metallum metalli pretium factum est, cum carius viliori permutaretur. Quod & in nummo obtinuit. Nec enim æstimatio nummi instituta est duntaxat ad res alias, sed etiam ad alios nummos, ut aurei nimirum ad argenteos & æreos, ut sciretur scilicet quot nummi ærei pro uno argenteo ejusdem ponderis, aut quot argentei pro uno aureo darentur. Hinc Ausonius dixit, *auri pretium as esse*. Ecce enim qui aureum nummum habet, cui opus pane, æreo asse emendo, nisi prius aureum suum æreis permutet, panem unde emat, non habebit. De qua re infra. Quod autem ex Aristotele & Demosthene docuimus, ex privatorum contrahentium conventione nummum inventum, & æstimationem eidem positam, id originem ejus spectat. Nam postea ad publicam curam singularum civitatum pertinuit, ex qua materia cuderetur nummus, qua forma, & quo pondere, & quid valeret. Unde & in rebus publicis, quæ ab uno regerentur, juris ea res regalis facta est. Et Romæ olim, quoties ob necessitates publicas imminutum est assium pondus, lege id factum est, ut Papyria, post bella Punica, & non semel antea, sed semper aliqua lege lata. Sic lege Clodia victoriatus percussus est ex argento, cum antea hic nummus ex Illyrico mercis loco adveheretur. Fuere Romæ & Triumviri Monetales ære, argento, auro flando, feriendo. De quibus nos alio loco. Sic νόμος ἰδιωτικὸς, qualem Aristoteles & Demosthenes nummarium fuisse volunt, δημότος evasit. Hinc Paulus leg. 1 D. de contrahenda emptione, ubi de nummi origine loquitur: *Electa materia est, cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, eaque materia forma publica percussa usum dominiumque non tam ex substantia præbet quam ex quantitate.* Quod publicam æstimationem ejus esse dicit, & publica forma percussum, ostendit,

dit, non ἰδιωτικὸν de nummo cudendo νόμον, sed publicum esse. Unde vero æstimatio ac pretium nummo? An à lege? Non videtur. Lex enim sequi debet in eo feriendo æstimationem metallorum vulgo usitatam ac receptam in illa civitate in qua nummus cuditur. Nec potest ita eorum inter se proportionem pervertere, ut argentum auro carius constituat, argento æs. Non igitur potest lex sancire, ut argenteus nummus decem aureis ponderis æqualis permutetur, si æstimatio metallorum in contrarium abeat, & auri libra decem argenteis soleat in usu publico permutari. Ergo æstimatio non à lege. An à forma, sive charactere? Ne hoc quidem, etsi viri quidam docti ita sentiant, qui ad eam Pauli legem, quam supra attulimus, id scripserunt. Olim inter prima nummi initia non alia forma ei imprimebatur quam quæ indicaret ipsius pondus. Quod postea aliæ varii generis inditæ, hoc non pertinuit ad æstimationem nummo constituendam, sed ad singularum civitatum nummos distinguendos ex propria cujusque urbis nota. Nummum Atticum noctua insignibat, Corinthiorum Pegasus, Argivorum mus, Cephallenum equus, Mitylinæi suum Sapphus imagine signaverant, Chii Homeri, Romani primo aut navis, aut Iani bifrontis effigie, alii aliis imaginibus ac notis, qui & inde denominationes sortiebantur, ut & Philippei, Datici, Berenicii, Dematerii, Alexandrei, Ptolemaici, à regum vultibus aut reginarum quos præferebant. Hæc forma igitur sive nota dat quidem nummo nomen, &, cujus sit regis aut civitatis, indicat, non pretium ejus facit. Adde quod sub eadem forma plerumque, ut diversum pondus nummi fuit, ita & pretium non idem. In eodem pondere & forma nummi pretium plerumque publica auctoritate mutatum est, aut imminutum aut adauctum. Ut qui ex una drachma duas fecit eadem effigie signatas, non formam mutavit,

 sed

sed pondus. Ille rursus, qui eamdem drachmam plus valere jussit quam antea valebat, non imminuto ejus pondere, nec mutata forma, non pretium propter formam aliud fecit. Usu denique plerumque evenit, ut diversa forma nummi signati, hic Athenis, ille Megaris, idem valeant. Non igitur à forma nummi pretium & æstimatio. †An id ex materia, hoc est, ut loquitur Jurisconsultus, *substantia*? Hoc vero ille pernegat, cum dicit, *æstimationem nummi publicam ac perpetuam necessitatibus permutationum subvenire quantitatis æqualitate.* Ergo quantitas est quæ æstimationem nummo ponit, non materia ipsa. Quod & clarius statim significat his verbis: *eaque materia forma publica percussa usum dominiumque non tam ex substantia præbet quam ex quantitate.* Quo loco quidam legere malunt, *quam ex qualitate*, ut Budæus. Sed fallitur, & contra stat Florentina scriptura. Quod enim nonnulli adstruunt, non ex substantia, sed ex sua qualitate æstimari, ut, quo major sit, eo majorem usum præbeat, ne id quidem ferri potest. Nam qualitas magis referretur ad metalli differentiam, quam ad magnitudinem ipsius nummi. Hoc sensu si spectemus diversi generis in nummo metallum, nihil erit dubii, quin ex substantia, hoc est, materia, æstimatio nummo accedat. Aureus enim ejusdem ponderis, carior argenteo, argenteus æreo. At Jurisconsultus intellexit de nummis ejusdem generis metalli, in quibus certum est, non substantiam eorum facere diversum pretium, sed aliud. *Quantitatem* esse ait. Quam, qui Florentinam lectionem tuentur, ut Duarenus, significari ex voce volunt, *æstimationem publicam & pecuniæ valorem.* Atqui quod facit æstimationem, non potest idem esse cum æstimatione. Per *quantitatem* videndum an intelligi debeat pondus & numerus. Res, quæ in pondere, numero ac mensura consistunt, in quantitate etiam proprie consistere dicuntur. Posset & *quantitatis* nomine solus numerus accipi, quod æque ad pondus referretur. Nam cum pecunia omnis certo pondere semper fieri consueverit, in libram modo plures, modo pauciores cudi moris erat. Ex numero itaque pondus cognoscebatur. Exempli gratia, extremo imperio Romano quod sedem in urbe Constantinopolitana habuit, legitimum fuit, septuaginta duos solidos in libram auri fieri. Sic seni solidi unciam auri efficiebant, terni semunciam, triceni ac seni semilibram. Atque ita de ceteris partibus libræ, quas tot ac tot solidi reddebant. Et verum quidem est quod diximus, in nummis ejusdem metalli & bonitatis, ex pondere pretium & æstimationem constitui. Ideo olim nota his imponebatur, quæ pondus significaret. Noto enim pondere, non ignoratum pretium. Sed vereor ne alia mens sit Jurisconsulti, quam nemo ex nostris capere quitus sit. Ait, nummum usum sui præbere ac dominium *non ex substantia, sed ex quantitate.* Per *substantiam*, corpus ipsum nummi palam est designare, per *quantitatem*, numerum & copiam. Non de æstimatione nummi loquitur, sed de usu, quem præbet. Præbet autem eum non ex substantia, id est, ipso corpore. Si quis enim dividere nummum, & in pluscula frusta scindere, nullius jam usus foret, nec se nummos possidere posset dicere, qui sic discerptos & comminutos possideret. Atqui si ex corpore suo, id est, substantia sua usum præstarent; etiam particulæ ipsius corporis usui essent. Nam pannus è purpura defectus etiam purpura est. At nummi pars è nummo resecta pro nummo obtrudi non potest. Non igitur ex substantia, id est, ex corpore usum sui præbet, sed ex quantitate, id est, ex plurium nummorum integrorum copia ac numero. Ut *substantiam* hic *quantitati* opposuit Paulus, ita & *corpus* etiam *quantitati* Papinianus leg. XCIV, D. de solutionibus: *Sin autem communes*

munes nummos credam aut solvam, confestim pro parte non nascetur & actio & liberatio, sive in singulis nummis communionem pro indiviso quis esse intelligat, sive in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem. Et certe, melius, in pecunia considerari quantitatem, quam corpora. Ut enim recte Paulus definiit, non usum ex suo corpore præbent singuli nummi, sed ex quantitate. Duobus modis res communes dividuntur: aut numero, ubi quantitate constant; aut rerum ipsarum singularum per medium partitione. Centeni aurei mihi tecum communes sunt. Si dividi oporteat, uno modo singulos solidos ita partiri erit necesse, ut dividui fiant inter me ac te. Id autem fieri non potest, nisi in duas æquales partes secentur, aut permutentur minutioribus nummis argenteis, ita ut pro singulis aureis ejus monetæ, quæ currebat ætate Justiniani, senos miliarenses argenteos tu habeas, ego senos alteros. Atqui alter ratio dividendi expeditior, quæ numero fit, spectata nummorum quantitate, non corpore, ut nimirum tibi ex centenis illis solidis communibus quinquageni cedant, mihi quinquageni. Ulpianus leg. XXIX D. de solutionibus: *Nam ambigua vox est, decem homines, quemadmodum decem denarii. Sed in nummis, & oleo, ac frumento, & similibus quæ communi specie continentur, apparet, hoc actum, ut numero dividatur obligatio.* Sic igitur exponenda lex Papiniani D. eodem, ubi dicit, in pecunia communi dividunda, non corpora nummorum cogitari, sed quantitatem, nempe si numero divisio fiat. At si corpora singula vel dividantur permutata minutioribus, vel pro indiviso possideantur, tunc non quantitatem, sed corpora ipsorum cogitari, palam est. Hæc cum sint verissima, docti tamen Jurisconsulti in illis Papiniani verbis *quantitatem* accipiunt pro æstimatione, τοσότητος ac pretio quod nummo a lege publica attributum est. In quo magno-

magnopere eos ratio fugit, ut & illos qui *quantitatem* sic interpretari sunt in leg. 1, de contrahenda emptione, in qua pecunia dicitur usum *non ex substantia præbere, sed ex quantitate.* Ut scilicet ibi *quantitas* significet æstimationem publicam & pecuniæ valorem. Quæ Duareni sententia est, eaque falsissima. Nec minus falsus Hottomannus, qui argumento illius Papinianæ legis rueri ausus est, nummum non inter res corporales, sed inter incorporales, numerari debere. Quare? *Quia aliud corpus est, aliud quantitas. Quantitas autem pro æstimatione vel pretio nummi.* Quod nusquam invenietur. Nec ulla ex illis legibus, quas ad hoc citavit, id probat, quantitatem esse æstimationem. Omnibus enim locis idem quod *modus* significat, & summa. Pecuniam autem esse rem corporalem, disertè evincit lex 1 D. de Divisione rerum, in cujus paragrapho 1 docetur, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale esse, *veluti fundum, hominem, pecuniam. Nam ipsum jus successionis & ipsum jus utendi fruendi, & ipsum jus obligationis incorporale esse.* Quo loco pecunia strictiore sumitur significatione de numerata, hoc est, nummo. Obligatio igitur ex qua mihi pecunia debetur, jus est incorporale, pecunia ipsa corporalis res est. Nec enim, quod corpus in multis locis juris quantitati opponitur, ex eo adstrui potest, pecuniam, cujus quantitas magis consideratur quam corpus, aliquid incorporale esse. Ipsa quidem pecunia, ut dicit Jurisconsultus, non ex corpore, sed ex quantitate, id est, numero, usum præbet, cum tamen sit corpus. Corpus quippe illud non tam ex sua substantia usui est, quam ex numero vel quantitate. Inde *& pecunia numerata appellatur*, quia numero usum præstiat, non corpore. Quo nomine distinguitur ab aliis rebus quæ pecuniæ appellatione etiam censebantur apud veteres, quæque ex corpore ac substantia sua usum præbebant. Ut enim

notum est, pecuniæ nomine omnia intelliguntur quæ in bonis sunt, præcipue corporalia. At nummus, cum inter bona quoque sit corporalia, *numerata pecuniæ* nomine vocatur, quia quantitate ac numero potius utilis est quam corpore. Quod sic probatur. Si quis aureum solidum habeat, ne quid dicam de majoribus nummis, quales erant centenionales, cui emere necesse sit plurima minoris constatura, quomodo se expediet, nisi habeat ad manum nummos minutos, quibus rem, quam desiderat, possit comparare? Ideo institutæ Nummulariorum mensæ, qui hanc unam negotiationem haberent nummorum distrahendorum ac permutandorum, minores pro majoribus dando, aut majores pro minoribus. De quibus dicã in sequentibus plura. Quod dicit Paulus lege suprascripta de contrahenda emptione, cum nummus inventus est, *electam esse materiam, cujus perpetua ac publica æstimatio necessitatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret*, inde etiam exponendum est. Non enim ibi *quantitas* potest accipi pro æstimatione, cum dicat, æstimationem nummi subvenire necessitati permutationum *æqualitate quantitatis*. Quale hoc quippe esset, si diceretur, *æstimationem subvenire æqualitate æstimationis?* Ibi igitur quantitas, numerus est, vel summa, ἡ ποσότης. Ut exæquetur pretium quod in nummo vertitur, æstimationi mercium, quantitate opus est ac numero. Quemadmodum enim non una rerum æstimatio est, sed varia, ac multiplex, ita & non eadem eademque quantitas necessaria ad pretium mercibus singulis ponendum. In tam multiplici ac diverso mercium pretio non potuere tot nummi forma ac pondere diversi formari qui sufficerent singuli singulorum mercimoniorum æstimationibus exæquandis. Ideo cum de certa nummorum forma convenisset, æqualitate quantitatis precia fuere facienda. Ut res quædam sunt paucioribus, aliæ

aliæ pluribus nummis æstimandæ, quantitate ac numero pretia exæquabuntur. Ita ergo vel inde constabit quod affirmat Paulus, *pecuniam non tam ex substantia quam ex quantitate usum dominiumque præbere.*

CAP. XVI.

Æstimatio nummi in solo põdere spectata. Id probatum multis Romanorum imperatorum constitutionibus. Veterum principum solidi aurei idem valere cum recentioribus jussi, si æqualis essent bonitatis. Quousque veterum principum appellatio extendenda. Æstimatio ex pondere in pari metalli bonitate consideranda. De auro obryzo & Gallico. De voce ὄβρυζος, *esse Ægyptiacam. Arabice* ابرز. *Aurei sub Augusto percussi majoris ponderis quam Constantini imperio cusi, & sequentium principum. Si non* ἰσοστάτιοι, *quomodo* ἰσοθαύμαροι. *Id explicatum. De aspero nummo. Detriti minus ponderosi, ideo & minoris pretii. Non debere aliam esse æstimationem metalli in nummum formati quam rudis & infecti. Forma publica nummo nihil ad æstimationem olim addidit, sed auctoritatem tantum, ne in permutationibus recusaretur. Vim ac potestatem nummi cuicunque materiæ posse dari, sed ea re mercimonia cum exteris impediri. De nummis Atheniensium optimæ materiæ, quos ideo peregrini mercatores libenter suis mercibus permutabant. Optimos nummos plerumque loco mercium divenditos. Pecuniam numeratam ejusdem ponderis, debere esse ejusdem æstimationis cum massa rudi. Lex Pomponii de hoc explicata. In auro & argento id fere semper Romæ observatum. De massa auri. De scrinio massæ aureæ. Quid lucrari soliti essent principes pro impensa*

pensa cusionis. Nummi vectigal ad œconomiam regalem pertinens. Locus Aristotelis explicatus. In ære non hoc semper servatum, ut tantumdem valeret in nummo signato quam in massa rudi. Olim tamen inter initia inventionis nummi, id etiam usitatum. De asse librario Romanorum antiquo, postea variis vicibus imminuto. Quomodo intelligenda sint Aristotelis verba, nummum nunc aliquid esse, nunc nihil. Id maxime valuisse in illo nummorum genere qui ex materia vili ac nihili facti. De nūmis alutaceis Carthaginensium. Diversa ab his fuisse aliorum nummos coriaceos. Locus Aristidis rhetoris expensus. Scholiastes ejus vetus citatus. De nummo Lacedæmoniorum, non eum coriaceum fuisse, sed ferri gravis. Senecæ locus emendatus. An è corio nummus & testaceus ante Numam in usu fuerit, ut Græculi scripsere. Ea sententia Suetonio tributa à Suida. Secundum quosdam lutea pecunia omnium prima, deinde coriacea, postremo ærea. Aliter Aristotelem sentire de origine, ac progressu nummi. De variis variarum gentium nummis. Quid intersit inter nummos qui ex materia pretium habent, & qui illud debent voluntati principis, aut constituto Reipublicæ. De neutro genere nummorum intellexisse Aristotelem, cum nummum aliquando pluris, aliquando nihili æstimari dixit. Solam auctoritatem nummo datam publico consensu respexisse, ut à nemine nusquam possit recusari. Perperam confundi ab interpretibus quod ille scripsit, in arbitrio esse nostro ut nummus aboleatur, & ut modo pluris, modo minoris æstimetur. Quibus ex causis modo plus valeat, modo minus. De æris raritate apud Romanos. Ejus inopia præcipue effectum, ut à librariis assibus ad semunciarios venerint, & adhuc minores. Debere esse perpetuam, si fieri possit, nummi æstimationem, ut venditiones & emptiones facilius administrentur.

nistrentur. Nummo conciliari permutationes omnium rerum. Ideo μέσον dici ab Aristotele, & mediatorem permutationum. Locus Aristotelis correctus & expositus. Quid sit μέσος, & μεσίδιος. Idem nempe quod μεσίτης. Interpretes Aristotelis in ea voce reddenda lapsos esse. Verbum μεσιδεωθῆναι apud Phrynichum, pro μεσιγενηθῆναι. Quid sit interpres, vel μεσοπράτης, & quod officium in rerum permutationibus habuerit olim Δικαστὴς μέσος pro arbitro apud Aristotelem. Quomodo nummus omnia metiatur & exæquet. Quid sit σύμμετρον & σύμμετρα ποιεῖσθαι in illo Aristotelis loco. Qualis συμμετρία, quam facit nummus, in emptionibus sit intelligenda. Hic etiam nugari interpretes. Σύμμετρον in mensuris, idem quod σύστασμον in ponderibus. De ædium & corporis humani symmetria, quæ alia ab illa quam nummus præstat in exæquanda pretio rerum æstimatione. Quo sensu nummus à philosopho dicatur esse κοινὸν μέτρον omnium rerum. Quid sit μέτρον. An πέρας & determinatio sive definitio æstimationis vel pretii rei. Pro adæquatione, quæ mensura respondet, potius sumi. Nummi utilitas ac necessitas ab Aristotele in Ethicis agnita. Plato necessarium quoque in sua republica agnovit nummi usum. Quam differentiam statuat inter privatam & publicam pecuniam. Quatenus privatis nummum habendum esse censuerit. Locus ejus obscurior explicatus. Quomodo Lycurgus in republica à se constituta αὐτάρκειαν tantopere Aristoteli commendatam retinuerit simul cum nummi usu. Vt ex opinione hominum & consuetudine originem traxerit nummus, non minus tamen ideo commerciis ac societati humanæ utilem censendum, nec minus naturalem ejus usum habendum. Quod ultimum in inventionibus repertum id fere semper perfectissimum. Quod vero perfectissimum, non statim minus

 natu-

naturale esse. Naturam per gradus & numeros primis inventis ulteriora & perfectiora solitam addere. Si minus ea naturalia, non minus tamen necessaria, immo etiam magis. Nam ex necessitate prodiciam inventionem. Unde vestis, inde & nummus.

VT persequamur quæ in præcedentibus tractare instituimus de nummi signati æstimatione ac pretio, unde sit petendum, certum est nō alia re spectari debere quam ipso pondere. Id ex variis Imperatorum Romanorum constitutionibus colligi potest, qui solidos veterum Principum recipi jusserunt, & eodē pretio distrahi cum novis, qui tunc in usu erant, si modo ejusdem ponderis forent. Ita Justinianus decrevit in Pragmatica sanctione ad Vigilium Papam cap. xx: *Sancimus solidos Romanorum Principum forma signatos sine permutationis dispendio per omnes provincias ambulare.* Idem etiam sanxit Leo omnium antetiorum æque ac posteriorum principum vultibus signatos nummos, qui modo pondus haberent integrum, ab omnibus æqualiter in imperio Romano æstimādos: πᾶν δὲ νόμισμα ὁποιᾳδήποτε τοῦ μετρίου, ἴσον τῷ τοῦ ὅλου ἀκινδύνου, καὶ τῶν ἀλλαχοῦ γίνεσθαι, ἂν τὸ πρόσωπον καὶ τὴν ἐπιγραφὴν, ἐν ᾗ ἐστὶ καὶ πεπιδίσθαι. Quod de forma minime adulterina dicit, & materia non proba, satis certum est, nummos etiam ex bono metallo flatos, si formam publicam non haberent, olim, ut nunc, refutari solitos. Qui vero ex materia sunt impura formati, imbrebi reputantur, etiamsi pondere probos exæquent. Idem porro statuerant jam ante Justinianum Valentinianus leg. 1 Cod. de veteris numismatis potestate: *Solidos veterū principum veneratione formatos tradi ac suscipi ab ementibus ac distrahentibus, sine ulla refragatione, modo ut debiti ponderis sint, & species proba.* Per probam speciem intelligit forma ac materia probos.

Quod

Quod vulgo dicimus, *de bon coin, & de bon alloi.* Ergo, dicet aliquis, non solum pondus nummo pretium dat, sed etiam forma ac materia. Immo cum pondus dicimus æstimationem nummi constituere, ut in eodem genere id fieri intelligimus, ita in pari generis bonitate. Alias ut in diverso genere materiæ pondus pretii non facit diversitatem, sed materia sola, ita nec in eodem genere, si dispar sit bonitas. Isidorus lib. xvi Originum, cap. xviii. scribit ex aliquo antiquo auctore, *In nummismate tria quæri, metallum, figuram, & pondus. Si aliquid ex his defuerit, nummisma non futurum.* Metallum ergo in diverso genere facit diversum pretium, ut in auro, ære, & argento. Pondus in eodem genere metalli æstimationem variat, ut in drachma & didrachmo argenteis, in statere & denario aureis. Figura porro sive forma publica his nummis dat pretium, qui nec metallo cari sunt, nec pondere æstimantur, sed ex sola voluntate principis, aut reipublicæ constituto, auctoritatem & æstimationem accipiunt, ut in testareis & coriaceis. Plerumque & ex bono ac pretioso factis eadem auctoritate publica duplicatur æstimatio etiam ultra metalli legitimum pretium. Forma igitur & in his valorem constituit. Sic Leucon cum pecunia indigeret, nec modum habendæ alium reperiret, pronuntiavit se alium nummum percussurum: edixitque, ut omnes, quidquid haberent pecuniæ signatæ, ad se deferrent, cutaturum se ut alia ferirentur forma, quo in publico usu expendi possent. Unusquisque cum, quidquid habuit, obtulisset, alia nota signatos duplum valere jussit. Polyænus: ὁ δ' ἄκων χαραξάμενος κατὰ τὸν, ἐκέλευσε τὸ ἥμισυ διπλάσιον ἰσχύειν τοῦ ὅλου· καὶ συνεχώρουν τὸ ἥμισυ κερδάνειν ἀδίκως ἢ πολλῶν ἐζημιοῦσθαι. Sic dimidum lucratum est, cum tamen neminem civium damno afficerer. Potuit quidem & sine formæ mutatione idem nummo constituere pretium, ut duplum valeret, sed

quia homines assueti erant antiquæ formæ, & pretio quod hactenus usitatum fuerat, mutare æstimationem volenti etiam innovanda forma fuit. Idem etiam fecit Dionysius Tyrannus, cum inopia rei nummariæ laboraret, innovavit characterem nummi, æstimatione ejus duplicata, sive idem retinuerit pondus, sive ex una drachma duas cuderit. Sed potius est, ut in eodem pondere forma tantum immutata pretium duplo auxerit. Quod testantur hæc Aristotelis verba ex Oeconomico secundo: ἀναγκαῖον ἦ δ' ἀργύριον, ἐπιτιθέντας χαραγὴν, ἐξιδίωσε τὸν δραχμὸν δὶς δυοῖν δραχμοῖν δραχμήν. Alio signo impositio, quod est ἐπισφράγισις, quæ drachma erat, jussit pro didrachmo exponi ac distrahi. Sed hæc omnia fieri certum est præter æquum & bonum, quæ sola necessitas publica excusat. At in his quæ recte & ordine fiunt, pondus in eodem bonitatis & materiæ genere pretium nummo debet facere. Ex æquo ut non daretur permutatio bovis cum ove, ita nec sane bovis pinguis cum macro, sani cum morboso. Cetetis igitur paribus in nummo reperundis, hoc est qualitate & substantia ponderis solius ratio habetur in æstimatione ejus statuenda. Cujus rei causam paulo post reddemus. Interim quæri dignum est, quomodo voluerint imperatores supra memorati omnes nummos veterum principum æquali pretio æstimari, si modo debiti ponderis essent, & paris bonitatis, id est, ex auro obryzo. Nam *auri Gallici*, ut tunc dicebant, aut *Rhenani*, ut nunc dicimus, non par erat præstantia cum obryzo, ideo nec pondus in his discrimen faciebat, sed materia, haud fere secus quam in diverso genere. Hinc Majorianus Augustus in Novella, prohibet, *ne quis solidum integri ponderis calumniosa reprobationis obtentu recusat exactor, excepto Gallico, cujus aurum minore æstimatione taxatur.* Apud veteres scriptores χρυσὸς ὄβρυζος & Κελτικὸς ita inter se comparantur, ut optimum cum deteriore. Color Gallici auri pallidior, obryzi magis rutilus. Græci qui de utrisque scripsere: οἱ δὲ τὸν Κελτικὸν χρυσὸν, ἰσοκὺς καὶ μετ' αὐτὸ τὸ πυρὸν ὀνομάζουσι χρυσὸν. Verum de his alibi, ubi & hanc vocem ὄβρυζος Ægyptiacam docebimus esse. Arabes scribunt ذهب ابرزي & ابرز aurum obryzum. Inde *obrussa* Latinum, & aurum *ad obrussam* exactum, pro ipsa auri probatione, quod sæpius igni excoctum est & purgatum. Hoc enim est ὄβρυζος χρυσὸς. Similiter & Gratianus leg. III Cod. eodem, vult, *omnium obryzatorum solidorum uniforme pretium postulari.* Sed intelligendum est, modo idem pondus quoq; sit. Τὰ ἰσοδυναμοῦντα enim in talibus debet procedere καὶ ἦ ἰσοτιμία. Verum quæstionis est, cum veterum omnium principum solidos pari æstimatione taxandos & recipiendos ediderunt hi Imperatores, qui quidem parem metalli probitatem præferrent, quo usque progredi debeat atque ascendere illa veterum principum appellatio. Si enim usque ad Augustum extenditur, ac sequentes omnes ad sua tempora principes comprehendit, non video in tam diverso aureorum pondere qui statui possit eadem æstimatio. Augusti temporibus, & multorum subsequentium Cæsarum vulgo, quadrageni octoni aurei in libram auri incurrebant. Sub Valentiniano, Gratiano, & Justiniano, qui tres Cæsares nominatim jusserunt veterum omnium principum solidos aureos æqualiter valere, septuaginta duo solidi libram auri efficiebant. Quomodo igitur nummus ab Augusto percussus, poterit esse ἰσοδυναμοῦν cum aureo Justiniani, qui non erat ἰσοτιμοῦν? Supponimus enim, parem esse in utroque materiæ præstantiam. An per veteres principes eos tantum intelligi convenit, qui primi aurei solidi pondus imminuerunt, usque ad eum gradum ac numerum, quo sub Justiniani imperio

perio passim vulgatus fuit? Quod pondus in nummis aureis veluti legitimum vel ante Constantinum obtinuisse, nos infra pluribus docebimus. Non mirum itaque, si anteriorum principum solidos ὁσιστάσιος illi suprascripti imperatores, ἰσοδωνάμους etiam haberi voluerunt iis qui suo tempore in usu publico erant constituti, ac suo vultu formati. Verum cum tempus non determinent quousque veterum principum appellatio extendi debeat, omnes videntur designasse qui ab Augusto imperarunt. Nec obstat, quod sub primis Cæsaribus majoris ponderis nummos cudi moris fuit. Libra auri semper fuit ὁσιστάσιος καὶ ἰσοδύναμος, etiam si non fuerit omni tempore ἰσάριθμος. Per libras computabant. Inde & in bonis aliquis habere dicebatur tot κεντηνάρια χρυσοῦ, id est, tot centenas auri libras, aut tot κεντηνάρια in ludos impendisse. Ergo libra Augustea, verbi gratia, quadraginta octo aureorum, æqualis erat pretii cum Justinianea septuaginta duo solidorum. Difficultas, inquies, fuit in singulis aureis expendendis. Immo nulla. Ad nummularium deferebantur, qui, ratione habita ponderis, eos permutabat cum argenteis & æreis, sine ullo collybi dispendio. Ideo & totidem argenteos æreosve tunc currentis monetæ pro quadraginta octo aureis Augusti vultu formatis, ac pro septuagenis binis Justinianeis, adnumerabat. Omnis enim pecunia tunc tēporis, tam aurea, quam argentea, appendebatur, non numerabatur tantum. Ea gratia cum tanto fastidio & nummos asperos exigebant. Nam usu detriti, minus ponderosi. Hinc illud Satyrici: *quid asper utile nummus habet.* Id est, pondere integer ac ne minimo quidem diminutus. Inde & *aspratura* pro collybo in veteribus Glossis exponitur, quia nummularii pro detritis, qui amplius expendi non poterant, asperos reddebāt, pro collybo, id quod intererat ex diminutione ponderis, accipientes. Non igitur ex forma, sed

sed ex pondere, nummis æstimatio, in pari bonitate, & eodem genere metalli. Hinc Constantinus leg. unica Cod. Theod. si quis solidi circulum: *Omnes solidi, in quibus nostri vultus veneratio una est, uno pretio æstimandi sunt, atque vendendi, quamquam diversa formæ mensura sit. Nec enim qui majore habitu faciei extenditur, majoris esse pretii, aut qui angustiore expressione concluditur, minoris haberi credendus est, cum pondus idem existat.* Idcirco & pari supplicio puniebat lex, ut ibidem subjicitur, *qui mensuram circuli exterioris adroserat, ut ponderis minueret quantitatem, & qui figuratum solidum adultera imitatione in vendēdo subjecerat.* Nam pondere diminuta pecunia tunc temporis, haud magis ferme in usu publico versari & extrudi poterat, quam adulterina. Pondus autem idcirco solam æstimationis causam in nummo statuimus, quia æstimatio, quæ ex materiæ pretio descendit, communis illi omnino est cum metallo ipso rudi & infecto. Nec enim alia esse debet metalli infecti quam signati, quoad ipsam substantiā, æstimatio. Nummi verus usus & causa propter quam inventus est, id plane postulant. Cum ante nummum signatum massæ, ut plurimum auri argentique, sed & æris grandes in permutationibus vicem pretii obtinerent, difficulter sic venditiones expediebantur, quia res leviore æstimanda pretio, contra metalli infecti molem non facile posset permutari. Ut huic difficultati subveniretur, primo repertum, graviores illas massas in plures particulas concidere, ut cum exiguis ac levioris momenti rebus forent permutabiles. Deinde ut illæ particulæ certo pondere formarentur, institutum. Mox ut & nota ponderis iis imprimeretur. Postremo communi consensu receptum, ut ab omnibus reciperentur in permutatione, quæ talem formam haberent impressam, cum tali pondere. Forma primo tantum indicabat pondus, ex pondere autem, cujus

cujus esset æstimationis ea materiæ quantitas, dignoscebatur, relatione facta ad metalli pretium quod in massa ipsa, si permutaretur, habere consuevisset, in usu publico & communi. Id etiam præterea præstitit forma publica, qua percussus fuit nummus, præter ponderis indicationem, ut ne scilicet reculare quisquam ex civibus posset, in emptione & venditione contrahenda, particulam illam metalli hujusmodi figura insignitam. Nihil itaque forma nummi facit ad ejus æstimationem, sed eam duntaxat testificatur, & insuper pro tessera est, qua nummus ab omnibus recipi jubetur. Præterea discernit probos nummos, & publica auctoritate percussos, ab adulterinis, quos privati clam ad lucrū suum percutiunt. Inde forma proba vocatur quæ publica est, ut adulterina quæ privata. Græci vocant χάραγμα. Hinc νόμισμα κεκαραγμένον, iidem appellant omnia quæ fucata sunt, & incrustata. Æstimatio porro nummi non pendet modo à principis vel reip. voluntate, sed ab ipsius metalli, unde flatum est ac formatum, pretio, quod illi impositum est ex pervulgato mercimoniorū usu. Si quis enim princeps vellet ex vilissimo metallo nummum pretiosum cudere, & contra ex metallo admodum caro raroque vilis pretii pecuniam curare feriendam, vix ei auctoritatem usumque inter mercatores impetraret. Consuetudo quippe & usus commercii placito ejus repugnaret. Ne dubium quidem illud est, quin in potestate sit principis aut reipublicæ, quacunque ex materia facto nummo, vim ac pretium, quod voluerit, imponere intra imperii sui duntaxat terminos. Sed non poterit obtinere, ut alii, quam in quos imperium ac jurisdictionem habet, eos nummos acceptos habeant iisque utantur. Atqui non tantum civium, sed etiam exterorum habenda est ratio, qui negotiantur intra regni fines. Alioquin omnia peregrina mercimonia in ea republica frigescent ob difficultatem permutationum,

tionum, quæ iterum antiquo more erunt celebrandæ, rerum nimirum cum rebus. Quis enim mercator extrarius nummum, dicis gratia, coriaceum accipere velit pro mercibus quas importaverit? Ne si quidem ex metallo sit, sed impuriore, aut mixto, sumere eam dignabitur, ut in patriam reportet, cum mercibus propriis permutatam. Mallet alias merces revehere, quam nummum deterioris indicaturæ, sive, ut vulgo vocant, *ligæ*. Cum enim peregrinus, etiamsi sit speciei probæ, apud exteros semper levior habeatur, quam in provincia cujus est proprius, multo minus, qui improbioris notæ fuerit, ibi erit in pretio. Si vero adeo pura sit ac proba, ut non differt à metallo ipso rudi & infecto, id semper habebit pretium apud omnes, quod metallo, unde facta est, ab omnibus fit. Ea ratione Athenienses meram ex puro puto argento curarunt pecuniam cudendam, ut mercaturis & mercimoniis externis maxime ferveret ac floreret civitas. In aliis enim Græciæ civitatibus, ut refert Xenophon in libro περὶ προσόδων, quia nummis utebantur pessimis, eoque apud extraneos nullius usus, cogebantur mercatores alias invicem merces, pro his, quas intulerant, exportare, quod ἀλλαγὴν ἀλλαγῆς dicebatur, hoc est, φέρειν ἀντὶ φέρειν, merces pro mercibus accipere antiquo permutationum ritu. Ἀλλὰ μὴν, inquit, καὶ τῶν ἐμπορίων τὰ μὲν πρὸς πολίσματα τὰ πολλὰ ἀλλαγὴν ἀλλαγῆς ἐδωκε τὴν ἀνάγκην. τοιαῦτα γὰρ ἃ χρήσιμα ἔξω κεῖται. Qui Athenas vero accedebant mercatores, non solum res, quascunque vellent, quibus homines indigent, inde ad sua poterant revehere, sed si pecuniam numeratam loco mercium sumere mallent, quæstuosissimum faciebant compendium. Nummus enim argenteus, quem Athenis reportabant, optimi mercimonii vice ipsis cedebat, quia, ubicunque locorum eum distraherent, plus quam sortem semper lucrabantur. Εἰ δὲ πρὸς Ἀθήνας πλέοιτο μὲν ἐπὶ ἀντεξάγοντι οὗ ἂν βούλωνται

ἀντ᾽ αὐτῶν· ἐὰν ἢ μὲν βέλτιον ἀλλαξάμενος, εἰ δὲ ἥττονος ἀξίας κριθεὶς ἐμπορίαν ἐξάγειν. ὅτε δὲ πολλῷ αὐτὸ, παυόμενος πρίεσθαι τὰ ἡγεμόνα λαμβάνουσι. Pecunia illa Attica tam bonæ materiæ fuit, ut pro merce opcima ibi veniret, ubi pro moneta non posset usum habere. Argenti quippe loco purissimi ac defæcatissimi venum ibat. Quod & in aliis patuit ἀγαθὸν νόμισμα ex auro argentoq; nummis usu veniisse scimus, ut pro merce exponerentur. Volusius Mæcianus de Ponderibus: *Victoriatus enim nunc tantundem valet quantum quinarius olim. At peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetradrachmum & drachma, habebatur.* Victoriatus certe, teste Plinio, Romæ olim, priusquam lege Clodia percussus esset, mercis loco habebatur ex Illyrico advectus: Eum vide lib. XXXIII, cap. III. At deterioris notæ nummus, nec ex mero argento aut auro flatus, nullibi potest ac nemini pro merce obtrudi, qui nusquam queat tantundem valere quantum pro nummo valet. Nam si amittat potestatem ac vim nummi, qua sola censetur, pretio suo excidet, & sic pro merce dari venum neutiquam poterit. Quod in illis solis obtinet qui signati non majorem accipiunt æstimationem quam haberet paris ponderis particula ex massa sumpta si in nummum percussa non foret. Idque in Attico nummo fuisse, ex his, quæ diximus, constat, ut & in illo qui primus fuit signatus. Deteriores nummi, vel ex miscello metallo cusi, intra regionis limites expendi debent, nec ultra locum aut usum habent. Cum Perdiccas, olim Chalcidensibus belligerans, pecunia opus haberet, stagnum ære mixtum signavit, quod χαλκόκρατον κασσίτερον vocat Polyænus. Ita mercedem solvit militibus. At mercatores cum nummum non accipiebant, sed pro eo fructus indigenas, aliasque merces. Sic enim corrigendum apud Polyænum lib. IV. Οἱ μὲν ἐμπορεῖ τὸ βασίλειον νόμισμα οὐκ ἐλάμβανον, ἀντὶ δὲ ἀγορῶν

ἀγορῶν ὠνοῦντο τοὺς ἔρυας, ἀλλοφύλοις ἐμπορεύεσθαι τοῖς ἐπιχωρίοις. Aliter esse debere in bene constitutis rebusp. planè persuasum habeo. Pecunia quippe numerata ejusdem ponderis debet quoque ejusdem æstimationis esse cum argento infecto ἰσοτιμία, pari utriusque bonitate. Hinc Pomponius leg. 1 D. de auro, argento legatis: *Cui certum pondus argenti dare hæres jussus sit, & pecuniam numeratam dando jure ipso liberatur, si in ea pecunia eadem æstimatio fuerit. Quod ita verum est, si non certum genus argenti legatum sit.* Hujus legis sensum hunc esse volunt, pondus argenti in genere qui debet, liberari æstimationis solutione. Non hæc sententia Pomponii est, sed aliquid plus insinuant verba Jurisconsulti, quo non penetrarunt. Viginti argenti pondo hæres dare jussus est. Potest hæres viginti pondo dando argenti in pecunia numerata liberari. Ita enim prorsus accipiendum. Alias si de æstimatione tantum intellexisset, quæ in pecunia numerata daretur, non addidisset Jurisconsultus: *Si in ea pecunia eadem æstimatio fuerit.* Sensit ergo Pomponius, idem pondus numeratæ pecuniæ ab hærede datum, quod testator in genere jussisset dari, cum certum pondus argenti legavit. Sed adjicit Pomponius, si ea numerata pecunia ejus ponderis, quo legatum est argentum, ejusdem quoq; sit æstimationis quæ in argento infecto esset, si datum foret. Non potest autē intelligi minoris æstimationis esse pecuniam numeratam cum argento infecto, in pari scilicet pondere. In nulla enim unquam republica nummus ita cusus est, ut pondus signati metalli viliori pretio taxaretur quam par pondus infecti. De majori igitur æstimatione capiendum est. Heres, qui dare jussus est certum pondus argenti, potest illud dare in numerata pecunia, si in pari pondere argenti signati eadem quoque æstimatio fuerit. Ceterum si major fuerit, ut plerunque solet esse, non dabit pecuniam numeratam;

meratam, sed argentum non signatum. Nam pecuniam numeratam dando eodem pondere, plus daret quam quantum dare jussus est. Rursus si id pondus daret pecuniæ numeratæ quod æstimationem exæquaret argenti quod legavit testator, non foret daturus idem pondus argenti quod dari ille voluit. Ex his Jurisconsulti verbis colligimus, in multis locis pecuniam numeratam, hoc est, quæ in nummis est, æqualis cum metallo non signato ponderis, æqualis quoque æstimationis fuisse. Quod in auro & argento fere semper Romæ observatum, vel usque ad extrema imperii tempora, alibi notavimus in Opere de re Nummaria. Nam Theodosiano etiam sæculo solidi ex auro obryzo fiebant. Quippe in tributis solvendis, qui à possessoribus dependebantur, in massam conflari solebant, ut inferrentur thesauris Largitionum. Ex eadem massa porro cudebantur novi solidi. In septuaginta duos libra ferebatur accepto, sive ipsi solidi in specie darentur à provincialibus, sive massa ex his conflata transmitteretur. Lex XII Cod. Theod. de susceptoribus: *Nulla debet esse cunctatio quin solidi ex quocunque titulo congregati, sicut jampridem præcipimus, in massam obryzæ soliditatemque redigerentur.* Item in sequenti lege: *Illud etiam cautissimis adjicimus, ut, quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, & auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepto.* Hujus massæ Scrinium etiam peculiare fuit in Officio Comitis sacrarum Largitionum. In Notitia Imperii Orientis, fit mentio *Primicerii scrinii auree massæ.* De quo alibi. Pro impensa cusionis servanda ita principes tum sæpe agere soliti, ut per argentarios aureum curarent aliquot pluribus nummis distribuendum quam quo deberet in usu publico cursum habere, ut constat ex lege Theodosii Novella de pretio solidi. E contra si aureum solidum acciperent iidem argentarii

tarii à privatis cum minuta ærea pecunia permutandum, exempli gratia, si vulgo permutari soleret ducentis ac decem æreis follibus, pro eo tantum dabant centum & octoginta. Quod Justinianus instituit, & sic sextam partem lucrabatur. Græci: ἡ ἰσοστασία ἢ ἀντιγραφὴ τῶν ἀνὰ χεῖρας ἀργυρικῶν ἀξίωσίν τινὰ ἐκφαίνουσα ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δίκην καὶ ἀριθμητὰς ὀβολοὺς οὐ πάνυ ἐπιτηδεύεται· κἀκεῖθεν οἰκεῖα τὰ κέρδη μύριοι τὸν ἀριθμὸν ἢ ἑπτὰ διπλάσιοι ὀβολοί. De quo nos alibi latius. Certe ex compendii sui ratione principes atque etiam respublicæ nummum modo minoti, modo majori pretio curant distrahendum. Quod etiam notavit Aristoteles in Oeconomico secundo, ubi inter Regalis Oeconomiæ reditus primo loco recenset vectigal quod ex nummo quæritur Regibus; & in eo versatur, ut sciant, qualis sit cudendus, quando vilior aut carior habendus: τέτταρα δὲ ἐστιν ἃ δεῖ τὸ νόμισμα λέγειν πῶν ἢ πότε πλεῖον ἢ ὀλίγον ποιητέον. Sunt qui censent, impensas cusionis de publico fieri oportere. Quod certe æquius foret. In ære non fuit moris observari, ut tantumdem valeret in nummo signato quam in massa. Ideo nec appendebatur ærea moneta. Ab initio tamen hoc idem etiam in æreo nummo apud eos populos factitatum constat qui ære gravi usi sunt, ut signati libra ejusdem esset æstimationis ac rudis. Idque & Romani tenuerant quamdiu asse librario sunt usi. Postea per varia tempora, necessitatibus reipublicæ exigentibus, à librario ad unciæ quadrantarium assis redactus est, ut ante notabamus, pretio ejus prorsus non imminuto, quamvis de pondere tantum decessisset. In hujusmodi igitur nummis, quales formari oportere in bene morata republica judicamus, æstimatio, quæ fit è materia, eadem est cum metalli, unde cusi sunt, æstimatione. At propria ac peculiaris ipsius nummi æstimatio è solo pondere procedit. Cum enim nummus non è substantia, sed ex numero

&c

& quantitate usum præbeat. plures species nummi majoris ac minoris formæ ex eadem materia flari consueverant. Sic nummus à nummo solo pondere differebat, & pondus pretium singulis faciebat. Aliud erat in eo genere pecuniæ, in qua non materiæ bonitas quærebatur, sed sola æstimatio publice imposita, ut in nummis è plumbo vel corio factis. Hi enim non è materia in diverso genere, vel ex pondere in eodem, pretium & æstimationem accipiebant, sed è sola voluntate principis aut reipublicæ constituto. Nec audiendi sunt, aut ullo modo ferendi, qui probant, hujusmodi nummos solos in usu esse debere, quos aut avaritia principum non excusanda introduxit, aut sola reipublicæ necessitas potest excusare. Verum de intrinseca & extrinseca, ut loquuntur, nummi bonitate, & aliis ad hanc rem pertinentibus, in nostro de re Nummaria commentario plura. Ad Aristotelem nunc redeamus, cui refutando ea, quæ diximus, præmitti ac præstrui debuere. Modo, inquit, nummus aliquid est, & magnum in ipso divitiarum instar, modo vero nihili est, si libeat utentibus mutare sententiam, & auctoritatem pretiumque, quod illi dederant, detrahere. Hanc enim rationem addit: ὅτι μεταβλητὸν τὸ νομίσμα ἐστὶ καὶ οὐκ ἄξιον, ἐὰν μὴ ὦσιν οἱ χρώμενοι τοιοῦτοι. Ut autem ante dixerat, ex consensu permutantium institutum esse nummum, & magni æstimatum ad emptiones ac venditiones contrahendas, ita diverso consensu posse parvi pendi, & prorsus aboleri, pretio & æstimatione dempta. Atque in ea nummi specie, qualem supra probavimus in rebuspublicis recte constitutis flari ac ferriri solum oportere, ea mutatio & abrogatio nummi non esset metuenda. Quod enim pro nummo non valeret, pro merce pretium haberet: nullo discrimine æstimationis inter metallum signatum ac rude. Alia tamen consuetudo fuit multarum gentium, quæ nummos

nummos ex rebus nihili formatos habuere, quibus id pretium publica auctoritate imponebant, quod nummi liqueret esse, non ipsius rei. Carthaginenses pecuniam è corio usurparunt. Modios multos ejus moneræ si quis Athenis habuisset, nihilo ditior inde habitus esset, quam si coria, in plures concisa particulas, aut calculos è littore, plenis serracis ibi ostentasset. At Carthaginem contra si quis multa millia Atticarum drachmarum tulisset, æque eas ibi distrahere & quæstum ex his facere potuisset, ac si laminas plures aut frustra argenti purissimi eo importasset. De hac Carthaginiensium pecunia Plato in Eryxia eleganter ita scribit: Αὐτίκα γὰρ ὅτε Καρχηδόνιοι νομίσματα χρῶνται πάνδε. οὐ δίκαιόν μοι δοκεῖ εἶναι τὸν τυχόντα τὸ μηδὲν ὄντα ἀλλὰ δι' ὀλίγου ἐπὶ πολλοῖς ἀργυρίοις ἀλλάττεσθαι, ἐὰν δὲ ἐν τῷ εἰσαποδιδράσκοντι κίνδυνος ᾖ μὴ οἱ πωλοῦντες, εἶτα πολλοῦ φορτηγεῖσθαι τοῦτο νομίζειν, καὶ πολλῶν τοιούτων κεκτῆσθαι, ἵνα τῶν πολλῶν δυνατὸν χρήματα κεκτῆσθαι καὶ πολυτελοῦς εἶναι. ὃς δ' ἂν μὴ τοιαῦτα πλούσιον τοιοῦτον κεκτῆσθαι εἶναι, κἂν μάλλον πλούσιος εἶναι, ἧττον ἐν ὄψεσι πολλοῖς τ' εἶναι καὶ ἀγαθοῖς. Ligatura hæc fuit sive δέρρεος ex aluta vel pelle confecta, cui inclusum nescio quid, quod, quale esset, non dicit Plato; id solt sciebant qui incluserant. Magnitudine id erat stateris sive tetradrachmi Attici aluta involuti, cui alutæ sigillum publicum impressum fuit. Paulo post idem Plato τὰ δίκαια Carthaginensibus vicem nummi fuisse scribit, id est, *alutas*, sive *alutaceas ligaturas*. Aristides τὰ σκύτινα νομίσματα appellat Carthaginensium, hoc est, coriacea. Atqui aliud σκύτος, aliud δέρμα: *corium*, & *aluta*: res involuta & inligata pelle, & frustum corii in nummum signati. In Oratione ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ita scribit: Οὐδὲ γὰρ, ὡς Βυζάντιοι σκύτεσι νομίζουσι, τούτοις χρῆσθαι ἐστὶν δίκαιος ἢ ἐκείνων κρείττονας, οὐδ' ἂν τῶν δοκούντων ἀπορεῖν φάσκειν εἶναι, ἵνα ὁ χρυσίον οὐδὲ δέρματα φάσκων, οὐδὲ γε οἱ Καρχηδόνιοι. *Neque si Carthaginenses utuntur pecunia ex corio.* Ad

quem

quem locum ita notavit vetus scholiastes in scripto antiquissimo codice: Σκυθικὸς οἱ Καρχηδόνιοι νομίσμασι χρῶνται διὰ τὸ δοῦλος, οὐκέτι γὰρ φυγόντων ἀλλὰ τὸ φόνου τὸ ἀδελφῶν διὰ τὸ Τύρου, αὐτοὶ τὸ βυρσᾶν καθάπερ αὐτῆ γῆ. ἐστι δὲ μέρος βοὸς ἐπίχρυσ τὸ σου. ὁ γὰρ βίος ἐπιδιώκεται μόνον τὸ οὐκέτι τὸ σκύτος κύκλῳ χωρίον τὸ δόλῳ καθάπερ, ὃ πάλιν κλῆσις τῶν Καρχηδόνιοι. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὸ σωμάτων ἐστὶ πρώτης σκυθικοὺς νομίσμασι χρῶνται. Aliud scholion ibidem adjunctum est, cujus auctor non putavit revera Carthaginenses nummis coriaceis usos, sed quia antiquo ritu pelles ferarum & animalium, quibus abundabant, permutarent cum aliis mercibus quas mercatores exteri eo deferebant. Τῶν δὲ λέγει, inquit, ἐχ ὅτι σκύτινα εἶχον νομίσματα, ἀλλὰ βύρσας παρεχόμενοι πολυτελῶν εἰσάγειν χωρίον, καὶ ἔτος ὁ ἐσθλὸς ἐδέχοντο. Sed Platoni potius credendum. Carthaginensibus usitatam ac receptam fuisse hujusmodi pecuniam qualem ille describit, quam nec assecutus videtur ipse Aristides, qui σκύτινον appellat νόμισμα, nec ille scholiastes vetus, qui originem hujus moneta refert ad historiam sive fabulam de Didone vulgatam. Non enim nummus ipsis é corio fuit, sed aliquid vile tetradrachmi magnitudine & forma, quod inclusum & involutum erat alutæ sigillo publico signatæ. At coriaceus nummus, *orbis esi è corio formatus*, ut vocat auctor Anonymus de rebus Bellicis. Talem priscis quoque gentibus olim usurpatam, idem scriptor perhibet antequam æs pro nummo signaretur. Meminit & Seneca corii publica forma percussi, quod Lacedæmonis pecuniæ numeratæ usum ait præstitisse. Quod alibi non legi. Nam certum est, Lacedæmonios usos esse ferri certo pondere vice nummi. Quod etiam testatur Plato in Eryxia: οὐ δὲ Λακεδαιμόνιοι σιδηροῖ σταθμοῖ νομίζουσι, ὃ πάντα μᾶλλον τοῦ ἀργύρου. Verba tamen Senecæ hæc sunt lib. v de Beneficiis: *Æs alienum habere dicitur & qui aureos debet, & qui corium*

corium forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum pecuniæ numeratæ præstat. Quo genere obligatus es, hoc fidem exolve. Si verum vellet dicere, scribendum illi erat. *& qui ferrum forma publica percussum.* Nam de coriacea Lacedæmoniorum pecunia, nugæ. Alio igitur vitio locus ille laborat. Quid enim sibi vult quod ait, *quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum pecuniæ præstat.* An adhuc usum pecuniæ præstabat eo tempore corium apud Lacedæmonios? Dicit fuisse, & simul adhuc esse. Quæ non cohærent. Ferrum quidem fuit, sed certo tantum pondere examinatum, rudi propius quam signato, etsi signatum quoque fuisse constet. Ideo & σιδηροῦς σταθμὸς vocat Plato, quod non dicitur de nummis signatis. Alii tamen auctores νόμισμα appellant, & quia ex gravi ferro fuit, σταθμὸν Plato appellat, quomodo & Latini *aris gravis* nomine appellarunt æs signatum magnæ molis, asses nempe librarios. Unde fit, verba illa Senecæ vulgo sunt corruptissima. sic, meo judicio, levi negotio emendanda: *Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percussum, & quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum pecuniæ numeratæ præstabat.* Inseruimus tantum particulam &, & pro *præstat*, scripsimus *præstabat*. Quod indubitatæ veritatis est. *Et quale Lacedæmonii usum pecuniæ numeratæ præstabat*, nempe ferrum rude, vel grave, magni & stati ponderis. Multi enim veterum non νόμισμα illud fuisse volunt quo Lacedæmonii pro nummo uterentur, sed σταθμὸν. De quo in superioribus. Ideo dicit hic Seneca, *& quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum pecuniæ numeratæ præstabat.* De coriacea moneta mirum quod scribunt Græculi historici recentioris ævi, ante Numam Romanis in promiscuo usu fuisse, qui primus illis æream percussit. Ita memorat Johannes Antiochensis ἐκ ἐχρήσαντο. Suidas Suetonium

tonium auctorem laudat, qui id tradiderit: λάϐ πόλεμ ἢ χαλκᾶ στάτ ἐγκρίσεις Ῥωμαίοις τ ϖῦ ϖάντ ϖαντ. Διὸ ἐκάλουν καὶ ἐγκαίνια τὸ χρῆσθαι πελεκᾶσιν, ἄπερ ἀνάγκη ἐν ἢ ἰδία ἑκάστ νόμισμα, ὡς Φοῖν Τρόγκυλ. Ubi etiam notabis tibi, dicere illum, non solum coriacea numismata, sed etiam testacea & figulina ante Numam omnes in usu habuisse, cum primum æreos & ferreos formasset, ac de suo nomine *Nummos* appellasse. Quæ sunt falsissima. Nam νόμισμα Græcis à more & consuetudine *nummus* appellatus, quia ex instituto gentium & consuetudine inventus ac receptus, ut ex Aristotele supra ostendimus. At νέρτ idem quod νόμισμα, *mos & consuetudo*. Ionici generis homines ut νόος, quæ νόσ alius, dixere; ita νέρμν qui νόμ, & ἔγκυν pro ἔγκυ, unde & ἐγκία pro ἐγκία. De quo infra. At Dores etiam consonantem more suo geminarunt, ac scripserunt νέμμν, sic vocantes quod aliis Græcis νόμισμα, quia νέμ & νόμισμα idem. Suidas de voce νόμ: Δωριεῖς ἢ ἐπὶ νομίσματ χρῶν τῇ λιξέι Ῥωμαίοις ἀνθρωπίνωλος νέμμν λέγουσι. Immo sine ulla depravatione hanc vocem à Græcis Dorici generis sumpsere mutuam, apud quos, ut & Siculos, νέμμ etiam cera nummi genus fuit ejusdem ferme pretii cum Romanorum sestertio nummo, ut alibi dicemus. Consonantes autem in vocibus, & præcipue liquidas, non soli geminant Dores, sed & Æoles, ut ἵππος pro ἵπ ἵππ pro ἵλ, unde & Laconicum Φάμ. De quibus alibi. Νόμμα igitur vel Νόμμας cognomen inditum Pompilio videtur potius ab invento numano, quam nummus ab ipsius nomine dictus. Pervasit autem plerosq; veterum illa opinio de nummo ex cono vel ex terra cocta cuso priusquam ex ære vel ferro formaretur. Quam sententiam Suetonio Tranquillo tribuit Suidas, eamque nescio an inde etiam habeat vetus auctor Anonymus de re militari, cujus hæc verba

verba sunt: *Rectores superioris vitæ non otiosis opibus, sed condendis potius mœnibus latabantur, in quorum decorem universam auri argentique materiam conferebant. Æris quoque copiam in simulacris propriis ad virtutis suæ testimonia figurabant. Ut vero emendi & vendendi utilitas, & ut facultas regia largitati supperetur, in aris usum excultam politius terram, & igne solidatam, certis quoque expressionibus figuratam, auro argentoque reposito, usui habuerunt: sed posteriores fastidientes priscæ utilitatis inventum, formatos à coriis orbes auro modico signaverunt, quibus regum munificentia & commutationum necessitas intuitu collatoribus utebantur. Sequentior vero ætas, æris redundante materia, quam publicus jam mœnium recusabat ornatus, diuturna, ut prior, monumenta meditata, ut, validum ipso ponderi, pretiosius figuravit: cujus species pro qualitate, ut diximus, ponderis diuturnior fuit, sed potentia regalis pro licentia speciem suam tantum in auro argentoque signavit, quæ pro reverentia figuræ nullis usibus proficiens ad honorem regium sacrata permansit.* Luteam pecuniam omnium primam & antiquissimam facit, deinde & coriaceam, tum æream, postremo argenteam aureamque. In ea sententia & vetus auctor apud Isidorum lib. XVI, cap. XVII: *Pecunia de pecudibus & proprietatem habebat & nomen. De corio enim pecudum nummi incidebantur & signabantur.* Sed veriora sunt quæ de origine ac processu nummi supra ex Aristotele notabamus, ex ære ac ferro, rudi primo, deinde gravi & signato nota sui ponderis, ad nummum, ut nunc est, factum esse progressum. Antiquissimum fuisse æreum nummum, auctor alius vetus apud Isidorum tradit, loco quem ante citavimus, his verbis: *Antiquissimi nondum auro argentoque invento, ære utebantur. Nam prius erea pecunia in usu hominum fuit, post argentea, deinde aurea subsequuta.* Hinc

Æsculanum Deum veteres finxere, qui pater esset *Argentini* Dei, quia prior ærea pecunia quam argentea, ut refert Augustinus de civitate Dei lib. IV, cap. XXI. Ne illud quidem affirmari potest, antiquissimam ac primam omnium apud omnes fuisse æream pecuniam. Nec enim ab eadem origine, nec eodem ordine apud omnes nationes, progressa est nummi inventio ac perfectio. Immo uno eodemque tempore gentes diversæ hoc vel illo genere usæ sunt, ut Atheniensis argenteo, Carthaginenses coriaceo, Byzantii ferreo, Lacedæmonii mera ferri massa, aliæ luto cocto & signato. Æthiopes eo sæculo, quo scribebat Plato, lapillis quibusdam insculptis pro nummis usi sunt. Ἐν δὲ τῇ Αἰθιοπίᾳ, inquit, λίθοις ἐγγεγλυμμένοις χρῶνται, εἰς ὀλίγου ἀνίου χρείαν ἀπὸ βαρβάρων ἀγομένοις. In provincia Carajama, quæ magno regi Tatariæ subest, aureis & albis lapillis utuntur; qui reperiuntur in mari, ut legere est apud Paulum Venetum. In provincia Caniclu, quæ sub eodem est rege, minor moneta ex sale est formata, in exiguis massis. In alia corallium vicem nummi præstat. Ipsius magni Chani moneta non ex auro & argento cuditur, sed ex cortice mori interiore in particulas varias ac rotundas scisso, invicem compacto, ac regali sigillo signato. Apud Cathainos Tataros, teste Haitono, nummus de papyro fit in formam quadratam secto, cui regale signum impressum. Sunt & quæ lineorum orbiculis aut quadris publica aut regia forma insignitis similiter hodieq; utantur gentes. Plura talia possunt ex historia colligi: De quibus in alio opere. An de hujusmodi igitur nummis intellexit Aristoteles, cū dixit, nummum interim nihil, interim plurimum valere? Talis quippe nummus ex materia pretium non habet, nec proinde ex pondere. Nam ubi materia æstimatur, prout est majoris aut minoris ponderis, ita etiam æstimatio increscit, aut minuitur. Ceterum ubi ex sola principis voluntate, aut reipublicæ instituto, aut privatorum convention, ut vult Aristoteles, monetæ constat auctoritas, perinde ut illa sunt, à quibus dependent, variabilia, ita aut aliquid esse aut nihil incipient. Hoc idem repetit & in Moralibus utrisque in hæc verba: καὶ διὰ τοῦτο νόμισμα ἐστὶ καλούμενον, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶν, ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν, καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Ut enim paulo ante scripsit, οἷον ἐκκόπτομεν ἐκ χρόνου τὸ νόμισμα μὴ χρήσιμον εἶναι. nummum ex consensu & instituto subrenire necessitatem permutationibus, ita nunc dicit, posse etiam ἐφ' ἑαυτῷ eamdem è permutationum necessitate excludi, & prorsus inutilem reddi, ac nihili fieri. Cum igitur natura non sit, sed instituto ac more, in arbitrio ac potestate est nostra, non esse nummum, & esse. Quod si ita intelligimus, hoc fortasse verum. Immo & verum de illo ipso nummorum genere, qui cum per se ex materia sua & substantia nihil valeant, ex forma publica æstimationem accipiunt, qua abrogata, statim & æstimatione, quam habent, possunt excidere. Sed secus est de his qui materia ipsa pretiosi. Si nummi auctoritatem perdant, pretium metalli retinebunt, & æque in permutationibus ex substantia sua usum præstabunt ac dominium, ut in nummi forma. Atqui quæ de origine nummi tradit, testantur, de hac nummorum specie eum intellexisse, quæ pretio metalli cara est. Primo, inquit, æs & argentum, magnitudine & certo pondere perpensum, pro nummo datum est. Deinde & formam imposuerunt, sive characterem, ut cinus defungerentur numeratione citra pensandi laborem. Ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ ποσοῦ σημεῖον. Impressa enim figura, ut ponderis quantitatem indicaret. Ergo ex pondere æstimatio in eodem metalli genere, quam nota imposita hujusmodi nummo testatam faciebat. Tolle notam huic nummo, tolle & nummi nomen, nihilominus materia, ex qua flatus est, sive aurum sit,

sive argentum, sive æs, pretium suum habebit, & in permutationibus locum, ut olim. Sic in provincia Caniclu, apud Paulum Venetum, nummus illius regni in virgulis quibusdam constat aureis, certi ponderis, & perinde, ut est pondus, ita & pretium nummi habetur. In antiquo ac primo nummo non aliter fuisse, ex verbis Aristotelis facile potest intelligi. Hæc cum ita sint, paulo post tamen subjicit, in nummorum copia modo divitias putari consistere, modo nugas esse, prout inter homines ea de re convenerit. In quo parum sibi videtur constare. Nam si pretium, ut nummo deerit, aderit ut metallo, cujus metalli etiam usus olim in permutationibus contrahendis. At copiam hujusmodi metalli habere magnam repositam, pro divitiis olim magnis habebatur, ut superius probatum est. Enimvero hoc tantum effecit hominum institutum ac consensus in nummo recipiendo, ut non liceret eum in permutationibus recusare. Quod in metallo rudi semper antea licitum erat. Atque ita omnino exponendus Aristoteles videtur, qui non respexerit ad hoc aut illud nummi genus pretio vel forma æstimandi, sed ad ipsam nummi speciem, quatenus in permutationibus ex hominum conventione eam nactus est vim ac potestatem, ut ab omnibus accipiatur, à nemine recusetur. Hoc modo si id, quod est, contrario consensu amittat, & nummus esse desinet, ut solo pretio censeatur quo metallum unde constat, nulla jam necessitate ejus recipiendi, sed restituta licentia ejus recusandi, auctoritate omni privabitur. Ut ecce si nummos hodie quis habeat aureos vel argenteos, quodcunque fuerit quo indigebit, id poterit nummis suis permutatum sibi comparare, quia nemo potest hujusmodi nummos refutare. Redeamus ad antiquum permutandi morem absque nummo. Si tantumdem auri vel argenti ille idem in massa habeat, reperietur fortasse aliquis qui sua

sua velit cum auro illius vel argento permutata, sed poterit etiam fieri, ut nemo sit, qui id cupiat, aut eo egeat. Et, cum liberum esset tum cuique aurum & argentum in permutatione contrahenda non recipere, ita plerumque eveniebat, ut auri & argenti dives, rebus omnibus ad victum necessariis deficeretur, quas nullo modo posset eo auro vel argento, quo abundaret, nanciscì. At si copia illa visque auri & argenti publica auctoritate in pecuniam numeratam flando feriendoque convertatur, tum omnia ipsi ad libitum quocunque loco & tempore suppetent. Sic intelligendum quod voluit Aristoteles. Nummi nimirum vim ac potestatem qua nummus est, quaque usum & functionem habet, non in materiæ æstimatione, quia metalli rudis idem sit pretium; nec in forma publica, quia illa materiæ æstimationi nihil addit; sed in auctoritate ex communi consensu ei attributa, quæ necessitatem omnibus inducit ejus recipiendi. Nummus quippe si nummus non sit, portio metalli est, inter volentes cum aliis rebus permutabilis. Si illa metalli portio nummus fiat, & auctoritatem accipiat per omnes permutationes ambulandi, tum res existit permutabilis etiam inter nolentes. Ideo tamen volunt omnes eam habere, quia non ad præsentes tantum necessitates permutationibus servit, ut certum est metallum ipsum olim serviisse unde factum est, sed etiam ad futuras, ubi eam potestatem à publico consensu accepit. Ὑπὲρ ὧν τὴ μελλήσης ἀλλαγῆς, ἐὰ νῦ μηδὲν δέηται, ὅπ ἔσῃ ἐὰν δεηθῇ τὸ νόμισμα, οἷον ἐγγυητὴς ἐσὶν ἡμῖν. Ideo necesse est recipi. Δεῖ γὰρ τοῦτο φέρον τι εἶναι λαβεῖν, ut ait idem Philosophus in Ethicis. Sequitur statim ibidem apud eumdem: παύομαι μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό. ὁ γὰρ ἀεὶ ἴσον δυνάται. ὅμως δὲ βέλτιον μένειν μᾶλλον. διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι. Quæ verba interpretes perperam confundunt cum iis quæ præcesserunt paulo ante de nummo, ὅτι ὁ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶν καὶ ἐφ' ἡμῖν

ἡμῖν μεταβάλλειν, καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον, quasi eodem pertineant, & eumdem sensum habeant. Ita enim scribit ad hunc locum è veteribus Michaël Ephesius: οὕτως οὐδὲ τὸ νόμισμα ἀεὶ ἴσον δύναται, ἀλλὰ μεταπίπτει, καὶ τὸ πρότερον πλεῖον δυνάμενον, ὕστερον ἢ ἔλαττον ἢ οὐδὲν ἰσχύει. Multum hæc invicem distant. Aliud enim est, quod ante dixit Philosophus, in nobis esse mutare nummum, & prorsus inutilem reddere, hoc est, penitus abolere, & ab usu removere, restituta antiqua permutatione; aliud quod hic dicitur, οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσον δύναται. Quod pertinet ad nummum in eadem forma manentem ac subsistentem, in qua tamen modo plus valeat, modo minus. Atque ita prorsus est. Nam nummi pretium non solum pendet ex raritate & copia metalli, ex qua flatur, & formatur, quæ res quoque interdum eum viliorem, interdum cariorem præstat, sed etiam ex rerum merciumque abundantia, aut penuria, cum quibus permutatur. Ubi enim inopia est rei nummariæ, ceteræ merces viliores sunt, pecunia ipsa magis in pretio. E contra ubi merces rariores sunt, pecunia solet esse vilior. Abundante porro pecunia ex metalli copia unde flatur, res aliæ omnes carius veneunt, quia, cum pecunia sit vilis, non possunt res vænales, præsertim si paulo rariores sint, sine magna vi pecuniæ haberi. Alias certum est perinde, ut rara sunt aut vilia metalla ex quibus nummus fit, ita & nummo pretium accedere, & decedere. Hinc Annibale Italiam insidente, cum Romani plures quam antea & majores exercitus habere cogerentur, quibus stipendia in ære ex antiquo solvi solita, ad eam æris inopiam redacti sunt, ut imminuendum fuerit ærei nummi pondus, eodem pretio manente. Nec enim ad hoc tantum venerunt, quod auctores perhibent, ut necessitatibus reipublicæ subvenirent, sed etiam quia rarius æs effectum erat. Ad æra itaque militibus solvenda, qui tam magno erant numero, impensis

pensis non sufficiente republica, ex libra æris, cum antea unum tantum assem facerent, duodenos facere cœperunt, non minore pretio, etsi pondere tanto minore. Quod autem postea & ad semunciales asses lege Papyria descenderunt, & ad quadrantarios unciæ alia lege, raritatem æris id effecisse, plane mihi persuadeo. De qua Plinius non obscure ita scripsit lib. XXXIV, cap. I: *Proxime dicantur æris metalla, cui & in usu proximum est pretium, immo vero ante argentum, ac pæne etiam ante aurum Corinthio.* Verum de hac æris raritate apud Romanos & proportione cum aliis metallis nummariis, auro, & argento, nos in alio opere. Nunc pergamus lucem fœnerare Aristotelis loco: πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό. οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσον δύναται. Idem usu venire & nummo dicit quod aliis rebus quarum mercimonia sunt promiscua, ut nimirum aliquando minus, aliquando magis ex raritate aut copia habeantur caræ ac pretiosæ. Idem ergo & nummus patitur. Non enim semper idem valet. Δύναμις hic est pretium & æstimatio nummi, sive, ut vulgo loquuntur, valor. Perperam enim vertunt eruditi interpretes: *Non enim semper æqualem vim habet.* Etsi possit & vis hic pro pretio accipi, tamen aliud est. Τὸ ἰσοδύναμον in nummis de parili pretio dicitur, ut τὸ ἰσοστάσιον de parili pondere. Hinc apud Africanum de Ponderibus mina minæ ἰσοστάσιος καὶ ἰσοδύναμος vocatur, quæ in pari pondere par quoque pretium habet. Quo sensu dixerit Aristoteles nummum οὐκ ἀεὶ ἴσον δύνασθαι, non semper idem valere, ex Oeconomico ejusdem secundo potest intelligi, in his verbis: τούτων δὲ ἕκαστον μὲν περὶ τὸ νόμισμα λέγω, ποῖον καὶ πότε τίμιον ἢ εὔωνον ποιητέον. *Quæ circa rem nummariam versatur, qualis, & quando vilis aut carus efficiendus sit nummus.* Hujus carum aut vile pretium in argentariorum mensis publica auctoritate constitutis cognoscebatur prout vilius aut carius eum di-

 strahe-

ſtraherent, æſtimatione prius à populo aut principe facta. De quo in ſequenti capite. Sequitur mox in verbis Ariſtotelis: Ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον, διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι. Cum nummus, inquit, ut aliæ merces, nunc pluris, nunc minoris valeat, certum tamen magis ac perpetuum debet ejus eſſe pretium, quodque in eodem ferme ſtatu ſemper maneat. Hic enim ſenſus Græcorum verborum, ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον. Quo pertinet & Pauli Juriſconſulti dictum eadem omnino mente, leg. 1 D. de contrahenda emptione, de nummi inventione: *Electa eſt materia, cujus publica & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubveniret.* Nihil enim aliud voluit Ariſtoteles, quam perpetuam eſſe debere nummi æſtimationem, hoc eſt, ejuſdem ſemper tenoris, ut facilius inde pretium rebus omnibus fiat. Διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι. Quippe cum nummus ſit regula & modus permutationis, non debet variare ejus pretium, quo veluti pretio ceteræ res omnes, quæ in permutationem cadunt, æſtimantur. Οὕτω γὰρ ἔσται ἀεὶ ἀλλαγὴ, εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. τὸ δὴ νόμισμα ὥσπερ μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν, ἰσάζει. Hoc eſt, quod idem quoque Juriſconſultus dixit, *ut difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubveniret.* Nummorum quantitate ac numero exæquari καὶ ἰσασθῆναι rerum permutandarum pretium, plane intellexit. Æqualitas enim quantitatis Paulo eſt tantus pecuniæ numerus qui æqualis eſſe poſſit æſtimationi rei quæ nummo permutatur. Pro illis verbis apud Ariſtotelem, ὥσπερ μέτρον, σύμμετρα ποιῆσαν, quidam codices & meliores habent, ὥσπερ μέσον, σύμμετρα ποιῆσαν. Quod etiam confirmatur à Græcis interpretibus ac paraphraſtis. Ita enim legiſſe Andronicum, apparet ex his ejus verbis: καὶ οὕτως ἐν μέσῳ γενόμενον τῶν ἀσυμμέτρων, σύμμετρα ποιεῖ καὶ ἰσάζει. Ex quibus tamen utique patet, non eum intellexiſſe Ariſtotelis

telis mentem. Vulgatam lectionem defendi poſſe, putat vir doctiſſimus Sylburgius, eo quod ſequitur; μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι. Immo & veterem illam tuetur, quod præceſſit apud Ariſtotelem: διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι ὧν ἐστιν ἀλλαγὴ, ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε καὶ γίνεταί πως μέσον, πάντα γὰρ μετρεῖ. Ita igitur & hoc loco: τὸ δὲ νόμισμα ὥσπερ μέσον σύμμετρα ποιῆσαν, ἰσάζει. Idem quippe σύμμετρα ποιῆσαι, & μετρεῖν. Et notandum eſt, non abſolute dicere utrobique, νόμισμα eſſe μέσον, ſed ὥσπερ μέσον, & γίνεσθαί πως μέσον. At ſimpliciter alibi dixit, eſſe κοινὸν μέτρον πάντων. Mentem Ariſtotelis, qua voluit νόμισμα eſſe veluti μέσον in exæquandis in permutatione rebus, neque veteres, neque recentiores interpretes aſſequuti videntur. Μέσος hic idem quod μεσίτης, arbiter nimirum & pararius, atque, ut recentior Latinitas loquuta eſt, *mediator.* Ut enim apud eumdem δικαστὴς μέσος dicitur pro arbitro & mediatore, quem & μεσίδιον etiam appellat, ita hic νόμισμα μέσον vocatur, tanquam mediator & conciliator permutationis, dum æſtimationem rei, quæ permutatur pretio, exæquat. Ariſtoteles paulo ante: καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον, καὶ καλοῦσιν ἔνιοι μεσιδίους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμενοι. μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ ὁ δικαστής. ὁ δὲ δικαστὴς ἐπανισοῖ. Hic μέσος δικαστὴς eſt judex qui arbiter & mediator addictus eſt, quem μεσίδιον ab aliis vocatum docet Philoſophus. Ita enim exponenda hæc ejus verba, καὶ ζητοῦσιν δικαστὴν μέσον, καὶ καλοῦσιν ἔνιοι μεσιδίους. Et quærunt judicem arbitrum, quales vocantur à quibuſdam & μεσίδιοι. Aliter quidem accepit Andronicus, ſed falſus eſt. Ita autem παραφραστικῶς explicat: καὶ καλοῦσι δὲ αὐτὸν μέσον ὡς διὰ τοῦτο τοῦ μέσου τευξόμενοι, ἔνιοι δὲ οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο καὶ τρεῖς μεσιδίους καλοῦσιν ἐν ταῖς ἀμφισβητήσεσιν. Ex quibus ſaltem hoc liquet, μέσον & μεσίδιον eumdem eſſe, nempe mediatorem & arbitrum. Interpretes Latini neoterici peſſime reddiderunt,

diderunt, *quæruntque judicem medium.* Quos sequutus est qui Andronicum vertit, *quare & medium eum vocant. Nonnulli etiam non unum tantum, sed duos aut tres* μεσιδίους *vocant.* Quasi μεσίδιος Latine reddi non posset, aut quasi *medium* Latini dicerent, quem Græci μέσον aut μεσίτην appellant. Atqui Glossarium vetus, quod tanti facit, ut incomparabile ubique vocitet, docere ipsum potuit, quomodo Græcorum μεσίτης vel μεσίδιος Latine esset nominandus. Sic enim in eo legitur: Μεσίτης, *sequester, arbitrator, mediator.* Idem & μεσίδιος. Nam à μεσίτης μεσίτιος, pro quo μεσίδιον alii dixere. Sic πεζίδιον & πεζίτιον idem; ἐνδελεχὲς & ἐντελεχές. Hesychius utrumque agnoscit: Μεσιτίοις, μέσοις. Idem: μεσσίδιος, μέσος, ἴσος. Apud quos pecunia deponebatur, qui *sequestres* Romanis, Græcis etiam μέσοι, & μεσεγγυηταὶ, & μεσίδιοι. Unde verbum μεσιδιωθῆναι, tritum in judiciis, & contractibus. Phrynichus: Μεσιδιωθῆναι τέτριπται καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ ἐν τοῖς συμβολαίοις, ἀλλὰ σὺ μεσεγγυηθῆναι λέγε. Certe μεσεγγυητὴς nihil aliud quam ὁ μέσος sive μεσίδιος τῆς ἐγγύης, apud quem pecunia, promissa in diem vel sub conditione, aut etiam controversa deponitur. Per quos pactio inter duos contrahentes inducebatur, etiam μέσοι appellati, Latine *interpretes.* Hi proprie Græcis μεσοπράται, id est, μέσοι τῆς πράσεως, conciliatores & mediatores venditionis. Nam & *pretium*, ut ante notavimus, ex Græco πράτιον, & *interpretes*, qui inter duos contrahentes medium se interponerent conciliandæ emptioni. Postea ad alias pactiones traductum hoc nomen. Hic pretium in venditionibus faciebat. Unde Varro *pretium* dictum à peritis autumat, *quia hi solum possunt recte facere id.* De his emptionum proxenetis & parariis supra nonnulla notavimus. Horum opera utilior & magis necessaria olim quando res rebus permutabantur. Difficilius quippe expediri poterat, quot calceos

calceos sutor, ut exemplo ab Aristotele posito utamur, agricolæ dare deberet pro modio frumenti. Ubi nummus in medium exiit, tum explicatior facta permutatio. Et sic nummus quasi mediatoris & interpretis vicem implevit in exæquanda rerum æstimatione. Hoc est igitur quod Aristoteles dixit, nummum in emptionibus ac venditionibus γίνεσθαί πως μέσον, καὶ ὥσπερ μέσον πάντα σύμμετρα ποιῆσαι καὶ ἰσάζειν. In quibus verbis τὸ σύμμετρον etiam male accepere interpretes, qui vertunt, *res apta quadam compositione & convenientia concordes inter se & consentientes reddere.* Multa verba impenderunt, ut nihil conveniens huic loco redderent. Hoc quidem etiam significat τὰ σύμμετρα. nempe quæ analogiam habent, aut κατὰ μέγεθος, aut κατὰ πλῆθος, aut κατὰ ποιότητα, aut κατὰ τὰς δυνάμεις. Inde *symmetria* in ædibus, & in corpore humano, aliisque rebus, convenientia quædam & consensus partium inter se, & cum toto: quam vocem Latinum nomen non habere, scribit Plinius. Et Varro *symmetriam ædium* dixit apud Nonium: *Harum ædium summetriam confutabant architectones.* Sed hic τὰ σύμμετρα in propria significatione posuit Aristoteles, pro his quæ ejusdem sunt mensuræ, ut σύσταθμα dicuntur quæ ejusdem sunt ponderis. Unde συμμετρία & συσταθμία exæquatio eorum quæ in mensura consistunt & pondere. Ita enim accepisse sequentia indicant: τῇ μὲν οὖν ἀληθείᾳ ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα σύμμετρα γενέσθαι, πρὸς δὲ τὴν χρείαν ἐνδέχεται ἱκανῶς. Non posse vere veluti mensura exæquari quæ tantopere distent ac discordent, sed quoad usum permutationum, utcunque posse. Sed & statim infert, non posse consistere societatem absque permutatione, neque permutationem absque æqualitate, neque æqualitatem absque συμμετρίᾳ. Quæ non est symmetria quam in ædibus observant architecti, aut in simulacris statuarii, sed exæquatio rerum metiendarum

rum ad eamdem mensuram. Cum enim scripserit lib. x, in iisdem Nicomachiis, nummum esse κοινὸν μέτρον ᾧ πάντα μετρεῖται, plane ad μέτρον pertinet, τὰ σύμμετρα ποεῖν, id est, exæquare res, & ea quæ eadem mensura metitur quis. Nam τὰ σύμμετρα proprie sunt, τὰ τῷ αὐτῷ μέτρῳ μετρούμενα. Sic tamen ad proprietatem rerum commensurandarum & mensura exæquandarum allusit, ut nummum non velit esse hujusmodi mensuram qualis eæ sunt sic proprie appellatæ quibus aridæ aut humidæ fruges admetiendo æquantur. Nummus est μέτρον, non quatenus res sic metitur, quæ eadem mensura adæquantur, sed quatenus vice pretii intervenit, quo definitur rerum permutandarum æstimatio, ut par faciat pretium cum æstimatione rei quæ traditur. Hanc συμμετρίαν tantum præstat nummus, & prout est æstimatio rei quæ emenda est, plus aut minus in quantitate & numero, ex eo dando, exæquatio fiat pretii cum merce, quasi si pari mensura res aliquæ admetiendæ traderentur & acciperentur invicem. Ut in rebus quæ mensura constant, τὰ σύμμετρα sunt quæ eamdem habent mensuram, ita in mercibus permutandis, quibus nummus interponitur vice pretii, τὰ σύμμετρα dici certum est quæ ejusdem sunt æstimationis. Quod non solum verum est, cum nummus ut pretium pro merce aliqua datur, sed etiam cum res rebus invicem permutantur. Nummo enim prius æstimantur, deinde permutatio fit ex æquo. Si calceos habeat sutor permutandos cum tritico quod attulit in urbem vænale agricola, ut sciat quot calceos pro modio tritici debeat dare, calceos suos dicit esse tanti, si nummo vellet eos vendere, agricola contra modium tritici se tanti æstimare, si pecuniam pro eo accipiat. Sic exæquatio procedit. Calcei viginti drachmarum cum modio tritici totidem drachmis taxato permutati, plane erunt invicem σύμμετροι. Eadem plane futura est

est συμμετρία, si viginti drachmas ipsas in nummo dederit sutor pro modio tritici totidem drachmis æstimato. Quod igitur μέτρον nummus Aristoteli appellatur, ᾧ πάντα μετρεῖται, non proprie μέτρον illud mensura est, sed definitio vel taxatio pretii, vel æstimationis, hoc est, μέτρον τῆς ἀξίας, ut recte interpretatus est Andronicus: Ἔστι τοίνυν ἡ τὸ νόμισμα μέτρον, ὡς εἴρηται, τῆς τῶν πραγμάτων ἀξίας. Et paulo ante: Διὰ τοῦτο παρελήφθη τὸ νομίσμαλα, ἵνα πως πᾶν ἔργον δυνάνται ἀλλαγῶσι, ἡ παντὸς ἔργου τιμὴ ἀξίαν μετρῇ. *Et omnis operis pretium & æstimationem definiunt ac determinant.* Hoc enim sensu μέτρον est nummus. Nam & in Politicis νόμισμα scribit esse πέρας τῆς ἀλλαγῆς, ita hic μέτρον τῆς ἀλλαγῆς appellat. Hesychius: μέτρον, πέρας ἢ ἄλλο ὡρισμένον. Non tantum est τὸ ὡρισμένον, sed etiam τὸ ὀρίζον, ut σταθμὸς usurpatur non solum ἀντὶ τοῦ σταθμωμένου, sed etiam ἀντὶ τοῦ σταθμίζοντος. Sic μέτρον ἥβης est τὸ πέρας ἥβης, ultima juventæ meta, & μέτρον σοφίης, summa sapientiæ. Poëta de Hesiodo: πάσης μέτρον ἔχων σοφίης. Plato nummum etiam dixit σύμβολον τῆς ἀλλαγῆς, quod μέτρον quidam ex Græcis interpretantur. Ita autem & *definitionem* Latini usurpant pro æstimatione vel taxatione pretii. Symmachus lib. x, Epist. XLIX: *Petunt igitur de æternitate vestra, pro ratione præsentis justiciæ definitionis, augmenta, qui jam tanto oneri sustinendo pares esse non possunt.* Supra *taxationem* vocavit. Melius tamen est, cum Aristoteles in metaphora perstiterit rerum metiendarum quæ mensura exæquantur, ut paria sint & σύμμετρα, τὸ μέτρον apud eum intelligere de hujusmodi exæquatione sive mensura, qua res, quæ in permutationem cadunt, æqualitate æstimationis pariant invicem, & σύμμετρα existunt. In his autem Ethicis convenientius & commodius de nummo sensit ac pronuntiavit quam in Politicis fecerat, cum scribat, non futuram societatem, si permutatio non

non esset, nec permutationem, si non foret æqualitas, nec æqualitatem, non data commensuratione. Ejus porro commensurationis instrumentum esse nummum. Οὕτω γὰρ ἔσται ἀεὶ ἀλλαγὴ, si res nimirum pretio per nummum æstimentur, εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. τὸ δὴ νόμισμα ὥσπερ μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν, ἰσάζει. οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς, κοινωνία ἦν, οὔτε ἀλλαγὴ ἰσότητος μὴ οὔσης, οὔτε ἰσότης μὴ οὔσης συμμετρίας. Hanc porro συμμετρίαν nummus facit. Ante nummum fuisse etiam ἀλλαγὴν, ibidem affirmat. Quod verum est, sed non æque facilem, & explicabilem. Hæc proinde facilitas permutationis nummo debetur, cujus ideo inventio vetustissima. Tam antiquum porro institutum, etiamsi serius Græcis acceptum, & adeo necessarium mercimoniis tractandis & administrandis, non ita debuit in contemptum adduci, vel etiam infamari à Philosopho, ut nugas esse pronunciaret, & omnino inutilem ad rerum necessariarum comparationem. Ὁτὲ δὲ πάλιν, inquit, λῆρος εἶναι δοκεῖ τὸ νόμισμα καὶ νόμος παντάπασι, φύσει δὲ οὐθὲν, ὅτι μεταθεμένων τε τῶν χρωμένων οὐδενὸς ἄξιον, οὔτε χρήσιμον πρὸς οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐστί. Mira profecto hæc verba sunt, ac magis etiam mirabilis ratio. An, quia ab hominum instituto & consuetudine originem duxit nummus, ideo tanquam inutilis & nugatoria res repudiabitur? Utilitatem ejus experientia comprobavit, & summus gentium consensus in eo recipiendo. Sed non miror, tam male de nummo sentire Philosophum, absque quo mercatura vix potest explicari, qui de ipsa tota mercandi & mercium mutandarum ratione non melius opinetur, quam & ipsam præter naturam esse censeat. Sed nec artibus sese æquiorem ostendit, quas etiam cum mercatura parum naturæ convenientes affirmat, saltem quæstum, qui ex his colligitur, ut minime naturalem damnat. Si omnia νομιζόμενα & ab instituto hominum originem trahentia eo ipso rejicienda

cienda sunt, actum est ilicet de humana societate quam funditus eversum it qui ab ea tollit quod maximi esse momenti deprehenditur ad commercia & usum humanæ vitæ. Plato, cum absolutissimam vellet reipublicæ formam exhibere, quæque cogitatione potius concipi quam re ipsa posset constitui, nummi tamen necessitatem ad permutationes & alios contractus agnovit in Legibus suis lib. v. Cum enim auri & argenti possessionem non concedat cuiquam privato, nummi tamen habendi facultatem iisdem permittit, ut prorsus necessarii ad quotidianas permutationes, ad pensiones pro habitatione, pretia & mercedes opificibus & operariis solvendas. Locus, quia vulgo male distinctus legitur, sic interpungi ac legi apud eum debet: Πρὸς τούτοις δὲ ἔτι νόμος ἕπεται πᾶσι τούτοις, μηδ' ἐξεῖναι χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον κεκτῆσθαι μηδένα μηδενὶ ἰδιώτῃ, νόμισμα δὲ ἕνεκα ἀλλαγῆς τῆς καθ' ἡμέραν, ἣν δημιουργοῖς τε ἀλλάττεσθαι σχεδὸν ἀναγκαῖον, καὶ πᾶσιν ὁπόσων χρεῖα τῶν τοιούτων, μισθοὺς μισθωτοῖς, δούλοις, καὶ ἐποίκοις ἀποτίνειν. ὧν ἕνεκά φαμεν τὸ νόμισμα κτητέον, αὐτοῖς μὲν ἔντιμον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀνθρώποις ἀδόκιμον. Quem locum pessime interpretes reddiderunt, quia nec intellexerunt. Privatis Plato auri argentique non signati scilicet possidendi potestatem adimit, sed signati concedit. Quia ad usus vitæ quotidianos, qui in permutationibus versantur, maxime necessarius videatur. Si operario mercedem pro opera velis solvere, nisi ad manum sit nummus, non facile expedies unde illi satisfacias. Si pro arte opifici similiter manupretium solvendum sit, hærebis, nisi adsit nummus. Si pensio pro domo præstanda, nummo opus est, ut facilis sit solutio. Ἔποικοι ibi non sunt inquilini, qui habitationem conducunt, sed ipsi locatores, & domus domini, quos στεγανόμους etiam dixerunt, ut pensio quæ ipsis pendebatur pro habitatione ab inquilinis στεγανόμιον, ut & ἐνοίκιον. Nam & ἔνοικοι dicebantur

 inqui-

inquilini: at ἔποικοι sunt domini quibus pensio solvitur. In his omnibus contractibus & obligationibus nummi necessitas facile perspicitur. Nam in aliis mercium permutationibus, cum merces pro mercibus darentur, expeditior erat ratio, & nummi minor usus, non adeo sane necessarius. Sed in illis, quæ enumeravit Plato, non adeo expedita poterat iniri via hujusmodi negotiorum dissolvendorum, ante quam nummus esset inventus. Operam suam mihi locavit mercenarius aut in vinea fodienda, aut in agro arando, aut etiam in latura corpore facienda. Finge, tempus esse quo nummus nesciebatur. Oportebat id conductori adesse quod locator libenter acciperet, aliquid nempe cujus indigeret operarius, & quod supereſſet ei qui illius operam conduxerat. Alias neque hic libenter tradidisset quo ipse opus haberet, neque ille id accepisset quo non careret. Sed fieri sæpe poterat, ut qui solvebat, non haberet ad solvendum nisi illud ipsum quod etiam habebat ille cui erat solutio facienda. Difficultatem hanc, quam frequenter interveniſſe in hujusmodi contractibus plusquam certum est, optime nummus explicavit, cujus utilitas, immo potius necessitas, vel inde maxime spectari potest. Subjicit Plato: ὧν ἕνεκά φαμεν τὸ νόμισμα κλητέον αὐτοῖς μὲν ἔνομον, τοῖς δ' ἄλλοις ἀνθρώποις ἀδόκιμον. Nempe vult Plato, his, qui pecuniam accipiunt, aut pro opera sua, aut pro arte, aut rei alicujus usu quam commodarunt, eam esse caram & pretiosam, ceteris vero hominibus minus acceptabilem. At cur hoc? Unde enim erit carus & in pretio nummus iste hominum generi, nisi etiam aliis eum expendere queant quibus sit æque acceptus ac pretiosus? Artifex nummum accepit pro manupretio artis. Quid illo faciet, nisi pistori quoque, à quo panem sumet, aut cauponi, à quo vinum, sit æque ἔνομος? Sed de mercenariis Plato intelligit, quibus omnibus pecunia magis in honore

nore & pretio quam ceteris honestioribus, quia illi mercedem in ea accipiunt. Qui enim operam suam pro nummo præbet, aut aliquod opificium, cariorem habet nummum opera aut opificio. E contra ille, qui nummum suum dat pro opera alteri, aut pro alia re, nummum suum minoris æstimat quam id quod in permutationem ejus accipit. Hic sensus est Platonis, nummum esse carum & pretiosum mercenariis, aliis hominibus non item. Atque hoc de privatorum pecunia, quod ἰδιωτικὸν νόμισμα dicere liceat. Sequitur apud Platonem de communi & publico, quod nimirum ipsa civitas in ærario suo conditum servare debet. Hoc duplicis generis statuit Plato in sua republica, τὸ Ἐγχώριον, & τὸ ξενικὸν, Græcam, hoc est, indigenam pecuniam, & peregrinam vel exteram. Solam indigenam & Græcam habere concedit privatis, non item peregrinam. At publico & Græcum & externum nummum possidere fas est. Verba, quibus hæc persequutus est, adeo perperam acceperunt interpretes, ut hospites ac peregrinos, non Græcos, in eo vertendo fuisse appareat. Sic ea legenda sunt partim ex conjectura nostra, partim ex librorum auctoritate: Κοινὸν δ' Ἑλληνικὸν νόμισμα, ἕνεκά τε στρατειῶν καὶ ἀποδημιῶν εἰς τὰς ἄλλας ἀνθρώπους, οἷον πρεσβειῶν, ἢ καὶ τινὸς ἀναγκαίας ἀλλαγῆς κηρυκείων ἐκπέμπειν τινὰ ἂν δέῃ, τούτων χάριν ἀνάγκη ἐκ τοῦ κεκλῆσθαι τῇ πόλει νόμισμα Ἑλληνικόν. Quæ sic vertenda: *Quod ad communem pecuniam Græcanicam attinet, expeditionum militarium gratia, & peregrinationum apud exteras gentes, utputa legationum aut alius necessariæ permutationis nomine susceptarum, propterea Græca pecunia civitati habenda.* Sequitur de peregrina. *Si quis vero*, inquit, *privatus necesse habeat peregre ire, venia prius à magistratu impetrata, peregre proficiscatur. At si inde domum reversus fuerit cum nummo peregrino quem ibi quæsierit, in civitatis ærario eum deponat, & tantumdem*

tumdem de indigena recipiat proportione æqua. Sic privatis indigenam nummum tantum habere licuit, reipublicæ & indigenam & peregrinum. Lycurgus, cum delicias & luxum, omnemq; superfluarum opum appetitum eliminare ex civitate sua laboraret, nummum saltem retinuit ferreum, aureo argenteoque relegato. Quam necessarius usus esset nummi, ex eo liquet non minus eum intellexisse, quam abusus, qui ex eo nasci posset, quomodo tollendus foret, vidisse. Sic enim αὐτάρκειαν, quam tantopere commendat Aristoteles, ac naturalem prædicat, conservavit, & πλεονεξίαν abdicavit. Ex quibus patet, in una eademque sede morari posse nummum, & rerum naturæ sufficientem convenientemq; usum. Quod una posse consistere negavit Aristoteles. Quomodo utrumque obtinuerit Lycurgus, Plutarchus in ejus vita latius te docebit. Certe nummi necessitatem nihil est quod disertius probet. Alia vestis ad necessitatem, corpori tegendo: alia ad luxum & ambitionem, eidem ornando. Nec secus de nummo. Qui ad usum tantum necessarium in permutationibus eum adhibere voluerunt, ferreo æreoque ut plurimum usi sunt, ut Lacedæmones, Siculi, Romani quoque primis temporibus, eoque magni ponderis. Byzantii ferreos etiam percussere, ut ex Polluce liquet, & Aristophane. Qui vero ad divitias comparandas animum intenderunt, aureos & argenteos usurparunt. Ad summam, quod ultimum in inventionibus repertum est, si præsertim per gradus eo perveniatur, perfectissimum id esse & optimum, ratio ipsa naturalis suadet. Quod in nummo usu venisse, ut in aliis quamplurimis, exploratissimum est. Cum enim experientia magistra plurimos modos tentasset, ad extremum temporis processu eum elegit, quem utilissimum reapse probavit. Cujus rei certissimum tum argumentum est, si diutius perstiterit in eo retinendo quod aliquando tenuit. Id in

in nummo videre est. Hunc semel acceptum nunquam postea dimiserunt, qui à primo eum usurpare cœperunt. Inde νομίσματος per excellentiam, & νόμος nomen accepisse posset videri, quasi moris, vel instituti, vel legis fixæ immotæque, quam nunquam refigere & mutare liceret, nisi verius esset, quod supra de ejus etymo diximus. Quod ejus nomen tamen Aristoteles arripuit ad eum elevandum & vituperandum, satis, ut mihi quidem videtur, imprudenter. Fateor, ex opinione hominum & consuetudine potius eum originem trahere quam ex natura. Sed quam multa indidem orta feruntur, quibus tamen hodie carere sine maximo suo incommodo aut damno humana natura non queat. Natura nudum hominem creat. Unde illi vestis? Non utique ex natura. Inde ergo vestis homini unde & nummus. Magis illam dices necessariam quam istum. Hodie sane multæ nationes sine veste agunt, ut sine nummo. Si mercaturam exercerent, non minus ipsis esset necessarius nummus quam veste opus habent qui in frigidioribus locis degunt.

CAP. XVII.

Nummus etiam vendi solitus aliorum mercimoniorum modo. Nummi cum nummo permutatio venditionis & emptionis nomine appellata. Νομισματοπωλικὴ τέχνη *ea ars Platoni nuncupata. Polyæno dicitur* ἐργασία νομίσματος. *De hac nummorum permutatione locus Manilii explicatus & correctus.* Ἀργυροπράτας *Græcis vocati qui eam negotiationem exercent, ab argento signato vendendo. Argentarii iidem appellati ab eadem negotiatione Latinis, ut sagarii qui saga vendebant. Iidem & argentariam facere dicti, ut sagarii sagariam. Torrentius notatus in assignanda causa appellationis* ἀργυροπρατῶν. *Iidem*

dem ἀργυραμοιβοὶ appellati, & res ipsa ἀλλαγὴ, ut & rerum permutatio. Non dissimilem esse hanc nummorum ἀλλαγὴν rerum permutationi. Cur argentarii introducti. Ex multiplici ac vario rerum pretio varias etiam nummorum species proditas. Inde etiam natam eorumdem invicem permutandorum rationem. De ejusdem generis ac diversi nummorum permutatione. Quomodo eam definiant Arabes. Aspratura unde appellata sit. De asperis nummis, ac detritis. In omni permutatione nummorum, minorem, fuisse majoris pretium; & viliorem, carioris. Ita æs, auri pretium. Vice versa tamen aliquando aurum fuisse pretium argenti, & argentum æris. Idem nummus modo merx, modo pretium. Vnde dicti nummularii & κολλυβισταί. Græce κόλλυβος pro genere minuti ac vilis nummi. Inde & κόλλυβος, & Latine collybus, pro ipsa permutatione. Quid sit χειραλλάξειν & διαχειραλλάξειν. Locus Procopii à Suida citatus, & in eo vertendo error interpretis. Qui sint οἱ ξυμβάλλοντες. Argentarium, nummularium, & mensarium, esse synonyma. Cur argentarius à nummulario distinguatur apud Paulum. Differentia argentarii simpliciter dicti, & argentarii coactoris; argentariæ, & argentariæ coactoris. Argentarios præfuisse auctionibus. Qui sub his pretia ab emptoribus colligerent, coactores dictos. Coactor idem cum collectario. Κοάκτωρ in Glossis, vel Κομάκτωρ. Eos coactores, nummulis etiam erogandis & permutandis, ab argentario mercede conductos vacasse. Hinc confusa nomina & ministeria coactoris sive collectarii, & nummularii. Vetus inscriptio explicata. Quis sit officinator. Nummulariorum corpus, & monetariorum. De scribis & administris argentariorum Samaritanis appellatis. Cur nummularii monetariis adjuncti. Nummularii obnoxii solidis aureis vendendis. Solidi illi, quos vendere

vendere tenebantur, à quo & quomodo empti. Compendium permutationis nummariæ ad principem aliquando rediisse, idque in æreo nummo præcipue. Cur aliud in auro & argento observatum quam in ære. An auraria moneta suos peculiares habuerit nummularios, & suos item æraria, dubitatum. Non videri diversos habuisse. Per nummularios in Græcia vulgo, ut etiam Romæ, pecuniam publicam populo distributam ac divenditam. Suetonius emendatus & explicatus. Argentarii in Græcia à populo creati. Publicum fuisse eorum ministerium. Sub imperatoribus in certum corpus redactos fuisse. Nemini licuisse id munus exercere præterquam in illud collegium adoptatis. Ab armata militia submoti. De quinqueviris & triumviris mensariis Romæ aliquando creatis, quales. Diversi ii ab aliis mensariis, & inter extraordinarios magistratus. De mensa argentariorum. Græcis ξύλα nomine etiam appellata. Inde ξυλικὸν talentum, mensariorum proprium. Insedisse hanc mensam, non adsedisse. A permutatione Arabice dictos, ut & Græcis καταλλακτάς. Hebraice à mensa mensarios. Pecuniam quoque probasse. Ars publica lege facta denariorum probandorum. In Gallia nemo potest esse trapezita sine regis auctoritate ac permissione. Veterum argentarii etiam fœnerationi operam dabant. Nec dare fœnore, sed etiam accipere soliti. Apud eos pecuniæ deponebantur custodiendæ. De scriptura mensæ, quid sit. Græcis διαγραφὴ dicta. Διαγράψαι idem esse quod numerare. Scribere ac perscribere eodem sensu Latinis. Aliam fuisse hanc mensæ scripturam à scriptura nominum faciendorum. Ἀλλαγὴ nummorum quantopere necessaria fuerit. Vtcunque nummus ab instituto hominum fluxerit, usum tamen ejus in permutatione mercium ac mutuatione ad jus naturale debere referri. Mercaturam non esse juris gentium

tium sive naturalis, nisi & illa omnia pariter sint, quæ μεταβλητικῆς *nomine Aristoteli comprehensa. Tres ejus partes ab illo factæ. Quid sit proprie* ναυκληρία, *quid* φορτηγία, *quid* παράστασις. *Male reddi navigationem quæ sit naviculatio.* Φορτηγίαν *non esse vecturam, cum vectura sit potius merces. Sed nec* παράστασιν *institoriam recte verti. Qui sint institores.* Παραστῆσαι *merces, esse exhibere & repræsentare salvas. Altera permutatoriæ species fœneratio, quæ & versura dicta. Xenophon similiter tres species quæstuariæ facit, &* καπηλείας *nomine etiam sellularias artes comprehendit, quas* μισθαρνίας *nomine complexus est Aristoteles. Cum hic secundo loco fœnerationem nominet inter mercaturam & artium negotiationem, non sequius de illa judicare quam de duobus aliis generibus. Tria quoque genera* χρηματιστῶν *facere Onosandrum, qui primo loco numerat fœneratores ut sequiores; tertio mercatores, ut honestiores. Quæ Platonis sententia fuerit super fœneratione. Iterum quædam de naturali & non naturali permutatione adversus Aristotelem dicta.*

ANtiquitus, cum una eademque res in permutationibus modo merx esset, modo pretium, juxta Jurisconsultorum sententiam, ut una tandem res pretium fieret, cæteræ omnes mercis loco haberentur, institutum; & in eo instituto à prima inventione usque ad hoc tempus perseveratum est. Ea res nummus est. Ceterum illa ipsa res, quæ pro pretio in mercimoniis mutandis constituta est, ut etiam mercimoniorum aliorum more emeretur ac venderetur, obtinuit. Et sane id jure. Cum enim successerit in aliarum mercium locum, quæ aliquando pretii vicem implebant, in aliis quidem mercibus permutandis semper pretii instar habet,

habet, at cum ipsa secum, hoc est, nummus cum nummo, permutatur, tunc merx esse incipit. Quod illis revincendis etiam sufficit, qui permutationes antiquas emptionis & venditionis nomine venire negarunt. Quippe si nummi cum nummo mutatio, venditionis & emptionis nomine appellatur, mercis cum alia merce eamdem etiam appellationem merebitur. Νομισματοπωλικὴν eam artem appellat Plato quæ nummos cum nummis permutat, id est, nummos nummis vendit. In qua sane permutatione nummus alter pretium est, alter merx. Pollux lib. x, cap. vi: Πλάτωνι μὲν γὰρ καὶ τέχνη τις ἐστὶ πωλικὴ νομισμάτων, καὶ νομισματοπωλικὸν πρᾶγμα. Alio loco Pollux idem meminit νομισματοπώλου, nummorum venditoris, ex Antiphane, lib. vii: Καὶ Ἀντιφάνης ἐν Κύκλωπι, νομισματοπώλης, νομισματοπωλικὴ κατὰ Πλάτωνα. Certe Plato in Sophista cum aliis multis artibus etiam νομισματοπωλικὴν nominat. Polyænus vocat ἐργασίαν νομίσματος, lib. vi de Arato: Οἱ τρεῖς κλέψαντες βασιλικὸν χρυσίον ἧκον ἐς Σικυῶνα πρὸς Αἰσίαν, ᾧ καὶ Ἄρατος διὰ τὴν τοῦ νομίσματος ἐργασίαν ἐχρῆτο. παρὰ γοῦν τούτῳ τὸ χρυσίον κατήλλαττον. Ea est ἐργασία quæ nummos majores minoribus, aut minores majoribus mutat. Quæ ratio ἀλλαγὴ proprie dicitur, cum nihilominus etiam ἀλλαγὴ vocitetur aliarum mercium cum nummo mutatio, quæ venditio & emptio magis proprie est. Ut non mirum sit, si & nummorum ἀλλαγὴ venditionis quoque & emptionis appellationem apud Græcos Latinosque invenerit. Quis enim neget, de hac nummi permutatione accipiendos hos versus Manilii lib. v?

Et coquet argenti glebas, venamque latentem
Eruet, & silicem rivo saliente liquabit.
Et facti mercator erit per utrumque metalli,
Alterum & alterius semper mutabit in usus.

Prioribus duobus versiculis ἀργυρεψητὰς intelligit, sequentibus duobus νομισματοπώλας, quos *mercatores*

 facti

facti metalli per utrumque appellat, quia alterum altero mercantur, & alterum etiam in alterius usus mutant, aureum nempe argenteo, aut argenteum æreo, & contra. *Per utrumque*, id est, utroque. Sic apud Plinium lib. XXXIII: *Nec pondere aut facilitate prælatum est ceteris metallis, cum cedat per utrumque plumbo.* Id est, utroque. Pro *facti* in versu Maniliano legendum *flati*, nam de nummo intelligendum. *Factum* autem *metallum* aliud est, ut *factum argentum*. Scaliger, qui de auro & argento mixto interpretatur, quod ἤλεκτρον vocabatur, egregie fallitur. Nam duorum illorum versuum posteriorum sensus connectendus est, cum ille velit, priore de electro agi, posteriore χρυσορύκτην & χρυσεκλέκτην significari. Quod ratione prorsus caret. Sed & nummos, solidosque aureos passim vendi, distrahi, & emi legimus, in Imperatorum constitutionibus. Qui hoc munus habent, & id negotium exercent, ἀργυροπράτῃ etiam dicuntur Græcis, id est, argenti signati venditores, qui & ἀργυραμοιβοὶ vetustioris Græciæ auctoribus, argenti mutatores, sive, ut loquuti sunt posterioris Latinitatis scriptores, *cambiatores*. Res ipsa quippe ἀλλαγὴ proprie nuncupatur, id est, permutatio, quo nomine & antiquam rerum appellarunt permutationem. Hujusmodi ἀργυροπράτας, sive ἀργυραμοιβοὺς, Latini *argentarios* dixere, cujus nominis notio venditorem sive mercatorem argenti potius designat quam mutatorem. Ea enim forma facta vocabula negotiationem ejus mercis arguunt, quam in derivatione præferunt. Sic *restiarius* est σχοινοπώλης, *lintearius* ὀθονιοπώλης, *sagarius* ὁ σαγοπώλης. Ita ergo *argentarius* ὁ ἀργυροπώλης, sive ἀργυροπράτης, qui Platoni dicitur νομισματοπώλης. Iidem & *argentariam facere* dicebantur, ut alii *sagariam facere*, qui eam artem sive negotiationem profiterentur & exercerent. Torrentius ad Suetonii Neronem perperam ἀργυροπράτας appellatos ex eo censebat,

sebat, quod argentariis res quædam vendendæ committerentur, præsertim auri atque argenti species, nummi veteres, vasa cælata, gemmæque & lapides. Immo ἀργυροπράται à solo argento signato dicti, quod vendebant. Sic igitur nummi cum nummo permutatio æque venditionis & emptionis nomine olim vocitata est, ut, res quando cum rebus permutari moris erat, hic contractus venditionis pariter & emptionis meruit apud veteres appellationem. Verum dixerit aliquis, multum interest inter nummorum permutationem, & rerum. Fini namque diverso utrumque fieri. Res enim permutatione sive emptione acquiri, quibus ad victum, aut vestitum aliasque vitæ necessitates indigemus, nummos vero apud argentarios permutari, ut his necessaria ad vitam comparemus. Immo simile utrumque, &, quoad finem, eodem recidit. Rem nobis superfluam pro utili vel necessaria in permutatione damus. Nummum similiter, quem expendere quis non potest, & quo uti nequit, ad res necessarias emendas cum eo permutat qui usui ad hæc omnia sibi futurus est. Quod ut planius fiat, dicendum, quæ causa argentarios, id est, *argenti distractores*, ut eos vocat Julianus antecessor, fecerit. Docuimus supra, nummum ex numero potius & quantitate quam ex substantia sua usum præbere. Cum igitur pro multiplici rerum varietate, non unum quoque sed multiplex earum pretium sit, necesse fuit & varias nummum species non solum ex diversis metallis, sed etiam ex eodem genere cudi. Sic minoris & majoris formæ nummi facti in ære simul & argento & auro. Quæ res permutationibus locum dedit, non solum ejusdem generis ac materiæ nummorum inter se, ut aureorum minoris formæ cum majoribus, sed etiam inter diversi generis ac metalli nummos, ut aureorum cum argenteis, & argenteorum cum æreis, nec in eadem tantum regione, sed ex alia etiam

etiam in aliam. Hanc ἀλλαγὴν Arabes, ut antea diximus, صرف *ſarph*, quam definiunt eſſe permutationem pretii cum pretio in genere eodem aut diverſo, ut auri ſcilicet cum auro, vel auri cum argento. Si genus idem cum eodem permutetur, non dari exceſſum, id eſt, فضل, ſed debere id fieri مساويا, id eſt, par pro pari. In diverſi autem generis permutatione, ubi metallum alterum altero pretioſius, tum permutatio non fit ex æquo, ſed datur فضل. In eodem porro genere ſolum pondus æſtimationem variam induxit. Inde & permutatio introducta, quæ fruſtra expetereretur inter ejuſdem generis ac ponderis nummos, & ejuſdem formæ. Quis enim aureum permutari ſibi poſtularet, viginti quattuor puta ſiliquarum, cum alio æque penſante? Detriti tamen uſu ſolidi cum aſperis mutabantur apud argentarios in eodem genere & forma. Ita quidem eſt, ſed ponderis erat ex attritione detrimentum. Idque ſupplendum fuit argentario, qui integrum dabat & aſperum. Nam deleti & aſemi recuſabantur in communi commercio. Ἔπισημοι & aſperi quærebantur, quos argentarii menſa ſubminiſtrabat, cum diſpendio ponderis quod aberat detrito. Hinc *aſpratura* dicta, ut ante docuimus, negociatio argentariorum, ſive ipſa permutatio. Gloſſæ veteres: *Aſpratura*, κόλλυβος. In diverſo pondere, & eodem genere ratio mutationis evidens. Aureus Juſtinianeus viginti quattuor ſiliquas auri obryzi penſabat. Fuere & minutili nummi aurei eodem nomine ac pondere, quæ *ſiliquæ* Latinis, κεράτια Græcis. Permutabatur itaque nummus aureus, ſive ſolidus Juſtiniani viginti quattuor ſiliquis aureis. In diverſo genere metalli non pondus, ſed materia pretii diverſitatem ſtatuebat. In eodem itaque pondere diverſa erat æſtimatio, perinde, ut proportio fuit metalli

metalli cum metallo, auri cum argento, argenti cum ære, quæ variavit ſecundum tempora ac regiones. Olim in vetere Græcia drachma aurea decem argenteis permutabatur. Sic nummus aureus, quem Δαρεικὸν dicebant, didrachmi pondere, viginti drachmis Atticis argenteis, ut æſtimari, ita & permutari ſolebat. Romanis alia fuit inter aurum & argentum proportio, nec eadem iiſdem ſemper. Quod explicandum eſſet, ſi de ea re nunc ageremus. Non ſolum autem aureorum nummorum cum argenteis commutatio fuit recepta ac frequens, ſed etiam cum æreis. In omni porro hujuſmodi permutatione fere ſemper nummus minor æſtimationem ac pretium majoris ſtatuebat, ut aurei argenteus, utriuſque æreus. Ita in ea λογαρικῇ, quæ poſt Conſtantinum obtinuit, ſolidus aureus duodecim argenteis, quales *miliarenſes* adpellati, & Græce μιλιαρήσια, æſtimari dicebatur, argenteus viginti quattuor æreis, qui folles nominabantur. Sic Auſonius *æs pretium auri* eſſe ſcripſit. Novella Theodoſii *de pretio ſolidi* ſtatuit, quot millibus denariorum diſtrahi deberet ſolidus aureus. Idem eſt & de argento. Voluſius de Ponderibus: *Sicut autem aſſis appellatio ad rerum ſolidarum, hereditatiſque totius, diviſio autem ejus ad partium demonſtrationem pertinet: ita & ad pecuniam numeratam refertur, quæ olim in ære erat, poſtea & in argento feriri cœpit: ita ut omnis nummus argenteus ex numero æris poteſtatem habeat.* Certe ut nummus argenteus ex numero æris habet poteſtatem, ita aureus ex argenti ſimul & æris numero eam habere cenſendus. Non perpetuo tamen hoc verum. Nam & aurum conſtat pretium quoque æris fuiſſe, & argenti. Ut in mercimoniis invicem permutandis olim, antequam nummus eſſet, ex animo & propoſito permutantium & contrahentium apparebat, uter venditor eſſet, uter emptor, utrubi pretium foret aut merx. Ita cum nummus nummo cambia-

cambiatur, ex re, quæ agitur, poteſt intelligi, quæ ſpecies nummi nomen ac vim pretii mereatur, & quæ mercis. Semper quidem argentarius eſt venditor, &, qui ad eum accedunt nummi permutandi gratia, emptores, ſed prout expetitur ab emptore aurum, aut argentum, aut æs, illa, quæ poſcit, mercis loco ſunt, quæ adfert, pretii inſtar habent. Qui igitur venit ad argentarium, ut pro aureo ſolido ducentos & octoginta octo folles æreos ab ejus menſa auferat per cambium, non dubium eſt, quin aureus ſolidus pretium haberi debeat illius ſummæ æreorum. Si quis contra pro totidem æreis follibus unum ſolidum ab argentario relaturus accederet, æs pretium auri tum ſine ullo dubio erat. Et hoc eſt quod dixit Manilius his verſibus, quos paulo ante expoſuimus:

Et flati mercator erit per utrumque metalli,
Alterum & alterius ſemper mutabit in uſus.

Hic idem nummus modo merx erat, modo pretium, ſive aureus, ſive æreus, in permutatione, quæ *cambium* dicebatur. Frequentius autem permutabantur aurei nummi vel argentei æreis, & majores minutis. Unde iſtis argentariis nomen hæſit *nummulariorum*, à nummulis & minutis nummis, quos pro majoribus dabant, neceſſe habentibus majores minoribus ad uſum quotidianum permutare. Ab eadem cauſa Græcis quoque κολλυβισταὶ appellati. Nam κόλλυβος minuti nummi ſpecies ac minimi pretii apud Græcos, ut oſtendit verſus Callimachi apud Pollucem, Ἐκ τῶν ἐκεῖ βοῦν κολλύβου πιπράσκουσιν. Quod ipſe exponit, τοῦ προστυχόντος, ut Latini dicunt, *nummo addicere*. Et κόλλυβον eſſe ait νομισμάτιόν τι λεπτόν. Sic apud Ariſtophanem in Pace:

Οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον, οὐδὲ κολλύβου,
Νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ.

Ubi vetus ſcholiaſtes, κόλλυβον, εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος, interpretatur, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ὀβολοῦ. Gloſſæ veteres

teres Græco-Lationæ; *Collybus*, κερμάτιον. Suidas: Κόλλυβον, εἶδος νομίσματος. Male apud eum legitur, κόλυμβον. Bovis figuram æri impreſſam ita vocaſſe quoſdam, legitur apud Heſychium: Κόλλυβος, εἶδος νομίσματος, καὶ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς. Immo æreus nummus bovis figura inſignitus, ita juxta quoſdam appellatus, auctore Polluce, ut eſt ſcriptus in membranis. Nam editi non ſic habent, ea parte vitioſiores. Ἔλεγον δέ τι τὸ τρικόλλυβον οἱ ποιηταὶ, σμικρὸν νόμισμα. οἱ μέντοι βοῦν ἐκ τοῦ τυπώματος οὕτω κληθὲν νόμισμα καὶ Ὅμηρον εἰδέναι νομίζοντες, ἐν τῷ, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Ergo & βοῦς & κόλλυβος idem nummus æreus, bovis forma percuſſus. Inde & pro cambio ſive permutatione nummorum, quod nomen & Latini ex Græco mutuati in eodem ſignificatu retinuerunt. *Collybi* fit ſæpe mentio apud Ciceronem, & apud Suetonium in Auguſto, *manibus collybo decoloratis Nerulonenſis menſarius*. Nam aſſidua tractatione æreorum nummulorum, quibus permutatio perficitur, manus ſordes contrahunt ac decolorantur, hoc eſt, genuinum colorem corporis amittunt, ut tincturam è nummo defluentem induant. Sed nec minus, aurea & argentea pecunia, ſi tractetur frequenter, ſordeſcere ſolent manus. Κόλλυβος igitur ἡ ἀλλαγὴ, à minutis nummis dicta, quæ κολλυβισταῖς nomen dedit, iiſdem κερματισταῖς ab eadem ratione. Κέρμα quippe nummus minutus, ei rei præcipue ſerviens, ut pecunia major, ſive aurea ſit, ſive argentea, in plures ejuſmodi æreos diviſa diſtribuatur atque erogetur petentibus. Quod κερματίζειν & διακερματίζειν dicebant. Ariſtophanes: Οὐδ' ἀργύριόν τι ἐστὶ κεκερματισμένον. Id eſt, argentum per minutias nummulorum diviſum & erogatum. Idem in Veſpis:

— δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν,
Ἐλθὼν διεκερμάτιζε μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν.

Quæ ſic explicanda ſunt: *Drachmam nuper ille deriſor*

risor Lysistratus in commune datam utrique nostrum acceperat, qui ut dividuam faceret, in macello piscium sex obolis eam permutavit, ac pro tribus obolis, qui parti meæ cedebant, tres mugilis squamas in os mihi indidit, ac sic hiantem delusit:

Κἀπειτ' ἐπέθηκε τρεῖς λοπάδας μοι κεστρέων,
Κἀγὼ ἐνέκαψ', ὀβολοὺς γὰρ ᾠόμην λαβεῖν.

Vetus auctor apud Suidam: Ἐξήγαγεν ἐκ τῆς ζώνης τοὺς χρυσοὺς Δαρεικοὺς, κατακερματίσαι θέλων καὶ διαλύσαι τῷ πανδεκεῖ. *Prompsit è zona aureos Daricos, quos permutaret minutis nummis, ut solveret quod debebat cauponi.* Hoc proprium fuit mensariorum sive argentariorum, ut acceptos aureos minuta moneta permutatos darent volentibus, ut ad victum necessaria inde coëmerent. Suidas in voce Κέρματα, quæ λεπτότατα interpretatur, deinde subjicit: Ἐπὶ γὰρ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τῶν ἀργυραμοιβῶν πρότερον δέκα καὶ διακοσίους ὀβολοὺς, οὓς φόλλεις καλοῦσιν, ὑπὲρ ἑνὸς στατῆρος χρυσοῦ προΐεσθαι τοῖς ξυμβάλλουσιν, αὐτὸς ἐπιτεχνώμενος κέρδη, οἰκεῖα ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν μόνους ὑπὲρ τοῦ στατῆρος δίδοσθαι τοὺς ὀβολοὺς διετάξατο. Quæ nos in nostro de re Nummaria explicabimus. Ea verba sunt Procopii ex libro ἀνεκδότων, in quibus vertendis doctus interpres, τοῖς ξυμβάλλουσιν reddidit, *exactoribus.* Sed quinam illi fuerint exactores, vellem nos docuisset. Οἱ ξυμβάλλοντες, sunt privati qui contrahunt & negotiantur cum argentario vel nummulario permutationem nummorum, qui majores nummos minoribus cum eo permutant, aut minores majoribus. Idem error etiam ab eodem admissus alio ejusdem Procopii loco, ubi sermo est de nummulario: Εὗρον δὲ παρὰ δόξαν ἀργυραμοιβόν τε Πέτρον ὀνόματι, Σύρον γένος, ὅνπερ ἐπίκλησιν Βαρσύμην ἐκάλουν, ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος κέρδη αἰσχρότατα ἐκ ταύτης δὴ ἐπορίζετο τῆς ἐργασίας, τὴν περὶ τοὺς ὀβολοὺς κλοπὴν εὖ μάλα τεχνάζων, καὶ τοὺς αὐτῷ ξυμβάλλοντας ἀεὶ τῷ τῶν δακτύλων τάχει ἐκκρούων.

ἐκκρούων. Ubi, τοὺς ξυμβάλλοντας αὐτῷ, pessime vertit idem interpres, *exactores.* Immo, *qui rem cum ipso habebant, cum ipso contrahentes.* Ἡ τοῦ χαλκοῦ τράπεζα καὶ οἱ ὀβολοὶ *nummularium* adstruunt. Ex his omnibus intelligi potest, quare *nummularii* appellati sunt Latine, qui iidem *argentarii* ac *mensarii.* Quæ tria vocabula synonyma sunt ejusdem artis ac negotiationis apud Suetonium in Augusto, de avo ejusdem, quem mensarium fuisse cum dixisset Cassius Parmensis, *nummularium* interpretatur ipse Suetonius, qui *argentarium* etiam appellat. Jurisconsulti tamen nostri *argentarium* ab *nummulario* distinguunt, ut ex his Pauli constat leg. IX D. de edendo: *Nummularios quoque non esse iniquum cogi rationes edere, Pomponius scribit, quia & hi nummularii, sicut argentarii, rationes conficiunt, quia & accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur, & frequentissime ad fidem eorum decurritur.* Aperte hic, ut vides, *nummularii* alii ab *argentariis.* Quid igitur de his dicemus qui eosdem faciunt? Ut non unum officium fuit argentariorum, ita diversi etiam generis fuere nummularii. Ipsi argentarii, nummularii dicti, à nummulis, id est, κολλύβοις, vel κερματίοις permutandis, quod munus præcipuum habuerunt, unde & κολλυβισταὶ & κερματισταὶ Græcis etiam appellati. Iidem tamen auctionibus præerant, & rerum summa venalium penes illos erat apud Romanos, ut ex multis auctorum & Juris locis intelligere licet. Quo munere ut facilius fungi possent, sub se habuerunt, qui pecuniam colligerent, cogerentque ab his qui res in auctione venditas emerant. Hi etiam vocabantur ab eo officio *argentarii coactores,* non simpliciter *argentarii.* Nec *argentariam facere* absolute dicebantur, ut *argentarii* eorum domini, sed *coactionem argentariam.* Occurrit sæpius in veterum Inscriptionum

libro, *coactoris argentarii* mentio. *Coactores* quoque vocati sine adjectione *argentarii*. De his Horatius:

Si præco parvas, aut, ut fuit ipse, coactor
Mercedes sequerer. —

Horatii igitur pater coactor argentarius fuit, qui in auctionibus pecuniam ab his cui quid venditum fuerat, cogebat. Affine autem facit præconis officium coactoris muneri, quia præcones in auctione ad hastam stabant, & nuntiabant pretia oblata, ut notat vetus Horatii scholiastes Acro, qui & *coactores* ibidem sic interpretatur: *Coactores autem, mercenarii eorum qui habebant argentariam. Sunt autem argentarii, qui habent summam rerum venalium. Sunt autem argentarii qui habent summam divitiarum, à quibus accipiunt forani. Coactor, qui exigit nummos à circumforanis. Aliter. Coactores dicuntur argentarii in auctionibus, qui pecunias cogunt. Ipsi sunt collectarii.* Ita legenda ac distinguenda sunt illa Acronis verba, quæ vulgo depravatissima. *Aliter* ita hic accipitur, ut in Græciis scholiis ἄλλως. *Coactor* igitur idem cum coactore argentario, qui nimirum mercede conductus ab argentario, sive mensario rerum, quæ in auctionibus publicis sub hasta vendebantur, præfecto, pecunias ab his, quibus quid addictum fuerat, cogebant & colligebant, unde & *collectarii* etiam dicti. Porphyrio ad eum, qui ante allatus est, Horatii versum, coactorem scite exponit argentarium coactorem. *Argentarius*, inquit, *scilicet coactor, quod humile ac turpissimum genus quæstus habebatur.* Glossæ veteres: *Argentarius*, κομάκλωρ. Legendum videtur, κομάκλωρ. Sed fallitur. Non enim *argentarii* simpliciter hi coactores dicebantur, sed *coactores argentarii*, ut supra notavimus. Vulcanio placebat, emendari, ἐκπρομάκλωρ, id est, exactor. Sed mihi displicet. Nam & alio loco apud eum auctorem κομάκλωρ etiam scribitur Græce, & explicatur pro Latino coactore: *Coactor,*

κομάκλωρ. Non dubium quin de eodem intellexerit. Usus erat hac voce κομάκλωρ Rhinton, sed quo sensu, incertum. Nec id explanavit Hesychius. Κομάκλωρ, inquit, ἡ λέξις παρὰ Ῥίνθωνι ἐν Μηδείᾳ. Si verum est quod Glossarii auctor scripsit, idem fuerit κομάκλωρ Siculis cum coactore argentario. Hæc incerta, ut illud certissimum, hujusmodi coactores argentarios, collectariosque, qui in auctionibus mercede conducti hanc operam dabant argentariis, ut & præcones, etiam *nummularios* fuisse dictos, à nummulis quos exigebant ab emptoribus rerum sub hasta venditarum in publica auctione. Atque hi erunt omnino *nummularii*, quos Jurisconsulti ab *argentariis* diversos statuunt, quibus & ipsis necessitatem injungunt rationum edendarum, *quia pecunias accipiebant quas per partes erogarent.* An hoc etiam pertinet ad pecunias ex auctionibus collectas, quas accipiebant nummularii sive argentarii coactores? Atqui dicit, per partes eam pecuniam erogare solitos, quam acceperant. Hoc non facere consueti coactores illi argentarii, sed coactam ab emptoribus argentario ipsi reddebant universam, hoc est, illi à quo conducti ad hanc operam sibi præstandam fuerant. Qui igitur pecuniam per partes erogabant, non alii videntur quam quibus id negotium curæ, ut nummulos distribuerent aliam nummorum speciem alia specie mutare quærentibus. Hinc mihi fit verisimile, argentarios, hoc est, dominos ipsos argentariæ mensæ, & exercitores, non tantum sub se habuisse homines, quorum opera ac ministerio uterentur ad colligenda ex rebus in auctione venditis pretia, sed etiam qui nummulos erogarent collybo permutandos. Atque ut illi *coactores & collectarii* ab illo munere dicti, ita hi, *nummularii.* Quid porro vetat, eosdem idem muneris obiisse sub argentariis? Inde certe est, quia promiscue hoc & illud præstarent, hoc est, pecuniam cogerent

rent ab emptoribus rerum venalium, eandemque domini vice per partes erogarent petentibus, ut *collectariorum* nomen & *coactorum* etiam de his, qui nummulos in cambio erogabant, usurpatum sit. Suidas: Ἀργυραμοιβὸς, ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλαττόμενος, ὁ τραπεζίτης, ὁ ἀργυροπράτης, κολλυβιστής. Idem repetit & in voce κολλυβιστής, quem ἀργυραμοιβὸν exponit. Symmachus collectarium quoque posuit pro nummulario, vel argentariæ exercitore, ministro, his verbis, lib. x, Epist. XLIX: *Vendendis solidis, quos plerumque publicus usus exposcit, collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca vinaria statutum precium subministrat.* Paulo post *nummularios* eosdem appellat: *Et cum in foro venalium rerum majore summa solidus censeatur, nummulariis pretia minora penduntur. Petunt igitur de æternitate vestra pro ratione præsentis justiciæ, diffinitionis augmenta, qui jam tanto oneri sustinendo pares esse non possunt.* In voce *collectarii* nulla significatio est pecuniam permutantis & erogantis, sed olim, qui sic dicti operam dabant argentariis sive τραπεζίταις in colligendis rerum venditarum pretiis, quorum auctioni præerant argentarii, unde & *coactores argentarii* vocitati. Postea cum & iidem munus etiam administrarent sub iisdem argentariis nummulorum in cambio dividendorum, sic confusa nomina, ut & ministeria. Hinc in veteri Inscriptione mentio fit *officinatorum & nummulariorum argentariæ officinæ.* Ergo in argentaria officina plures erant nummularii, qui servi erant aut mercenarii, ab argentariæ mensæ, vel officinæ magistro ad id muneris obeundum præpositi. Vereor tamen, ne officina argentaria non sit ibi accipienda de mensa argentariorum. Integra sane Inscriptionis verba aliud suadent, quæ ita in saxo concepta sunt: *Officinatores & nummularii officinarum argentariarum familiæ monetariorum.* Officinæ igitur illæ argentariæ ad familiam

miliam monetariorum pertinebant. Et *officinatores* ibi sunt omnes οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται. In alio veteri saxo inscribuntur, *officinatores monetæ auratiæ argentariæ Cæsaris.* Eo nomine puto comprehendi flaturarios, suppositores, malleatores, signatores monetæ, & omnes denique qui in officina monetariorum aliquod opus faciebant. Ergo familia monetaria, hoc est, corpus monetariorum, ut suos habuit officinatores, ita & *nummularios.* Unde & vetus quædam ἐπιγραφὴ mentionem habet *M. Vlpii Secundi, nummularii officinæ monetæ.* Qui nummularii & ipsi in corpus & familiam redacti, haud secus ac monetarii, eique corpori obnoxii. Hinc saxum antiquum nobis exhibet, *P. Lollium Maximum, nummulariam primum officinæ monetariæ argentariæ.* Quod primus nummularius hic dicitur, primatum in eo corpore habuisse id prodit. Vide leg. 1 Cod. de collegiatis, & chartopratis, & nummulariis. Ipsa lex sancit, *ne argentariorum vel nummulariorum munera declinentur, ab his qui dici tantummodo collegiati vel decani festinant.* Ubi argentarii & nummularii iidem sunt. Nisi quis dixerit, ideo distingui, quia *argentarii* sint ipsi magistri mensæ argentariæ & præpositi, hoc est, ut Justinianus eos in Novellis vocat, οἱ προϊστῶτες τῆς ἀργύρου τραπέζης, nummularios autem esse proprie administros argentariorum, in nummulis expendendis & erogandis, ut supra docuimus. Justinianus in Novella περὶ ἀργυροπραλικῶν συναλλαγμάτων, qui olim nummularii fuere, vocat ὑπογραφεῖς, & Σαμαρείτας vulgo dictos docet. Quod enim, ut verisimile est, Samaritani versuræ essent periti exercendæ, argentariis se ad hoc munus mercede locabant. Cap. II Novellæ suprascriptæ: Καὶ γράμματα φέροι αὐτῷ ὁ τῆς τραπέζης προϊστηκὼς, ἢ γε ὑπογραφέως αὐτῷ, ὃς Σαμαρείτης καλεῖται. Quinimmo & argentarii ipsi solebant plerumque servos præponere mensæ argentariæ, qui eam sua

vice exercerent, ut institores à mercatoribus ergasterio præficiebantur. Hinc institoriæ etiam actionem adversus eum competere scribit Alexander adversus eum à quo servus mensæ præpositus fuit, leg. III Cod. de Instit. & Exerc. Vide & legg. V, XIX & XX, D. de institoria actione. Revera enim institores erant, aut pro institoribus hi servi quos mensæ suæ exercendæ præponebant argentarii. Hi erunt si forte *nummularii*, quos post Pomponium Paulus scribit cogi debere rationes quoque edere, haud secus atque ipsos argentarios. Auctores tamen, ut dixi, sine discrimine argentarios ipsos nomine nummulariorum & collectariorum indigetant, cum certum sit, collectarios subservisse argentariis ad pretia colligenda rerum venditarum, ut nummularios ad nummulos è mensa cambiare volentibus erogandos. Collectariorum corpus vendendis solidis, quos publicus usus exposcit, obnoxium esse, scribit Symmachus loco supra citato. Qui nummularii sunt, & argentarii, & ἀργυροπράτ) Justiniani, & ejusdem τῆς ἀργύρου τραπέζης προεστῶτες, quos & corporatos fuisse significat eadem Novella, qui τὸ κοινὸν τοῦ συστήματος τῶν ἀργυροπρατῶν appellat. In pragmatica sanctione de eorumdem argentariorum sive nummulariorum contractibus, τὸ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματεῖον vocat, & τοὺς ἐν τῷ τῶν ἀργυροπρατῶν σωματείῳ καταλεγομένους, *qui argentariorum corpori adnexi sunt*. Cur eos veteres aliquot inscriptiones monetariorum familiæ adjungant, ea ratio est, quia, ut ait Symmachus, obnoxii erant solidis, qui in usu publico erant constituendi, vendendis. A monetariis eos sumptos certo pretio, quod ex Principis voluntate statuebatur, privatis porro distrahebant. Plerumque autem eveniebat, ut, si taxatio modica facta fuisset pretii, quo solidum tenebantur divendere, crescente interim solidi æstimatione veluti publico consensu in foro rerũ vænalium, magno inde adficeretur damno corpus

corpus nummulariorum. Quæ res sępius eos adigebat ad principem decurrere, & flagitare pretii augmentum. Diserte id patet ex epistola Symmachi, quam pro nummulariis ad Theodosium scripsit eo nomine gravatis, & levamen poscentibus. *Vendendis*, inquit, *solidis, quos plerumque usus publicus exposcit, collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca vinaria statutum pretium subministrat. Huic hominum generi taxationis exiguæ vilitate nutanti, Divus frater numinis vestri tantum pro singulis solidis statuit conferendum quantum æquitas illius temporis postulabat, D. Imperator. Sed, paulatim, auri enormitate crescente, vis remedii Divalis infracta est. Et, cum in foro vænalium rerum majore summa solidus censeatur, nummulariis pretia minora penduntur. Petunt igitur de æternitate vestra, pro ratione præsentis justiciæ, diffinitionis augmenta, qui jam tanto oneri sustinendo pares esse non possunt.* Ex his verbis perspicitur, statutum pretium à Principe solidis aureis quos vendere debebant nummularii sive collectarii. Id pretium illis subministratum ab arca vinaria. Majore pretio non potuisse solidum distrahere, etiamsi aucta ejus esset æstimatio in foro, sine consensu & auctoritate principis. Si hoc damnum eos spectabat, oportet suos illorum factos solidos. Nam si principis nomine eorum divendẽdorum curam tantum habuissent, detrimentum nihil ad illos attinuisset. Quo casu ratio id postulabat, ut compendium collybi ad principem rediret. Hinc scribit Procopius in ἀνεκδότοις, cum antea nummularii pro solidis singulis, privatis qui cum ipsis contractum inibant, ducentos & decem folles vulgo in permutatione cambii numerarent, Justinianum statuisse, ut deinceps centum & octoginta tantum darent. Quo facto lucrifaciebat sextam aurei solidi partem. Ταύτην δὲ νομίσματος ἑκάστου χρυσοῦ ἀπέτεμον μοίραν πάντων ἀνθρώπων. Perperam Alamannus

mannus legi vellet, ἀπέτεκον. Suidas in voce Κέρματα legit, χρυσοῦ ἕκτην ἀποτεμάμενος μοῖραν, sexta aurei parte resecta. Cum enim triginta folles resecaret, ita sextam partem aurei lucrabatur, qui solebat permutari apud mensularium ducentis ac decem follibus. Ita compendium illud ad principem redibat, cum centum & octoginta folles erogabant pro solido qui in usu publico decem ac ducentis permutabatur vulgo. Si hinc lucrum princeps faciebat ex solidis qui nummulario tradebantur, & pro quibus nummularius certam summam follium æreorum, dum permutarentur, expendebat, cur non similiter & in solido qui distrahebatur à nummulariis, permutationis commodum sentiebat Princeps? Non sensisse commodum, vel hinc liquet, quod damnum respiciebat nummularios, si viliori pretio taxati essent solidi quos distraherent quam vulgo in commerciis consuessent exponi. Præterea proprios nummulariorum solidos hoc modo fuisse factos oportet, quos ita cum detrimento suo permutarent, si contigisset auri pretium in foro promercalium rerum increscere. At non sui fiebant eorum folles, ut videtur, quandoquidem quæstus ex collybo principis commodis cedebat. Aliud igitur observatum fuisse, necesse est, in auro & argento, aliud in ære. Et sane aurea & argentea pecunia, certo pretio taxata à monetariis principis, tradi solita nummulariis, quam etiam ipsi privatis statuto à principe pretio permutatam distribuerent. Auri enim & argenti, ut supra diximus, pretium erat æs. Tot æreis æstimari poterat nummus aureus & argenteus. Ideo sic taxatus uterque nummulariis tradebatur, ut eum privatis divenderent, qui prius eum emerant à monetariis. Æreæ pecuniæ, ut vilissimæ, alia non fuit quæ pretium ejus esse posset. Præterea auri & argenti rudis eadem propemodum æstimatio tunc erat, quæ & signati. Ideo non magnum inde Principis

cipis ærario emolumentum accedebat. Solidi quippe fiebant ex auro obryzo, cujus æstimatio, ut jam ante docuimus, non major fuit in nummo quam in massa. Cum igitur emebant solidos à monetariis nummularii, quos populo distraherent, ponderis fere tantum rationem habebant in eo emendo, haud secus ac si massam obryzi emissent. Certum deinde ipsis à principe imponebatur pretium, ut non possent majoris eos populo vendere & erogare quam tot argenteorum & aureorum summa. Quod si interim ut sæpe fiebat contingeret pretium auri increscere, vel ex raritate, vel ex alia causa, tum illi non levi damno feriebantur, quo ut levarentur, principem adibant, ut pretium solido majus poneretur, & æquale æstimationi quam vulgo haberet in foro rerum vænalium. His adde, quod huic muneri, sive oneri obnoxii erant nummularii ex conditione sui corporis, quod declinare non illis licitum. Idcirco & damni eorum, vel indemnitatis, aliquando parvus habitus respectus. In ære sive æreo nummo aliud videtur obtinuisse. Ærei nummi infinito majus pretium fuit quam æris in massa consistentis. Ideo ex hoc genere pecuniæ maximum principis rebus lucrum accedebat. Ea de causa non eam emebant à principe nummularii, ut privatis distraherent, sed iis tradebatur ut nomine principis divenderent, taxato quoque à principe pretio, ut tot nimirum ærei nummi in permutatione darentur pro tali specie nummi aurei vel argentei. Si vellent majus inde ad se compendium redire, id faciebant quod olim fecisse Justinianum Procopius arguit, ut pro solido permutando minorem numerum æreorum dare juberentur nummularii, quam in usu foroque communi æstimari solerent. Quod jam superius exposuimus, & latius in nostro de re Nummaria exequuti sumus. Novella est Theodosii de pretio solidi, qua præcipit, & *eo præcepto etiam illud in perpetuum vult*

contineri, ne unquam intra sex millia nummorum solidus distrahatur emptus à collectario sex millibus ducentis. Sic enim legenda hujus Novellæ verba alibi adstruimus, & explicamus. Videtur præterea, quod ex antiquis inscriptionibus & scriptionibus collegimus, suos ac peculiares nummularios habuisse auraria & argentaria moneta, suosque etiam æraria. In saxis veteribus mentio fit aliquoties *nummulariorum argentariæ officinæ monetariorum.* In aliis *nummularius* occurrit, *aurariæ & argentariæ monetæ Cæsaris.* An ergo æraria moneta alios ac suos habebat nummularios? Procopius in ἀνεκδότοις meminit cujusdam Petri, Barsymæ cognomento, nummularii quem dicit præfuisse ærariæ mensæ. Εὗρον δὲ παρὰ δόξαν ἀργυραμοιβόν τε, Πέτρον ὀνόματι, Σύρον γένος, ὅνπερ ἐπίκλησιν Βαρσύμην ἐκάλουν, ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος κέρδη αἰσχρότατα ἐκ ταύτης δὴ ἐπορίζετο τῆς ἐργασίας. Nec est quod quis objiciat, χαλκὸν ibi accipi debere pro auro etiam & argento, ut sæpe Græci accipiunt, nam, nummulos, hoc est, obolos eum tantum tractasse ac distraxisse, quæ sequuntur ostendunt: τὴν περὶ τοὺς ὀβολοὺς κλοπὴν εὖ μάλα τεχνάζων, καὶ τοὺς αὐτῷ ξυμβάλλοντας ἀεὶ τῷ τῶν δακτύλων τάχει ἐκκρούων. Ærariæ monetæ conjicio eum fuisse tantum nummularium, cum dicat, eum præfuisse τῇ τοῦ χαλκοῦ τραπέζῃ. Alias τὴν τοῦ ἀργύρου τραπέζην, id est, argentariam mensam appellant, cujus exercitores ac præfecti nummularii tam aureæ quam argenteæ si forte pecuniæ distribuendæ ac vendendæ facultatem habebant. In antiqua Inscriptione memoratur quidam *stipis argentariæ negotiator.* Qui fortasse in nummis argenteis tantum negotiatus fuerit, non etiam in aureis vel æreis. Si quis tamen contra pertenderit, non alios fuisse auri & argenti & æris nummularios, sed eosdem omnis generis pecuniam tractasse, sibi id habeat, donec certiora de his testimonia

monia nactus fuero. Quod enim eum nummularium præfuisse dicit Procopius τῇ τοῦ χαλκοῦ τραπέζῃ, non ex eo sequitur, nec argentariam mensam eum exercuisse. Nam in mensa argentariorum expositi jacebant ærei nummuli, quos per partes erogabant aureos nummos ære permutare desiderantibus. Hinc apud Johannem dicitur Dominus evertisse mensas nummulariorum, & æs, quod in his erat, effudisse: καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε. Per τὸ κέρμα intelligit æreos nummulos. Hinc *æs* vertit vetus interpres. Atque ita veteres Glossæ: Κέρμα, *æs.* Arabs tamen interpres reddidit دراهم, id est, *drachmas*, quæ erant argenteæ. Certe & χάλκινα Alexandrini de nummis argenteis dixerunt. Verum de his alibi. His adde, quod argentarii appellati non solum qui argentum, sed & qui aurum, & æs tractabant. Illud utique certissimum est, per hujusmodi nummularios, sive argentarios, non solum Romæ, sed etiam in Græcia, olim publicam pecuniam populo fuisse distributam ac divenditam, & nummorum permutãdorum copiam, quod cambium Latini Græci ἀλλαγὴν & κόλλυβον appellant, nonnisi certis hominibus concessam, quos Respublica ipsa constituisset. Aristoteles in Oeconomico secundo de Byzantiis: Τῶν τε νομισμάτων τὴν καταλλαγὴν ἀπέδοντο μιᾷ τραπέζῃ, ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἦν οὐθενὶ οὔτε ἀποδόσθαι ἑτέρῳ, οὔτε πρίασθαι παρ' ἑτέρου. εἰ δὲ μὴ, στέρησις ἦν. Ita interpretandum quod Suetonius refert de Cæsare Julio, cum ille in Gallia fana templaque deum donis referta expilavisset, urbes diruisset, sæpius ob prædam quam ob delictum. *Inde factum,* inquit, *ut auro abundaret, ternisque millibus nummum in libras promercale per Italiam provinciasque divenderet.* Sic enim scribi oportet ex antiquissimis codicibus, non, ut vulgo reponunt doctissimi viri, *divideret.* Promercalia divenduntur.

duntur. Et sane per mensarios aurum illud promercale divendidisse intelligendus Cæsar. Quæ summa auri vilitas fuit. Hoc modo triginta aureorum pretio libram auri vendidit, cum vulgo tunc in libram auri quadraginta & octo aurei cuderentur. Per nummularios eam venditionem plane factam constat. In plerisque Græciæ urbibus à populo creabantur hi mensarii, ut constat ex Cicerone in ea pro L. Flacco: *Cum civitate mihi res est acerrima, & conficiendarum litterarum diligentissima, in qua nummus moveri nullus potest sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quattuor mensariis, qui apud illos à populo creantur.* In sequentibus *publicam mensam* vocant, quam illi exercebant. Publicas quoque fuisse personas quæ eo munere fungerentur apud Romanos, ex multis juris nostri locis patere potest. Gajus leg. x D. de edendo, argentariorum officium ac ministerium publicam habere causam dixit. *Ideo*, inquit, *argentarios tantum, neque ullos alios absimiles eis edere rationes cogit, quia officium eorum atque ministerium publicam habeat causam: & hæc principalis eorũ opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant.* Publicas personas, non privatas fuisse, inde liquet. Proinde falsum, quod notant Jurisconsulti neoterici, posse quemque jure civili per se ac sua voluntate argentarium esse. Jam ante docuimus, corpus eorum & collegium, sub imperatoribus fuisse certum, quod huic muneri obnoxium foret. Nemini igitur licitum præterquam ejusdem collegii corporatis id oneris suscipere, aut id muneris exercere. Justinianus hoc eis privilegium concessit, ut ab armata militia sola removerentur, quamcunque vero aliam possent capessere; leg. unica, Cod. Negotiatores ne militent. At Theodosius etiam *trapezitas*, id est, argentarios, vel nummularios, cum reliquarum mercium quibuscunque negotiatoribus, non solum ab armata militia, sed etiam à provincialibus

libus officiis removerat. Vide leg. XII Cod. de cohortalibus. Cum Græcis vocentur τραπεζῖται, id est, mensarii, qui κολλυβισταὶ, iidem & κερματισταὶ, eademque eorum mensa, quam exercent, dicatur *argentaria*, à quo ipsi *argentarii* appellati, frustra est, quod discrimen olim fuisse adnotant viri docti inter argentarios & mensarios. Torrentius ad Suetonii Augustum observat, ante Cæsarum tempora *mensariorum* nomen paulo fuisse honestius, cum non nisi de publica ratione diceretur; Jurisconsultorum autem nostrorum ævo, qui sub Cæsaribus scripsere, indifferenter *mensarios & argentarios* fuisse dictos eosdem. Quam nihili esse constat observationem. Nam semper, & in Græcia, & Romæ, iidem fuere mensarii, sive trapezitæ cum argentariis, sive nummulariis. Ceterum illi mensarii, quorum nomen honestius fuisse vult sub libera republica, alterius generis & ordinis erant, ad instar mensariorum à senatu constituti extra ordinem ex primoribus senatus, & magistratu amplissimo functis. Et primo quidem *Quinqueviri* creati ad æs alienum inopum dissolvendum, cum placuisset eam rem in curam publicam verti, ut impendio ærarii ea solutio perficeretur, & fœnebri malo perculsi pauperes levarentur. Quinqueviri facti P. Valerio & C. Martio Rutilio II. Coss. *Quos mensarios*, inquit Livius, *à dispensatione pecuniæ appellarunt.* Quicunque enim pecuniam, sive publice, sive privatim, tractabant, mensam sive abacum habuere, in quo pecunia exponi posset, & numerari, vel appendi. Hinc de his Quinqueviris, ad liberandum ære alieno populum institutis ita paulo post Livius: *Tarda nomina, & impeditiora inertia debitorum quam facultatibus, aut ærarium mensis cum ære in foro positis dissolvit, ut populo prius caveretur, aut æstimatio æquis rerum pretiis liberavit.* Non continuatus hic fuit magistratus *Quinquevirorum mensariorum*, sed confecto negotio,

tio, cujus gratia creati fuerant, plane cessavit. Postea tempore secundi Punici belli alia de causa, propter inopiam nempe argenti, non à senatu, vel consulibus, ut priores Quinqueviri, sed rogatione tribuni plebis, facti *Triumviri mensarii*, ex quibus unus consul ac censor fuerat, alter bis consul, tertius tribunus erat plebis. De quibus Livius lib. XXIII. Puto, tum creatos cum asses ex sextantariis facti sunt unciarii, Hannibale Italiam urgente, cum sumptibus non sufficeret respublica. Quamvis Plinius id factum prodat sub Q. Fabio Maximo dictatore. Sed verisimilius, cum tempus non nimium discordet, hos *Triumviros menarios* ad hoc tum maxime constitutos, ut penuriæ argenti providerent, & assium pondus, quod unicum illi inopiæ nummariæ remedium semper visum est, imminuerent. Cessante porro causa, quamobrem creati fuere, hic etiam magistratus abolitus, utpote extraordinarius. Quamdiu autem illi *Quinqueviri mensarii* & illi *Triumviri* Romæ fuere, certum est, etiam tum vulgares mensarios, sive trapezitas negotiationem suam exercuisse permutandæ pecuniæ, & erogandæ fœnerandæque ac fœnore à privatis accipiendæ. Quorum etiam officium & ministerium publicam causam habuit, etsi cum privatis contraherent, utpote publice constituti & præpositi huic muneri. Verum nihil affine, aut commune habuerunt cum illis Quinqueviris aut Triumviris mensariis, nisi mensam tractandæ numerandæque aut appendendæ pecuniæ necessariam. Græci τράπεζαν eam appellant, sed & ξύλον, ut ex Demosthene notavit Pollux, quam & πίνακα dixere. Pollux: τράπεζα πολυάργυρος, τραπέζης ἀφορμαί. τὴν δὲ τράπεζαν Δημοσθένης καὶ ξύλον ὠνόμαζεν. ἐκάλουν δὲ αὐτὴν καὶ πίνακα. Inde ξυλικὸν τάλαντον Africano genus talenti quod mensariis usitatum fuit, quod & ξύλινον. Verba Africani ex capite περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων hæc sunt: Οἶδα δὲ καὶ ξύλινον τάλαντον

λαντον ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ἕτερον, ὃ μνᾶς μὲν ἰδίας ξ' ἔχει, ἑξαπλασίας δὲ σχεδὸν τῷ τοῦ νομίσματος σταθμῷ. Apud Heronem, cujus locum citavit Scaliger in Posthumo de re Nummaria, ξυλικὸν vocatur, atque ita legitur, præter illa quæ ex Africano attulimus, quæ eadem Hero habet: Τὸ δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ξυλικὸν τῷ πέμπτῳ διαφέρει πρὸς τὸ προειρημένον ἐπιχώριον περιττεῦον. Ubi ξυλικὸν τάλαντον idem plane quod τραπεζιτικὸν, quod erat mensariorum proprium, quia ξύλον etiam dicebatur mensa nummulariorum. *Bancam* hodie vocamus, sed & *bancum* scamnum dicimus. Sic Græci ξύλον quoque appellabant scamnum, sive sedile. Hesychius: Ξύλον, πρῶτον βάθρον τὸ ἐν τῇ προεδρείᾳ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ δικαστηρίῳ. Hinc *Bancarii* dicuntur nobis qui veteribus trapezitæ & mensarii. Huic mensæ in foro positæ non adsidebant, sed insidebant nummularii. Ideo non solum mensæ, sed etiam scamni vel sedilis habuit nomen. Pollux: Τραπεζίσης, ἀργυρογνώμων, ἀργυραμοιβὸς, δοκιμαστὴς, ἐπικαθήμενος τραπέζῃ. Id est, *insidens* mensæ, non *adsidens*, ut vulgo vertunt. Apud Procopium in ἀνεκδότοις de nummulario: Ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος, κέρδη αἰσχρότατα ἐκ ταύτης δὴ ἐπορίζετο τῆς ἐργασίας. Non, *apud ærariam mensam assidens*, ut interpreti placuit reddere, sed, *eam insidens*. Hinc ἐπιτραπέζια, quæ in mensa statuuntur, non ad mensam. Ita ἐπιτραπέζιος Ἡρακλῆς, simulacrum Herculis in mensa collocatum. Inde & ἐπιτραπεζώματα, cibi, & fercula, quæ in mensa collocabantur, τὰ ἐπιτιθέμενα ταῖς τραπέζαις βρώματα. Recte in veteribus Glossis, ἐπικάθημαι, *supersedeo* exponitur. Sedisse simpliciter ex his Johannis cap. II constat, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους, & *nummularios sedentes*. Quod interpretandum est, insidentes, non adsidentes, ἐπικαθημένους. In Arabico est, صيارف. Ita vocantur mensarii, à permutatione nummorum, quam

tio, cujus gratia creati fuerant, plane cessavit. Postea tempore secundi Punici belli alia de causa, propter inopiam nempe argenti, non à senatu, vel consulibus, ut priores Quinqueviri, sed rogatione tribuni plebis, facti *Triumviri mensarii*, ex quibus unus consul ac censor fuerat, alter bis consul, tertius tribunus erat plebis. De quibus Livius lib. XXIII. Puto, tum creatos cum asses ex sextantariis facti sunt unciarii, Hannibale Italiam urgente, cum sumptibus non sufficeret respublica. Quamvis Plinius id factum prodat sub Q. Fabio Maximo dictatore. Sed verisimilius, cum tempus non nimium discordet, hos *Triumviros menarios* ad hoc tum maxime constitutos, ut penuriæ argenti providerent, & assium pondus, quod unicum illi inopiæ nummariæ remedium semper visum est, imminuerent. Cessante porro causa, quamobrem creati fuere, hic etiam magistratus abolitus, utpote extraordinarius. Quamdiu autem illi *Quinqueviri mensarii* & illi *Triumviri* Romæ fuere, certum est, etiam tum vulgares mensarios, sive trapezitas negotiationem suam exercuisse permutandæ pecuniæ, & erogandæ fœnerandæque ac fœnore à privatis accipiendæ. Quorum etiam officium & ministerium publicam causam habuit, etsi cum privatis contraherent, utpote publice constituti & præpositi huic muneri. Verum nihil affine, aut commune habuerunt cum illis Quinqueviris aut Triumviris mensariis, nisi mensam tractandæ numerandæque aut appendendæ pecuniæ necessariam. Græci τράπεζαν eam appellant, sed & ξύλον, ut ex Demosthene notavit Pollux, quam & πίνακα dixere. Pollux: τράπεζα πολυάργυρος, τραπέζης ἀφορμαί. τὴν δὲ τράπεζαν Δημοσθένης καὶ ξύλον ὠνόμασεν. ἐκάλουν δὲ αὐτὴν καὶ πίνακα. Inde ξυλικὸν τάλαντον Africano genus talenti quod mensariis usitatum fuit, quod & ξύλινον. Verba Africani ex capite περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων hæc sunt: Οἶδα δὲ καὶ ξύλινον τάλαντον

λαντον ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ἕτερον, ὃ μνᾶς μὲν ἰδίας ξ' ἔχει, ἑξαπλασίας δὲ σχεδὸν τῷ τοῦ νομίσματος σταθμῷ. Apud Heronem, cujus locum citavit Scaliger in Posthumo de re Nummaria, ξυλικὸν vocatur, atque ita legitur, præter illa quæ ex Africano attulimus, quæ eadem Hero habet: Τὸ δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ξυλικὸν τῷ πέμπτῳ διαφέρει πρὸς τὸ προειρημένον ἐπιχώριον περιττεῦον. Ubi ξυλικὸν τάλαντον idem plane quod τραπεζιτικὸν, quod erat mensariorum proprium, quia ξύλον etiam dicebatur mensa nummulariorum. *Bancam* hodie vocamus, sed & *bancum* scamnum dicimus. Sic Græci ξύλον quoque appellabant scamnum, sive sedile. Hesychius: Ξύλον, πρῶτον βάθρον τὸ ἐν τῇ προεδρείᾳ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ δικαστηρίῳ. Hinc *Bancarii* dicuntur nobis qui veteribus trapezitæ & mensarii. Huic mensæ in foro positæ non adsidebant, sed insidebant nummularii. Ideo non solum mensæ, sed etiam scamni vel sedilis habuit nomen. Pollux: Τραπεζίσης, ἀργυρογνώμων, ἀργυραμοιβὸς, δοκιμαστὴς, ἐπικαθήμενος τραπέζῃ. Id est, *insidens* mensæ, non *adsidens*, ut vulgo vertunt. Apud Procopium in ἀνεκδότοις de nummulario: Ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος, κέρδη αἰσχρότατα ἐκ ταύτης δὴ ἐπορίζετο τῆς ἐργασίας. Non, *apud ærariam mensam assidens*, ut interpreti placuit reddere, sed, *eam insidens*. Hinc ἐπιτραπέζια, quæ in mensa statuuntur, non ad mensam. Ita ἐπιτραπέζιος Ἡρακλῆς, simulacrum Herculis in mensa collocatum. Inde & ἐπιτραπεζώματα, cibi, & fercula, quæ in mensa collocabantur, τὰ ἐπιτιθέμενα ταῖς τραπέζαις βρώματα. Recte in veteribus Glossis, ἐπικάθημαι, *supersedeo* exponitur. Sedisse simpliciter ex his Johannis cap. II constat, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους, & *nummularios sedentes*. Quod interpretandum est, insidentes, non adsidentes, ἐπικαθημένους. In Arabico est, صيارف. Ita vocantur mensarii, à permutatione nummorum, quam

quam vocant صرف. Sic & Græcis καλλακται dicuntur. Gloſſæ veteres: Ἀργυραμοιβοί, οἱ νῦν καλλακται. *Campſores*, vel *cambiatores* recens Latinitas dixit, ſatis priſco tamen vocabulo. Hebræi vocant שולחני, id eſt, menſarium, à שלחן, quæ eſt menſa. Arabes quoque مايدة, id eſt, menſam. Ad eorum porro officium ſpectavit etiam, nummos probare, & falſos à veris diſtinguere. Unde & Græcis ἀργυρογνώμονες & δοκιμασταὶ appellati iidem illi argentarii menſariique. Theocritus, Bucolico XIII, ἀργυραμοιβὸς, auri facit etiam exploratores:

Λυδίη ἶσον ἔχειν πέτρη σόμα, χρυσὸν ὁποίη
Πρῶτον μὲν φακῆλον, ἐπήτυμον, ἀργυραμοιβοί.

Caſſianus Coll. I, cap. XX: *Vt efficiamur ſecundum præceptum Domini probabiles trapezitæ, quorum ſumma eſt diſciplina ac peritia, probare, quodnam ſit aurum puriſſimum, &, ut vulgo dicitur, obryzum, quodve ſit ignis purgatione minus excoctum.* Publicum vel inde conſtat eorum fuiſſe miniſterium. Nam, ut ait Plinius, ars lege facta *denarios* probare, quam tulit Marius Gratidianus ob id plebi acceptiſſimus. De quo alibi. Hujus igitur artis magiſtri, argentarii. In Gallia nemini licet eſſe cambiatori, ſive nummulario, ſine regis permiſſu. Nec aliter fuit apud veteres. Non ſolum autem cambio, ſive commutationi nummorum vacabant menſarii illi veterum, ſed fœnerationi maxime operam dabant, tam paſſivæ, ut ita dicam, quam activæ. Non enim fœnore tantum pecunias dare ſolebant, ſed etiam accipere. Qui hanc artem ex profeſſo exercerent, non alii ferme fuere, quam hi menſarii ſive argentarii publici. Hinc *fœneratorem* cum legimus apud Romanos ſcriptores, de nummulario trapezita plerumque intelligendus. Sic τραπεζίτης Heſychio δανειστὴς exponitur: Τραπεζίτης, κλινδίστης, κερματιστὴς, δανειστής. Juſtinianus in edicto IX

τοῦ ἀργυροπραλικῶν σωματογμάτων, vitam quæſtumque nummulariorum in pecunia fœnere danda & accipienda cõſiſtere ait, & pro aliis etiam reſpondendo: Καὶ τοῦτο μόνοι ἐπασχολῆ ἦτεν, ὥστε ἀφ' τὸ τ' βίον αὐτοῖς εἶν τῷ δανείζειν καὶ δανείζεσθαι καθεσθάνειν καὶ ἀνθυφωνεῖν ὑπὲρ ἑτέρων, &c. Apud eorum menſam pecuniæ deponebantur cuſtodiendæ, & fœnebres locabantur. Unde & apud Lucam cap. XIX, in parabola Dominica: καὶ ἀφ' τί οὐκ ἔδωκας ἀργύριόν μου ἐπὶ τράπεζαν; καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν αὐτὸ ἔπραξα. *Cur non dediſti argentum meum menſario?* Hinc, pecuniam qui ſolvebat creditoribus ſuis, aut qui etiam aliis fœnore collocabant, vel eam ex arca ſua ſumere ſolebant, vel ex menſa nummularii, quæ ibi depoſita ſervabatur, aut fœnore collocata, vel etiam, ſi verſura vellent ſolvere, ſub uſuris à menſario tum demum accipienda. Idque ſic exprimebatur in chirographo, utrum *ex arca*, an *ex ſcriptura menſæ* data ac numerata eſſet, ut & ſupra explicavimus. Quæ *ſcriptura menſæ* nihil aliud erat quam numeratio pecuniæ per menſarium facta. Quia enim pecuniæ numerationem, quocunque nomine eam faceret argentarius, ſive redderet eam cui debebat, ſive daret petenti fœnore, ſcriptura antecedebat, ideo & *ſcriptura menſæ*, pro numeratione ipſa uſurpabatur. Quantum quippe de ſua menſa adnumeraret, in codicem rationum referebat nummularius. Donatus ad Phormionis illa verba, *jube reſcribi: Quoniam, adnumerationem pecuniæ antecedit ſcriptura, reſcribere dicebant pro renumerare.* Ita & Græci ἀναγράφω, pro numeratione ponunt per trapezitam facta, & ἀναγράψαι, pro numerare ex menſa nummularii, ut Latini *ſcribere* & *perſcribere*. Harpocratio: Διαγράψαι ὁ Δείναρχος ἐν Λυκόργῳ, μήποτε ἀντὶ τοῦ καταβάλλουσι καὶ καταθεῖναι. Ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ἀφ' τραπέζης ἀριθμήσαι φησὶν, ὡς λέγωμεν ἐν τῇ συνηθείᾳ. Ergo tralaticium tunc erat illud ἀναγράψαι, pro numerare

merare pecuniam ex mensa trapezitæ, hoc est, perscribere. Διαγραφὴν sic accepit Polybius in Excerptis de Scipione: Εὐθέως ὁ Σκιπίων συνέταξε τῷ τραπεζίτῃ τῶν κ' καὶ ε' ταλάντων ἑκατέραν ποιήσασθαι τὴν ἀνταπόδοσιν ἐν τοῖς ι' μησὶ, τοῦ δὲ Τιβερίου καὶ τοῦ Νασίκα Σκιπίωνος, οὗτοι γὰρ ἦσαν ἄνδρες τῶν προειρημένων γυναικῶν, ἅμα τῷ διελθεῖν τοὺς ι' μῆνας προσπορευομένων πρὸς τὸν τραπεζίτην, καὶ πυνθανομένων εἴ τι συντέτακτο Σκιπίων αὐτῷ περὶ τῶν χρημάτων, κἀκείνου κελεύοντος αὐτοὺς κομίζεσθαι, καὶ ποιοῦντος τὴν διαγραφὴν ἑκατέρῳ τῶν κ', καὶ ε' ταλάντων. *Et mensario jubente statim illos accipere, ac numerationem faciente utrique viginti quinque talentorum, quæ Scipio ex scriptura illis solvi constituerat.* Ubi διαγραφὴν ποιεῖν, est, numerare pecuniam, de qua prius nummulario per scripturam cautum erat, & constitutum ut numeraret. Hoc etiam sensu verbum παραγράψαι sumptum fuisse, docet Hesychius his verbis: παραγράψαι, ὃ ἡμεῖς λέγομεν διαγράψαι, τὸ ἐκ τραπέζης λαβόντα διὰ γραμμάτων τῷ τραπεζίτῃ πιστώσασθαι. Ita legendum. Prius ergo cavebat quis mēsulario scriptura manus propriæ summam quæ erat numeranda; tum deinde ejus nomine numerabatur cui dari eam convenerat. Inde & διαγράψαι, cum sit *per scripturam cavere*, pro ipso numerandæ pecuniæ actu positum est, ut & παραγράψαι. De quo & in libro *de modis usurarum* erit dicendum. Alia tamen hæc *scriptura mensæ*, à scriptura qua obligatio fiebat, quæ nominibus olim fieri dicebatur, ut est in Institutis lib. III, cap. XXI. Cujacius tamen eam scripturam de scriptura mensæ argentariæ interpretatus est, & falsus, ut etiam in sequenti libro pluribus adstruam. Qui pecuniam apud mensam nummularii deposuerat, poterat, cuicunque vellet, & quod vellet, de illa pecunia numerare & solvere, quæ summa etiam *ex mensa* vel ex *scriptura mensæ* solvi dicebatur, cum tamen ea solutione nulla nominum obligatio fieret. In rationum

num suarum librum referebat argentarius, se ex ea summa, quæ apud suam mensam ab illo deposita fuerat, illius nomine tantum exsolvisse, restare apud se tantum. Quæ *scriptura* etiam *mensæ* appellata. Verum de his infra. Quod ad nummorum permutationem attinet, quam inter alia munia præcipuam exercere soliti erant mensarii, nominatim ejus non meminit Aristoteles. Nomine ἀλλαγῆς generali, cujus principium ac finem nummum esse dixit, eam comprehendisse planum est. An naturalem putaverit, non est quærendum, cum id omne, in quo nummus habet locum, ab hoc censu expunxerit. Non conducibilem hanc ἀλλαγὴν esse tantum humanæ societati, sed plane necessariam, palam est. Haud nummus magis mercibus necessarius quam ipsa nummo. Nullus enim usus nummi absque illa foret, nec commercia possent agitari nisi daretur permutatio nummorum inter se. Nec tantum nummis ejusdem regionis aut regni invicem permutandis professio collybistarum utilis, sed etiam in alienigenis, cum quod in una provincia sumptum est, in alia est solvendum. Ibi collybi, ut vocant veteres, maxime ratio versatur. In quotidiano etiam usu ac commercio manifesta ejus utilitas, immo necessitas, deprehenditur. Ecce ex operis suis aliquis multorum dierum aliquot denarios collegerat, cui merces solvenda in nummo aliquo denariis pluribus æstimato, quantum ipse meruerat, puta decadrachmo, aut etiam pentecontadrachmo, ut Cyrenæi nummos habuere. Si panem unius denarii vellet præstinari, nisi esset qui pentecontadrachmum ipsius acciperet, & tot drachmas in minuta pecunia ei redderet, quot ille major nummus valebat, non habuisset unde panem compararet. Prius itaq; illi emendi nummuli quam panem emere posset. Et sic de aliis. Quantumlibet itaque nummus ab instituto hominum fluxerit, usus ejus in permutatione mercium, in permutatio-

tatione ipsius cum alio nummi genere, item in mutuatione, ad jus naturale referri debet, id est, ad jus gentium, ut supra exposuimus. Cum enim sub mercaturæ genus quam μεταβλητικὴν appellat, hæc omnia reduxerit Aristoteles, aut mercatura nō erit juris gentium, aut ista etiam erunt, quæ sunt ejusdem generis. Ubicunque alicujus rei permutatio versatur, ibi etiam venditionis atque emptionis species vertitur, & ideo mercatura censetur. Qui dat nummos pro nummis, ut lucrū faciat, mercator est nummorum. Qui mutuam dat pecuniam spe lucri, ut recipiat eam cum augmento, permutationem etiam quodammodo facit, & mercaturam quamdam instituit. Ideo Aristoteles μεταβλητικὴν, id est, permutandi artem, in tres dividit species. Primam & maximam ἐμπορίαν esse docet, quam tribus partibus constare facit, ναυκληρίαν, φορτηγίαν, & ὑποδοχικήν. Interpretes & paraphrastæ ναυκληρίαν quare *navigationem* verterint, nescio. Nam *navigatio* est ὁ πλοῦς, quæ omnia illa comprehendit. Navigat enim & nauclerus qui navi præest, & mercator qui navem conduxit ad merces vehendas: ipsæ etiam merces, quæ vehuntur, navigant: tum navis etiam ipsa. Mirum, viros doctos, & qui tantum sibi sumunt in cognitione Græcarum litterarum, istic peccare potuisse. Ναυκληρία reddi debuit *navicularia*, ut ναύκληρος est *navicularius*, navis nempe magister ac dominus, qui eam locat mercatori ad merces imponendas & vehendas. Titulus est in nostro Codice, *de naviculariis, seu naucleris*. Dicuntur & *naviculatores*. Ita vocat Cicero quos cum mercatoribus jungit, ut etiam Philostratus ναυκλήρους & ἐμπόρους. Æque igitur hic possis *naviculatoriam*, aut *navicularium* interpretari. Quod autem secundam partem, quæ φορτηγία est Græco Philosopho, *vecturam* reddiderunt, nec in eo mihi satisfaciunt. Nam *vectura* Latine loquentibus est merces vel naulum quod solvitur pro mercibus

mercibus vehendis. Glossæ veteres: *Vectura*, φόρετρον, ναῦλον. Sic *latura* quod bajulis datur pro ferendo onere. Ita *vecturam* accepit Labeo leg. x D. *de lege Rhodia*, his verbis: *Si vehenda mancipia conduxisti, pro eo mancipio, quod in nave mortuum est, vectura tibi non debetur.* At φορτηγία aliud est, nempe ipsarum mercium quæ in navem imponuntur, portatio. Φόρτον enim Græci & φορτίον ipsas merces vocant, ut passim in libro de legibus navalibus videre est. Et apud Herodotum libro primo, φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, sunt merces Ægyptiæ & Assyriæ. Φορτηγία igitur, mercium portatio est, ac vectatio, non vectura. Sic Labeo, eadem lege quam supra citavimus, *merces portari* dixit, & φορτηγίαν expressit hoc modo: *si ea conditione navem conduxisti, ut ea merces tua portarentur, easque merces nulla nauta necessitate coactus in navem deteriorem, cum id sciret te fieri nolle, transtulit.* Hinc licet perspicere, cur φορτηγίαν, hoc est, mercium vectionem, pro secunda parte ἐμπορίας posuerit Aristoteles, cui prima navicularia est. Tertia restat, quæ ὑποδοχικὴ ipsi dicitur. Nostri paraphrastæ cum interpretibus *institoriam* reddiderunt. Quid eos moverit, quæro. Nec possum eam interpretationem probare. *Institores* non proprie ad mercaturam eam pertinent quam ἐμπορίαν vocavit Aristoteles, & primam speciem constituit ὑποδοχικῆς. Æque enim etiam pertineret ad tertiam quam μισθαρνίαν vocitavit, qua comprehēdit negotiationem omnium artium sellulariarum. Nam & *lintearii* & *vestiarii*, teste Jurisconsulto D. de institoria actione, habebant suos institores quibus vestem circumferendam & distrahendam dabant. Ita & alii. Nam ad homines ipsos ultro accedebant, ut iis suam mercem obtruderent. Unde illud apud Poëtam:

Institor ad dominam veniet distinctus emacem.

Ex eo & *circitores* etiam appellatos docet Paulus eo-

dem loco. Sed & muliones *institores* proprie appellatos ibidem notat, & fullonum sarcinatorumque præpositos, stabularios quoque loco institorum esse. Denique tabernæ præfecti & cuicunque alii negotiationi, hoc nomine veniebant. Hinc ἐργαστηριάρχην optimæ Glossæ *institorem*, Græce interpretantur tabernæ præpositum. Ex quibus intelligere est, an recte παράστασις, quæ tertia pars statuitur ἐμπορίας, verti possit Institoria. Præterea certum est, venditionem ipsam ac distractionem mercium noluisse Aristotelem tertiam partem facere τῆς ἐμπορίας, ubi naviculariam pro prima, & pro secunda vectionem mercium, posuit. Nam certe, qui merces naviculario vehendas mercede committit, prius eas utique emerat, & alius ei vendiderat. Ipse etiam illas eo fine in alia loca navi trajiciendas curat, ut aliis vendat. Non pars est igitur, quod finis est. Alias hæc παράστασις etiam locum haberet in aliis generibus negotiationum ac mercaturarum, quæ in terra exercentur nec navigant. Atqui ἐμπορία Aristoteli ea est proprie mercaturæ species, quæ navigat, cujus tres partes facit, sine quibus stare non potest. Nisi enim sit navicularius cujus navis ad vehendas merces conducatur, nisi merces ipsæ in navem imponantur ac portentur, non est ἐμπορία. Ergo pars tertia talis quoque esse debet, ut sine ea non consistere queat navigans mercatura. Ea παράστασις Aristoteli dicitur. Quæ nihil aliud est quam exhibitio mercium, quas navicularius, qui eas vehendas accepit, salvas mercatori, qui conduxit, repræsentat. Ubi φορτηγία pars est secunda ἐμπορίας, non video qui non possit esse tertia παράστασις. Quæ vox nihil aliud quam, quod dixi, potest significare. Salva enim ea omnia παραστῆσαι debet navicularius, quæ ejus fidei commissa sunt, ut ex legibus navalibus constat & Rhodiis, quarum & ista est: Ναύκληρος ἐὰν ὑποδέξηταί τι, ἐνέχεται, ἵνα ἀποκαταστήσῃ καὶ ἀποδώσῃ αὐτό.

Utut

Utut sit, nihil minus est παράστασις quam institoria. Aristoteles ideo καπηλικῆς hic non facit mentionem, quasi diversæ ἀπὸ τῆς ἐμπορικῆς, ut alii faciunt auctores, quia καπηλικὴν eamdem facit cum μεταβλητικῇ, & omnem omnino negotiationem, sive stataria sit, ut est τῶν καπήλων, sive vaga, ut est ἡ τῶν ἐμπόρων, hoc nomine generali complexus est. Sic ἐμπορία illi species τῆς καπηλικῆς, sive μεταβλητικῆς prima. Secunda porro species μεταβλητικῆς Aristoteli ponitur, ὁ τοκισμὸς, res usuraria. Quæ adeo ad μεταβλητικὴν pertinet, ut Latini inde *versuram* eam proprie appellarint, id est, μεταβολὴν, quo nomine & mercatura dicitur. Hinc, *versuram facere* est, mutuam pecuniam accipere, non *quod initio, qui mutuabantur ab aliis, ideo mutuabantur ut aliis solverent*, non *ut domum ferrent, velut verterent creditorem*, ut volunt Grammatici, sed quia versura est ipsum fœnus, & *mutuum*, quod à mutando nomen accepit, & vertendo. Versura igitur, id est, fœneratio, secunda species est μεταβλητικῆς, & μισθαρνία, tertia. Ea comprehendit omnem omnino quæstum qui ex opere aliquo, vel opera capitur, ubicunque merces, pretium artis, vel laboris, intervenit. Xenophon in libro de Vectigalibus omnem quæstuariam similiter his tribus comprehendit, τῇ ἐμπορίᾳ, τῇ καπηλείᾳ, καὶ τῷ τοκισμῷ. Per ἐμπορίαν eam mercaturæ speciem intelligit quam superius explicavimus. At καπηλείας nomine etiam complexus est sellulariarum artium negotiationem. Nemo enim est opifex, quin idem quoque artis suæ sit negotiator, & κάπηλος, ut eam vocem Græci sumunt. Vendunt enim omnes artifices quod arte sua perfecerunt opus. Quo nomine αὐτοπῶλαι quidem sunt potius quam κάπηλοι, quomodo ea vocabula Græci auctores distinguunt. Verum ipsi artifices non possunt in arte sua aliquid operari, quin materiam, ex qua opus faciunt, emant. Cum igitur, quod ex arte opus exiit, vendant,

non

non ſolum artis ſuæ αὐτοπώλας habendi, ſed etiam κάπηλοι, quoad materiam ipſam, quam etiam pluris ſolent vendere quam quanti emerunt. Quis enim tam ſincerus & probus artifex, qui, ſolo manupretio contentus quod de ſuo adhibet, non etiam materiam pluris indicet, quam emit? Onoſander quoque in Strategico tria genera facit χρηματιστῶν, id eſt, hominum quæſtuarias artes exercentium, ὀβολοστάτην, μεταβολον, & ἔμπορον. Ubi vocat μεταβολον, qui Xenophonti eſt κάπηλος. Nec dubium eſt quin etiam omnes artifices eo nomine complectatur. Recte igitur Ariſtoteles ſellularias artes inter genera μεταβλητικῆς, quam etiam καπηλικὴν vocat, recenſuit, & tertio quidem loco, ut fœnerationem ſecundo, nominavit. Sive primam ergo pro peſſima dederit intelligendam, ſive tertiam, cum inter utramque collocet fœneratoriam, inde colligi licet, non pejoris eam loci facere, nec ſequius de illa judicare, quam de mercatura, aut de quæſtu, qui capitur ex artium opificio. Onoſander primo loco ὀβολοστάτην, id eſt, fœneratorem, videtur nominare, quaſi peſſimum, deinde μεταβολον, negotiatorem cujuſcunque artis ac mercimonii ſellularium & forenſem, tertium, ut honeſtiorem, ἔμπορον, ſive mercatorem. Ex his omnibus conſtat, Ariſtotelem eum ſolum legitimum ac naturalem quæſtum exiſtimaſſe, qui ex terra captatur ad vitam modo ſuſtentandam, quantum ſatis cuique eſt, ut inde victum paret. Quod ejus hæc verba manifeſto evincunt: Διὸ καὶ φύσιν ἐστὶν ἡ χρηματιστικὴ πᾶσιν ἀπὸ τῶν καρπῶν καὶ τῶν ζώων. Quam res pecuaria dat, & fructuaria, eam ſolam eſſe ac videri ſecundum naturam quærendi & habendi rationem. Quæ eadem Platonis ſententia eſt in legibus lib. v, ubi hæc verba leguntur: Λέγωμεν δὴ μήτε χρυσὸν εἶναι δεῖν, μήτε ἄργυρον ἐν τῇ πόλει, μήτ' αὖ χρηματισμὸν πωλῶν ἕνεκα βαναυσίας καὶ τόκων, μήτε βοσκημάτων αἰκρῶν, ἀλλ' ὅσα γεωργία δίδωσι καὶ

καὶ φέρει. Quibus vides non ſolum mercaturam eum è ſua republica exterminare, & uſuras, ſed etiam quæſtum omnem qui ex artium ſellulariarum opificio provenit, quod vocat βαναυσίαν, ſola retenta rei quæſtuariæ ſpecie, quam agricultura dat, qua etiam comprehenditur pecuaria. Sed refingendi eſſent homines, ex quibus ad inſtar Platonicæ reſpublica componi deberet. In libris ea forma reipublicæ melius pingi poteſt, quam reapſe conſtitui. Ariſtoteles autem etſi omnem quæſtuariam, quæ nummo fit, naturæ repugnare velit, nihilo ſecius tamen ei locum dat in ſua republica, ut mercaturæ, fœnerationi, & omni artium negotiationi. At Plato, in eodem libro de Legibus, affirmat, ſuæ civitatis homines privatam debere habere pecuniam, propter eas, quas ibi refert rationes. In libris quoque de Republica & mercaturam omnis generis admittit, utpote ſine qua nec agricultura ſtare poſſit. Quid enim faciet agricola, qui tritico abundabit, & vino, & pecore, ſi iis rebus egebit ſine quibus terram colere non poſſit, nec alere aut veſtire operarios, quorum opera utitur ad colendam terram? In urbem veniet ruſticus, & permutabit ſua, quæ habet ſupervacua, cum alienis quorum penuriam patitur. Hoc neceſſe eſſe ut faciat, concedit Plato. Si triticum igitur cum veſte permutabit, aut cum ferramentis arando agro idoneis, permutatio ab una parte naturalis erit, ab altera non naturalis. Quatenus enim triticum è terra provenit, naturalis hæc permutatio: at quia veſtimentum, aut calceamentum ad uſum tantum corporis, non etiam ad permutationem facta ſunt, hic claudicabit permutatio, & naturæ adverſabitur. Hæc ſententia eſt Ariſtotelis, abſurda plane ac falſa. Multo quippe minus naturalem futuram cenſet ſi cum nummo permutetur, quia nummi inventio ex hominum inſtituto, æſtimatio ejus ac pretium etiam inde eſt. Cum tamen &

sine nummo sæpius hærere atque hæsitare debeat illa ipsa χρηματιστικὴ, quæ ex terra quæstum facere nata est, ut jam sæpius supra diximus.

CAP. XVIII.

Qui fœnus damnat, debere & mercaturam. Eo nomine maxime improbari fœnus, quod lucrum ex homine faciat. Si bene calculus ponatur, idem facere & agriculturam, cum aliis omnibus artibus quæstuariis. Pecunia in fœnore pecuniam parit, ut & aliæ species eamdem speciem mutuo datæ. In permutatione antiqua oves pariebant boves, & alia aliud. Multæ artes inhoneſtæ & invisæ, quæ tamen sunt necessariæ humanæ societati. Etiam vilissimas ac sordidissimas utiles haberi. De coriariis & foricariis. Petronius correctus. De foricarum vectigali, & urinæ. Quid sit φορεῖα, quid forica. De vespillonibus, qui & bisselliones. Quædam artes infames, & populo tamen gratæ, ut histrionum, quædam odiosæ, nec infames, ut fœneratorum. Aliæ & infames pariter, & perniciosæ, odiosæque, ut lenonum. Tria μεταβλητικῆς genera Aristoteli recenseri, mercaturam, fœnerationem, & mercenariam. Omnes artes eo nomine comprehendi quæstuarias, & eos, quorum operæ, non artes, emuntur. De mercatoribus, qui Græce ἔμποροι: & de magnariis, qui μεγαλέμποροι. Honestiores eos veteribus visos. Mercatura Gallis invisa, & nobilibus non exercenda. Lege Honorii nobiliores negotiari vetiti. Ea lex emendata & explicata. Mercatores vice versa prohibiti lege Iustiniani dignitatem ullam aut militiam capessere. Meliori jure fuisse nummularios, hoc est, publicos fœneratores, qui ab sola armata militia eadem lege abstinere jussi. Multis privilegiis muniti à Iustiniano iidem nummularii, & quatenus argenti distracto-

res, & quatenus fœneratores. Nobiles apud Romanos vetiti negotiari, non vetiti fœnerari. De artificibus omne genus, qui & ipsi artium suarum negotiatores. Eos αὐτοπώλας proprie dictos. De αὐτοπωλικῇ, & καπηλικῇ. De mercatura stataria & vaga iterum quædam notata. Apud Thebanos neque artifices sellularii neque forenses negotiatores ad honores admissi qui non decennio abstinuissent ab omni nundinatione. De quibus negotiatoribus accipienda sit lex Honorii. Non videri omnes mercatores eo nomine intellectos. Quinam sint ultimi negotiatores in lege Diocletiani. Tres classes fuisse mercatorum, & totidem artificum. Alias artium σοφὰς Græcis appellari, alias ὑποσόφους, alias βαναύσους. In tres quoque classes artes omnes distribuit Aristoteles. In fœnerandi quoque arte tres gradus reperiri. Aliud esse genus fœnoris commune, aliud nauticum, aliud diarium: quibus totidem fœneratorum species constituuntur, honestiorum, aut minus honestorum. Quid sit ὀβολοστατικὴ. Aristoteles, etsi quæstuarias artes neget esse naturales, in republica tamen sua eas admittit. Qua ratione motus Plato fœnerationem è sua republica exterminarit. Ex solis bonis constituere voluisse rempublicam. Non esse autem bonos qui cito divites fieri volunt. Agricultura ideo philosophis probata quia lento gradu ad opes pergit. Vanum id esse, multis probatur. Cum Catone censorio suscepta disceptatio, qui fures & fœneratores invicem comparavit. Argumentum ejus, ut inane & frivolum, retusum. Non omnes fœneratores lege duodecim quadrupli condemnatos, sed solos eos qui ultra licitum modum usuras exigerent. Intra modum legitimum fœnerantibus nulla irrogata pœna. At fures semper puniti. Frustra etiam & sine causa ab eodem Catone jactatum, fœnerari idem esse quod hominem occidere. De variis quæ-

quærendi modis, ab ipso per gradationem expositis, apud Ciceronem. Ea verba explanata. Quid sit bene vestire. Summum fuisse fœneratorem illum ipsum Catonem, ac proinde dicta sua factis refutasse. Agriculturam non pro quæstu habuisse, sed pro oblectamento. Longe aliter sensisse veteres Romanos de fœneratione. Capite pœnas dedisse, aut trans Tiberim vænum iisse, aut etiam in partes secandos creditoribus suis datos, qui decoxissent. Immania hujusmodi supplicia decoctoribus imposita. ne quis fidem falleret in mutuo reddendo. Fœnus optimum illis visum remedium ad inopiam temporariam sublevandam. De etymo Græco fœneratoris, quod fœnori favet, etsi alias ineptum sit. Non melius de medicis judicasse Catonem quam de fœneratoribus. Sententia Plutarchi, quæ contra fœneratores affertur, expensa. Nihil illum contra fœnerantes dicere, sed contra eos qui fœnore accipiunt. Non ὡς δὲ μὴ δανείζειν *eum scripsisse, sed* ὡς δὲ μὴ δανείζεσθαι. *Persas etiam damnasse non* δανείζοντας, *id est, fœnore dantes, sed* δανειζομένους, *id est, mutuo accipientes. Quid sit* πολυτέλεια *apud Plutarchum. Alia nonnulla.*

ABunde ostendimus in superioribus, ejusdem hominis esse usuram damnare, & mercaturam artiumque negotia, & quæstum. Quod si ejus auctoritate utimur ad usuram condemnandam, cur non idem præjudicium adhibemus ad exturbandam ex urbibus nostris mercaturam, & earum omnium artium professionem quæ victum suo sibi jumento ac quæstu parant? Iniquum quippe est, in pari omnium conditione dissimilem ferre de una sententiam. Aliquid tamen proprium habere videtur usuraria, cur magis improbetur quam ceteræ μισαθλικῆς species. Duo, inquit, genera

genera sunt, ac modi rei familiaris augendæ. Una vocatur καπηλικὴ, quæ mercaturam spectat, atque etiam fœnus: altera est οἰκονομικὴ, quæ ex fructibus terræ rem amplificat. Hæc quidem necessaria est, ac jure laudatur, at illa altera merito improbatur, quia non secundum naturam est, sed alter per eam ex altero lucrum petit. Quasi vero & agricultura, quam fundamentum οἰκονομικῆς statuit, non ex aliis hominibus lucrum facere contendat, dum sua illis vendit, ut, quæ illorum sunt propria, sibi acquirat, haud secus, quam, qui vestem à se factam pretio majore dare alteri conatur, quam quanto sibi ejus opificium constat! Nullum enim discrimen reperio inter triticum quod labore suo agricola ex terra extuderit, & vestem vel calceum quem opifex manuum suarum opera elaboraverit, si uterque vendere illud habet necesse ut vivat, & quam potest maximo vendit? Nonne ἀπ' ἀλλήλων hic quæstus? Si nulla re egeret agricola, & omnia apud se reperiret, quæ ad victum ipsi sunt necessaria, nullius externæ opis ac mercis indigus, faterer libentissime, id esse verum quod adstruit Philosophus, non solum innocentissimum, sed etiam sufficientissimum sibi ipsi ad vivendum hoc vitæ genus esse. Sed longe aliter se res habet. Cum hæc ita sint, inquit, atque ideo secundum naturam non sit mercatura, quia de aliis lucrum facere postulat, meritissimo usuraria negotiatio odiosa est, quia ab ipso nummo rem auget qui non hunc ad usum comparatus fuit: nam permutationis gratia inventus est; & fœnus ei exaggerando studet. Quid tum postea? An ea gratia magis etiam contra naturam hic quæstus faciendi modus? Præclara certa ratio! Pecus etiam per fœturam pecus augere solet. An hoc præter naturam? Ager cum fœnore reddit quod accepit in eodem genere. Numquid & hoc contra naturæ leges ac sollemnia? Immo nihil minus. Audiamus

mus poëtam, qui & ipſe vellet hanc tantum vivendi viam noſſe mortales:

Arvorum ingenerat ſtudium, ruriſque colendi,
Seminaque in fœnus ſulcatis reddere terris,
Vſuramque ſequi majorem ſorte, receptis
Frugibus innumeris, atque horrea quærere meſſi.
Quod ſolum docuit mortales noſſe metallum.

Sic pecunia pecuniam parit, non eo modo quo pecus aut frumentum propagatur, ſed eo quo poteſt. Nec magis ſane mirum eſt, pecuniam augeri pecunia, quam, triticum, quod mutuum datur ex pacto, alterum tantum tritici poſt certum temporis ſpatium, de quo convenerit, mutuatori referre. Aut negandum eſt, ſecundum naturam eſſe hujuſmodi mutuationem, aut confitendum, æque locum habere poſſe in pecunia, & æque eſſe naturalem. Triticum divenditum pecuniam parit venditori. Similiter & pecunia parit pecuniam apud nummularium, qui pro drachma argentea quadraginta & octo obolos in collybo reddit. In permutatione antiqua oves plerumque pariebant boves; ipſi homines jumenta & pecora, cum captivi hujuſmodi animalibus permutabantur. Hæc monſtroſa plane, ſi quis tantum ea, ut ſonant, æſtimet, non vim & uſum permutationis conſideret. Ita ſimpliciter intuenti quod geritur, mirum videri queat, in fœnore pecuniam pecuniæ eſſe productricem & effectricem, cum tamen uſum rei penitius introſpicienti, & rem ipſam attentius penſitanti, nihil ſit quod minus mirum videri poſſit. Hæc enim aliter conſtare non poſſunt. Aut portentoſum plane quid eſt nummi inventio, aut, ſi fatemur, ut eſt, inventionem ejus utilem eſſe ac neceſſariam, concedamus etiam oportet, uſum ejus ad omnia quæ diximus eſſe naturalem; non ſolum ut permutetur cum aliis mercibus, ſed & ut aliarum mercium more, ipſe cum ſemetipſo invicem. Immo ut mutuo quoque detur, cum

cum uſura, ſine uſura, quemadmodum & aliæ pleræque res ſolent. Inviſam eſſe fœnerationem, Ariſtoteli aſſentior: inhoneſtam eſſe, etiam concedo. Non propterea tamen minus utilem dicendum, quam & neceſſariam propemodum auſim affirmare. Quam multæ aliæ artes & inviſæ & inhoneſtæ, quibus tamen humana ſocietas carere non poteſt? Ut in exercitu omnes duces eſſe nec poſſunt nec debent, ſed præter gregales milites, quibus exercitus componitur, ſunt etiam alii inferioris gradus, & minus digni loci, qui caſtra ſequuntur, mercatores, lixæ, calones, & alia hujuſmodi rutuba; ita eſt & in humana vita. Natura non magis varios hominum vultus creavit, quam animos. Si hos, omnium omnino pares ac paria cupientes, æque erectos & recta ac pulcra capeſſentes produceret, nullo modo conſiſteret hominum ſocietas. In navi omnes ad clavum ſedere vellent, nemo ad ſentinam ſtare. Non reperiretur in urbibus qui foricas conducere ſuſtinerent, aut cloacas purgandas, aut coriariorum artem profiteri, niſi eſſent quibus odor lucri bonus videretur ex artibus male olentibus. Quid enim quæſo te fœdius foricaria & coriaria? Eſſe tamen oportet quibus iſtæ profeſſiones non fœdæ nec turpes videantur. Βυρσοδεψεῖα extra urbes olim relegabantur, propter fœtorem, ut etiam nunc fit. Non poteſt eam artem non odiſſe qui bonos odores amat. Hinc hæc duo in proverbio opponuntur, *βύρσα, καὶ μύρον*. Quo alluſit Satyricus:

— Nec te faſtidia mercis
Vllius ſubeant ablegandæ Tiberim ultra.
Neu credas ponendum aliquid diſcriminis inter
Vnguentum & coria.—

Quis neget, locum Petronii, qui ætatem jam in mendo cubuit, ita eſſe ſanandum? *Qui inter hæc nutriuntur, non magis ſapere poſſunt, quam bene olere qui in coriaria habitant.* Quod enim hactenus *in culina* ibi legi

legi passi sunt, nescio sane an aliqui sint, ex his qui tam bono stomacho fuerunt in vulgata lectione toleranda, quibus culina male oleat. Quæ nihil olet, ea certe pessima est. Omnes veteres libri scriptum habent *in coria*, vel *in curia*. Mos fuit antiquorum librariorum, ubi duæ syllabæ similes essent, alteram omittere. Ita hic *coria* tralaticio errore scripserunt pro *coriaria*, τῷ βυρσοδεψείῳ. Ipsis porro coriariis uni fœtentiores videntur *foricarii*, & minus adeo ferendi. Ferri tamen solent, immo & debent, immo & necessarii sunt. Nisi si quis ipse vellet suas foricas & latrinas purgare, & earum eluviem foras exportare. Eorum meminit lex XVII D. de usuris. Quo loco perperam *fornicarios*, pro *foricariis* legunt & explicant quidam magni nominis Jurisconsulti: *Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet, à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt; item ex vectigalibus.* Sic sane ibi sinantur *foricarii*, quamvis turpissimæ rei redemptores. Satyricus sordidarum hujusmodi atque infirmarum artium professiones, quæ lucrosæ essent suis professoribus, ita enumerat:

— maneant qui nigrum in candida vertunt,
Queis facile est ædem conducere, flumina, portus.
Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver,
Et præbere caput domina vænale sub hasta.

Et paulo post:

— inde reversi
Conducunt foricas; & cur non omnia?

Intelligit *foricarios*, qui *foricas*, id est, κοπροδοχεῖα, purgandas publice conduxerant; ut per siccandæ eluviei conductores, qui cloacas publicas. *Foria* est stercus, & quidem liquidius, ex Græco φορειά. Ita & βόρβορον Græcos veteres appellasse, docuit me Arcadius Grammaticus his verbis: Τόδε παρειὰ, καὶ φορβεῖα, καὶ φορειὰ, ὁ βόρβορος, καὶ ἀρειὰ ἡ ἀπειλὴ, ὀξύνονται. Inde *forica*, ὁ ἀφεδρὼν, ut in veteri Glossario exponitur.

nitur. Foricis vectigal impositum fuisse videtur olim, ut & urinæ, quod Vespasianus primus commentus est. Et recte vetus scholiastes Juvenalis foricas *stercorum vectigal* interpretatus est. Sic enim legendum. Inde foricarii, qui illud vectigal foricarum redemerant, non ipsi nimirum purgatores foricarum. Quod ex loco etiam Juvenalis, si totus legatur, facile constabit. Ideo & publico hi plerumque debitores existebant, ut ex verbis Jurisconsulti paulo ante citatis apparet, qui proinde & usuras pendebant ob tardius illatam pensionem. Non multo igitur turpiores habendi, quam qui aliarum rerum telonea redimunt. At ipsi, qui id operantur, sordidissimi. *Infimorum operum magistros* eos vulgo vocamus. Nihil sane magis infimum, quam id quod tractant. Fimus est, & oletum. Ideo & ipsi omnium hominum infimi. At necessarii tamen. Inter extremarum sordium artes etiam ibi à Satyrographo nominantur vespillones: De quibus loqui vult cum *portandum ad busta cadaver* dicit conductum. Eorum opera carere posse civitatem, solis illis liceat affirmare, qui parati sunt suos mortuos sepelire & humare. In servis etiam turpe hoc ministerium, & viliora mancipia reddebat, qui id aliquando fecerant. Vocantur in jure nostro *Bispelliones*, quos pro versipellibus & veteratoribus accipiunt Jurisconsulti nobiles, sed falluntur. Glossæ veteres hanc scripturam agnoscunt pro vespillonibus: *Bispelliones*, νεκροθάπτῃ, κοπιάται. *Bispello*, νεκροφόρος. Quasi *Vespillo*, vel *bispello*, à *bispellione* differat, quatenus hic portat ad bustum cadavera, ille vero sepelit. Verum de his, ut de *copiatis*, & *parabolanis*, alibi. Hujusmodi omnes sunt artes, quas eleganter Aristides dicit probro esse suis professoribus, in prima Platonica pro Rhetorica: Νῦν δὲ τὶς οὐκ οἶδε πολλοῖς ὄνειδος τὴν τέχνην οὖσαν; οἷον, τοὺς σκυτοδέψας, καὶ σκυτοτόμους, καὶ γναφεῖς, καὶ νευροῤῥάφους, τίς ἂν εὐδαιμονίσειε τῆς τέχνης;

Nunc vero multis ars sua ignominiæ ac dedecori. Vt coriarios, sutores, fullones, & veteramentarios quis ab arte sua beatos prædicaverit? †Quid hodie infamius carnifice? Nec olim honestiores habiti. Jure tamen homines occidunt, cum à fœneratoribus eos improbe necari quidam pronuntient. Quos velim rogatos, an se carnificinam publice exercere mallent quam fœnerationem? Quid responsuri sint, scio. Quod ad me attinet, quamvis longe absim ab animo fœnerandi, malim me dici fœneratorem, quam sutorem esse, vel sartorem. Immo vel fœnerandi negotiationem facere publice potius paterer, quam artem ludicram. Sunt artes quædam infames, ut histrionia. Sunt aliæ viles ac sordidæ, ut coriaria. Invisæ aliæ & odio dignæ, ut fœneratoria. Absit tamen ut eam ad infimas usque sordes vilissimarum, aut ad ignominiam infamium detrudamus. Nec hoc voluit Aristoteles. Odiosam tantum esse dicit, cum tamen ex his, quæ ignominiosæ olim existimatæ sunt, & famosos suos artifices & auctores fecerunt, quasdam & populo olim fuisse & nunc esse perquam acceptissimas constet, ut eorum qui in scenam prodeunt. Ita quædam artes propudiosæ, tamen gratæ sunt: aliæ odiosæ, etsi non infames, nec inhonestæ: nonnullæ & infames pariter, & pernicioſæ, ut lenonum. Invisa certe fœneratio, & maxime quidem illis, ut scite scribit Columella, *quibus succurrere videtur.* Quare hoc? Quia ita est ingenium humanum. Plerique enim eo vitio laborant, ut oderint eos à quibus beneficium accepere, si vicem reddere non possint, immo quia nolunt. In mutuo vel gratuito reddendo quam multi sunt qui aurem sibi velli volunt, ac ne tunc quidem nisi coacti reddunt? Qui autem inviti, quod debent, solvunt, non possunt non invisos habere quibus solvendum est, etiamsi nihil amplius, quam quod acceperunt, teneantur solvere. At quanto minus libenter id præstant,

vide addenda.

stant, si cum usuris ab datore id repetatur? Tunc maximo odio prosequuntur, qui, quod suum est, cum augmento reposcunt. Proverbium habemus, cujus verba etsi paulo aliter sonent, sensus tamen hic eorum est, *in accipiendo mutuo homines amicos existere, in reddendo inimicos.* Hæc ergo causa est, quæ fœneratores efficit odiosos. Nec aliter de his judicat Cicero, dum improbari eos quæstus perhibet, qui in odia hominum incurrunt, ut *portitorum & fœneratorum*. Non inter illiberales & sordidos quæstus eos ponit. Sequitur enim statim apud eumdem: *Illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.* Μισθωτὸς Platonis intelligit, non μισθάρνης Aristotelis, qui ea voce complexus est non tantum quorum operæ emuntur, sed etiam quorũ artes. Quos omnes inferiores, quoad honestatem, videtur statuisse fœneratoribus, & merito sane. Minus quippe honestum ac liberale, cum labore ex arte & opera victum quærere, quam otiosum ac desidem fœnebri pecunia collocanda vivere, ac divitias parare. Ideo philosophus tria genera μεσβλητικῆς recensens, ut jam ante diximus, maximum & honestissimum primo loco numeravit, eorum qui mercibus operam dant, ultro citroq; per varia loca mari transvehendis. Secundo fœneratores, ut proximum gradum post eos occupantes. Tertio ac postremo mercenarios omnes, qua operæ, qua suæ artis. Nam, ut ait Cicero de his qui operam suam venditant, idcirco inter sordida ministeria, quod agunt, reponitur, *quia in illis ipsa merces auctoramentum servitutis.* Additque idem paulo post in eodem libro Officiorum primo, *opifices omnes in sordida arte versari, nec enim quicquam ingenuum potest habere officina.* Recte proinde Aristoteles hos omnes cum operariis in ultimum locum rejecit inter eos quæstus qui ad mercaturam merces quocunque

modo permutantem pertinent, infra ipsos fœneratores, qui, licet odiosi, minus tamen sordidi censendi. Ipsam illam mercaturam, quam primo loco recensuit Aristoteles, si tenuis sit, *sordidam esse putandam*, idem Cicero pronuntiat ibidem. *Sin*, inquit, *magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda: atque etiamsi satiata quæstu, vel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, sic ex ipso portu se in agros possessionesque contulit, videtur jure optimo posse laudari.* Eos intelligit quos Græci non simpliciter ἐμπόρους nuncupant, sed μεγαλεμπόρους, Latini *magnarios negotiatores*, ut Apuleius, qui per aversionem emunt ac vendunt, non per partes. Ne sic quidem magnopere laudandos esse qui magnariam hanc mercaturam exercerent, docet ibi Cicero, nisi quæstu abdicato, & catalysi facta artis quæstuariæ, sese in agros conferant. Nimirum eo hæc recidunt, ut cum Platone & Aristotele sentiat, agriculturam digniorem esse homine libero & liberaliter educato, quam aliam artem quamlibet unde hominibus vita toleratur. Quod & ipse fateor. Idemque judicium Gallorum nostrorum, qui bono genere prognatis adeo parum convenire mercaturam existimant, ut nobilitate excidere sit, eam colere, aut quamcunque ejus speciem attingere. Diceres, ab Aristotele aliquo aut Platone constitutum Reipublicæ nostræ statum, quantum ad hanc partem attinet. Et sane, nihil tam dedecet generosum animum, quam fallere, decipere, simulare, ac mentiri. Quod adeo familiare est mercatoribus, ut congenitum videatur, & sine his sacra eorum constare vix queant. Nobiles nostri in agris avitis vivunt, & mercimonia sic dedignantur, ut, quo jure utimur, simul aliquis mercator & nobilis esse non queat. Quid enim illo hominum genere vanius, quid infidelius, aut mendaciloquum magis? Nec amicis, nec parentibus

nibus parcunt, dum rem faciant. Perjuria, fraudes, fallaciæ, offuciæ, tela sunt & machinæ quibus opes amplificant suas, ut de minimis repente, immo de nihilo, ad summas provolent. Merito ergo & qui claris essent natalibus, & dignitate aliqua conspicui, immo & qui in re paulo lautiore, negotiari vetantur lege Honorii ac Theodosii, quam in Codicem suum retulit Justinianus Tit. de commerciis & mercatoribus. *Nobiliores*, inquit, *natalibus, & honorum luce conspicuiores, & patrimonio ditiores, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium.* Sic enim verba ejus legis emendavimus ex scriptis codicibus, qui habent, *conspicuo ore*, pro *conspicuos*. Omnia enim heic enuntiata in comparandi gradu. At *conspicuior*, φιλολαμπέστερος, ut *egregior*, & *idoneior* apud Jurisconsultos. Per *patrimonio ditiores* doctus Jurisconsultus magistratu functos accipit. Quod non puto. Nam per *honorum luce conspicuos* lex intelligit tam in honoribus positos, & ipso actu, quam honoratos, id est, magistratu functos. Ergo per *patrimonio ditiores* solos intelligit locupletes paternis, aut avitis, bonis, id est, patrimonio, etiamsi nullum adhuc gessissent magistratum. Græci Basilicῶν interpretes ἐν ὑπάρξει πλουσιώτερος, simpliciter vertunt. Quod non satis exprimit vim ac mentem legis. Quid enim, si quis mercaturis illas divitias comparavit, an, postquam dives evaserit, negotiari prohibebitur? Id ratione caret. De solis igitur intelligenda patrimonio ditioribus, qui non ea bona ipsi acquisierint, sed de patribus hæreditate possederint. Solis igitur plebeiis mercaturam exercere hac lege permittitur, nobilioribus interdictam. Ut nobiles autem heic, & magistratu fungentes, vel divites prohibentur mercaturis insistere, ita è contra mercatoribus ad ullam militiam adspirare interdictum voluit Justi-

modo permutantem pertinent, infra ipsos fœneratores, qui, licet odiosi, minus tamen sordidi censendi. Ipsam illam mercaturam, quam primo loco recensuit Aristoteles, si tenuis sit, *sordidam esse putandam*, idem Cicero pronuntiat ibidem. *Sin*, inquit, *magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda: atque etiamsi satiata quæstu, vel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, sic ex ipso portu se in agros possessionesque contulit, videtur jure optimo posse laudari.* Eos intelligit quos Græci non simpliciter ἐμπόρους nuncupant, sed μεγαλεμπόρους, Latini *magnarios negotiatores*, ut Apuleius, qui per aversionem emunt ac vendunt, non per partes. Ne sic quidem magnopere laudandos esse qui magnariam hanc mercaturam exercerent, docet ibi Cicero, nisi quæstu abdicato, & catalysi facta artis quæstuariæ, sese in agros conferant. Nimirum eo hæc recidunt, ut cum Platone & Aristotele sentiat, agriculturam digniorem esse homine libero & liberaliter educato, quam aliam artem quamlibet unde hominibus vita toleratur. Quod & ipse fateor. Idemque judicium Gallorum nostrorum, qui bono genere prognatis adeo parum convenire mercaturam existimant, ut nobilitate excidere sit, eam colere, aut quamcunque ejus speciem attingere. Diceres, ab Aristotele aliquo aut Platone constitutum Reipublicæ nostræ statum, quantum ad hanc partem attinet. Et sane, nihil tam dedecet generosum animum, quam fallere, decipere, simulare, ac mentiri. Quod adeo familiare est mercatoribus, ut congenitum videatur, & sine his sacra eorum constare vix queant. Nobiles nostri in agris avitis vivunt, & mercimonia sic dedignantur, ut, quo jure utimur, simul aliquis mercator & nobilis esse non queat. Quid enim illo hominum genere vanius, quid infidelius, aut mendaciloquum magis? Nec amicis, nec parentibus

ribus parcunt, dum rem faciant. Perjuria, fraudes, fallaciæ, offuciæ, tela sunt & machinæ quibus opes amplificant suas, ut de minimis repente, immo de nihilo, ad summas provolent. Merito ergo & qui claris essent natalibus, & dignitate aliqua conspicui, immo & qui in re paulo lautiore, negotiari vetantur lege Honorii ac Theodosii, quam in Codicem suum retulit Justinianus Tit. de commerciis & mercatoribus. *Nobiliores*, inquit, *natalibus, & honorum luce conspicuiores, & patrimonio ditiores, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium.* Sic enim verba ejus legis emendavimus ex scriptis codicibus, qui habent, *conspicuo ore*, pro *conspicuos*. Omnia enim heic enuntiata in comparandi gradu. At *conspicuior*, περιβλεπτότερος, ut *egregior*, & *idoneior* apud Jurisconsultos. Per *patrimonio ditiores* doctus Jurisconsultus magistratu functos accipit. Quod non puto. Nam per *honorum luce conspicuos* lex intelligit tam in honoribus positos, & ipso actu, quam honoratos, id est, magistratu functos. Ergo per *patrimonio ditiores* solos intelligit locupletes paternis, aut avitis, bonis, id est, patrimonio, etiamsi nullum adhuc gessissent magistratum. Græci Basilicῶn interpretes ἐν οὐσίᾳ πλουσιωτέρους, simpliciter vertunt. Quod non satis exprimit vim ac mentem legis. Quid enim, si quis mercaturis illas divitias compararit, an, postquam dives evaserit, negotiari prohibebitur? Id ratione caret. De solis igitur intelligenda patrimonio ditioribus, qui non ea bona ipsi acquisierint, sed de patribus hæreditate possederint. Solis igitur plebeiis mercaturam exercere hac lege permittitur, nobilioribus interdictam. Ut nobiles autem heic, & magistratu fungentes, vel divites prohibentur mercaturis insistere, ita è contra mercatoribus ad ullam militiam adspirare interdictum voluit Justinianus

nianus leg. unica Cod. negotiatores ne militent. Quod de omni militia esse intelligendum, lex lecta docebit. Excipit ἀργυροπράτας, sive nummularios, quos ab armata tantum militia submovet, sed aliam quamcunque sine metu violatæ legis posse sibi comparare decernit, *quia omnibus essent utiles contractibus.* At hi argyropratæ publice fœnerandi quoque artem profitebantur, ut supra demonstravimus. Quos etiam eo nomine privilegiis multis muniendos idem Justinianus sanxit, quia plurimis fœnerando prodessent. Inter alia privilegia, quibus ab antiquo donati sunt, illud etiam fuit, ut sine stipulatione, immo & sine scriptura, usuræ ipsis præstarentur. Majores præterea usuras accipere permissi, quam aliud quodlibet hominum genus, nempe besses. De quo infra pluribus, in libro de modis usurarum. Justinianus in Novella περὶ ἀργυροπρατικῶν συναλλαγμάτων CXXXV: καὶ διὰ τοῦτο θεσπίζομεν, μὴ μόνον τὴν ἐξ ἐπερωτήσεως αὐτοῖς δίδοσθαι τόκον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐξ ἀγράφου τοιοῦτον, ὁποῖον ὁ νόμος αὐτοῖς δίδωσιν ἐπερωτᾶν, τουτέστιν, τὴν ἐκ διμοίρου τῆς ἑκατοστῆς. Τοὺς γὰρ πᾶσι σχεδὸν τοῖς δεομένοις ἑτοίμους ὄντας βοηθεῖν οὐκ ἂν εἴη δίκαιον ὑπὸ τοιαύτης ἀδικεῖσθαι λεπτότητος. *Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati sunt, hos utique per hujusmodi minutias injuriam perpeti non æquum fuerit.* Ita sensit sæculum Justiniani, itaque illo censuit de publicis fœneratoribus, quasi qui adprime utilem operam fœnore exercendo reipublicæ navarent. In eo quoque melioris & honestioris conditionis visi sunt fœneratores quam ceteri negotiatores, quod nobilioribus, cum negotiari lege Principum Romanorum non fuerit licitum, fœnerari tamen licitum fuit semper. Inter negotiatores reponendi etiam veniunt omne genus artifices, quos etiam commercium exercere ante docuimus, dum quod suæ artis est, vendunt, & dum materiam, ex qua opificia perficere possint, emunt. Αὐτοπῶλαι

πῶλαι tamen potius censendi quam μεταβολοι, aut κάπηλοι. Ut enim agricolæ vinum & frumentum, quod labore suo & opere pepererunt, vendunt non aliunde emptum, ita hi artificia manuum suarum non ab aliis sumpta venditant, sed suopte ingenio & arte perfecta. Et recte Themistius, Orat. IV, κάπηλον distinguit ab αὐτοπώλῃ, & αὐτοπωλικῆς nomine intelligit cum Platone τὴν αὐτουργοῦσαν καὶ τὰ αὐτῆς ἔργα νομίσματος ἀποδιδομένην, cum καπηλικὴν exponat τὴν τὰ ἀλλότρια ὠνουμένην, non *cauponariam*, ut vertit interpres, sed *cocionatoriam*. Utraque ad σταδιαῖον genus negotiationis pertinet, ut ἐμπορικὴ ad πλανητικόν. Eleganter ibidem Themistius & pictores & grammatistas & musicos, & quicunque alii artifices quæstuarii, qui vagantur per urbes quæstus faciendi gratia, ad ἐμπορικὸν illud genus refert, at eos, qui intra ejusdem urbis muros sua divendunt, aut aliena, sub αὐτοπωλικῇ, aut καπηλικῇ reponit. Εἴτε οὖν μουσικήν τις, εἴτε γραμματιστικὴν, εἴτε ζωγραφίαν, εἴτε ἄλλο τι ψυχῆς ὠφέλημα ἢ παραμύθιον ἐκ πόλεως εἰς πόλιν μεταγὼν ἔνθεν μὲν ὠνοῖτο, ἑτέρωθι δὲ ἀποδιδοῖτο, ἔμπορος οὗτος οὐδέν τι μεῖον ἢ Λάμπις ὁ Αἰγινήτης. εἴτε αὐτοῦ καθιδρυμένος ἐν πόλει, καὶ τὰ μὲν ὠνούμενος μαθήματα, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς τεκταινόμενος πωλοίη καὶ ἀλλάττοιτο ἀργυρίου, κάπηλος οὗτος ἢ αὐτοπώλης κομψότερος μικρῷ Σαράμβου καὶ Θεαρίωνος. Quicunque ergo mercaturæ, aut negotiationis cujuscunque gratia de urbe in urbem commeat, is ἔμπορος proprie; qui vero in urbe manet, sive ut aliquod suum opus & artem venditet aut profiteatur, sive ut vendat quod ab alio emerit, priore modo αὐτοπώλης vocatur, altero κάπηλος. Nonnulli tamen καπηλείας appellatione utrumque comprehenderunt, ut ante ostensum est. Ad summam duo genera sunt μεταβλητικῆς, τὸ πλανητικὸν, καὶ τὸ σταδιαῖον, *statarium* & *vagum*. De quo satis in superioribus dictum est. Idem Themistius ibidem: Τίνι οὖν με τῶν ἀλλακτικῶν ἐγγράφουσιν οἱ κατή-

κατήγοροι, μᾶν τῷ πολανήτῃ ἢ τῷ σαδιαίῳ. Artium omnium negotiationem quæſtuariam Ariſtoteles & μισθαρνικῆς nomine complexus eſt. Earum aliæ honeſtiores, aliæ minus honeſtæ, aliæ etiam ſordidiſſimæ. Iſtæ ſunt quas βαναύσους Græci appellant, & ἀγοραίους. Ab his per decennium abſtinere apud Thebanos debebat, qui de magiſtratu aliquo apiſcendo vellet cogitare. Cum his decet comparare & conferre genus illud mercatorum, qui mercantur ab aliis mercatoribus quod ſtatim vẽdant carius. Sed quæſtio eſt, utrum de his tantum lex Honorii intellexerit, cum nobiliores natalibus, & honore conſpicuos vetuit negotiari, an vero etiam de mercatoribus ſic proprie dictis, quos Græci ἐμπόρους appellant, quoſque adeo honeſtiores paulo eſſe conſtat. Certe de illis tantum capienda eſſe verba legis, non de magnariis, vel ἐμπόροις, ratio fere teſtatur, quæ legi ſubjuncta eſt: *ut inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium*. Negotiatores illi quippe, quos inter & plebeios vendendi emendique commercium, non alii poſſunt eſſe quam hi quos Græce καπήλους & μεταβόλους appellari diximus. Nam ἔμποροι non ipſis plebeiis vendebant, ſed iſtis καπήλοις & cocionibus. Baſilicorum Synopſis πραγματευτὰς in hac lege vertit, qui ſunt iſti ipſi quos docuimus, nempe *cociones* & κάπηλοι Græcorum. Sic Mela per *negotia & forum* τὴ καπηλικὴ καὶ ἀγοραίαν expreſſit. Lex Thebana τὰ ἀγοραῖα nomine tam hos negotiatores quam ſellularios ac ſordidos artifices comprehendit, quos dignitates affectare vetuit, niſi abſtinuiſſent foro per decennium. Thebani autem illi inter Græcos maxime generoſi, & nobilitatis ex natalibus tractæ ſpiritum præ ſe ferentes. Hos porro negotiatores, qui ab aliis mercantur quod vendant protinus pretio cariore, *nihil proficere*, ait Cicero, *niſi admodum mentiantur. Nec vero*, inquit, *quicquam turpius eſt vanitate.*

nitate. Sub his adhuc erat tertia claſſis negotiatorum, qui ab iſtis ipſis ſumebant quod aliis venderent, quos Græcis ὑποκαπήλους appellari, & παλιγκαπήλους, ſuperius oſtendimus. Hi ſunt quos *ultimos negotiatores* Diocletianus vocitat leg. VI Cod. de dignitatibus, quoſque adeo ad aliquam dignitatem vetat adſpirare, & conjungit cum deformibus miniſteriis, & abjectis officiis: *Ne quis ex ultimis negotiatoribus, vel monetariis, abjectiſque officiis, vel deformibus miniſteriis, vel ſtationariis, omnique officiorum fœce, diverſiſque paſti turpibus lucris, aliqua frui dignitate pertentet. Sed & ſi quis meruerit, repellatur: repulſos autem etiam propriis reddi conſortiis oportebit.* Ex his perſpicue patet, legem illam Codicis, quæ negotiatores militare vetat, non eſſe accipiendam de primi ordinis mercatoribus, quos ἐμπόρους & μεγαλεμπόρους Græci nominant, ſed de ſecundæ ac tertiæ claſſis negotiatoribus, cocionibus & arillatoribus, quos Diocletiani lex *ultimos negotiatores* vocavit. At Baſilicorum interpretes, quorum verſio extat in Synopſi, de omni mercatorum genere eam legem acceperunt, quam ita expreſſerunt, lib. VI: Μηδεὶς ἔμπορος, ἢ μαγειρεύων, ἢ τελώνης, ἢ ἀπὸ δύπελος ὀφφικίου, ἐπιχειρέτω γίνεσθαι ἀξιωματικὸς, ἐὰν μὴ γένηται, πάλιν ἀποδιδόσθω τῷ ἰδίῳ σωματείῳ. Sed vereor ut ſatis mentem ſuprascriptæ legis aſſequuti ſint. Vera enim ſunt quæ de ordine negotiatorum notavimus: & certum eſt, ἔμπορον Græcis eum eſſe quem diximus, honeſtioris generis mercatorem. Præterea, etiamſi ἔμπορος de quolibet negotiatore diceretur, cum ſimpliciter ἔμπορον nominent, de omni planum eſt eos intellexiſſe, cum lex *ultimorum* tantum *negotiatorum* meminerit, quos ullam apiſci dignitatem prohibet. Ut tres autem ſunt mercatorum gradus, totidem ferme à veteribus ponuntur artificum claſſes. Nam præter ſordidas & ſellularias, quæ in infimis conſiſtunt, duas alias

honeſtiorum artium conſtituunt claſſes. In prima ſunt, quas nominant σοφὰς, è quarum numero recenſentur, poëtæ, muſici, aſtronomi, ſophiſtæ, grammatici, medici, rhetores. Hi, ut honeſtiores videantur, honoris nomine etiam velant mercedem quam accipiunt. *Honorarium* quippe appellant. Quæ in ſecundo ordine ſubſiſtunt, eas appellant ὑποσόφους, ex qua cohorte ſunt pingendi fingendique artifices, ſtatuarii, etiam agricolæ. Etenim hæ artes ut perficiantur, & finem ſuum aſſequantur, non modica opus habent prudentia. Καὶ γὰρ αὗται αἱ τέχναι σοφίας ἐ πολὺ λείπονται. Ad extremam ergo ſortem, ut appareat, rediguntur αἱ βάναυσοι, quæ & ipſæ poſſunt in plures dividi ac diſtingui gradus, quatenus & quædam ſunt ex illis ſordidæ & viles, quædam abjectiſſimæ & maxime deformes, immo & infames. Sed hoc non agimus. Ariſtoteles in 1 de Republica tres quoque artium claſſes conſtituit, hoc modo, dum alias eſſe vult τεχνικωτάτας, alias βαναυσοτάτας, alias δουλικωτάτας. Quæ plurimum artis oſtentant, illæ τεχνικαὶ, in quibus & fortunæ minimum. Eæ vero βάναυσοι quæ corpora corrumpunt operantium: Ἐν αἷς τὸ σῶμα λωβῶνται. Quæ igne operantur, hoc plurimum faciunt. Nam ignis corporibus nocet. Unde & βαναύσους fortaſſe quidam ἀπὸ πυρὸς ἐργαζομένους interpretantur. Alia tamen ſunt quæ etiam corpus deterunt artificum. Δουλικαὶ ſive ſerviles ſunt quæ plus corpore quam animo laborant. Addit tamen & quartam claſſem, τῶν ἀγοραίων, ὅπου ἐλάχιστον σχολὴ τοῦ ἀρίστου. Sed, cur non illæ eædem videri poſſint cum δουλικαῖς, non video. Has omnes artes, cujuſcunque loci ſint, ac generis, τὸ μισθαρνικὸν appellatione involvit, ut jam diximus, Ariſtoteles, & tertiam ex his ſpeciem τὸ μεταβλητικὸν conſtituit, quæ non ſit magis ſecundum naturam quam duæ priores, ἡ ἐμπορικὴ, ἢ ἡ τοκιστική. Ceterum ut mercaturarum & artium variæ ſunt

ſunt profeſſiones magis & minus honeſtæ, ita etiam & fœneratorum alii honeſtiores, alii minus. Peſſimum genus fœneratorum eſt, ut ab inferiore incipiamus ordine, quos ἡμεροδανειστὰς appellant, qui etiam dicuntur ὀβολοστάται, à quibus ὀβολοστατικὸν hic nominavit Ariſtoteles, ut maxime vituperabilem & inviſam. Alias enim δανειστικὸν honorifico magis vocabulo ſignificavit in Ethicis, ubi eum reponit inter genera contractuum, qui inter volentes ex utriuſque partis conſenſu fiunt, quæ ἑκούσια συναλλάγματα nuncupat. Δανειστικὸς ibi legitima videtur dici fœneratio, qua mutua datur pecunia ſub uſuris, eo modo quo ſolent honeſtiores civibus ſuis commodare uſum pecuniæ, aut alterius rei qua opus habent, poſt certum tempus cum aliquo augmento ad dominum redituræ. At ὀβολοστατικὴ ea eſt improba fœnerandi ratio, quæ in diem, & modum excedentibus uſuris, fœneratur; quam & ἡμεροδανειστικὸν vocant. De qua in libro ſequenti pluribus erit differendum. Poſt diarios iſtos toculliones, qui omnium ſunt improbiſſimi, ſequuntur in ſecunda veluti claſſe, ut minus improbandi, qui nauticum fœnus exercent. Quod genus uſuræ Plutarchus in Catone majore vocat Διαβεβλημένον μάλιστα τῶν δανεισμῶν ἐπὶ ναυτικοῖς. Verum non id fœnus omnium probroſiſſimum, ſed poſt diarium ſecundas tenet. At quod inter cetera honeſtius habetur, eſt δάνειον ἔγγυον, ut Græci vocant, quo legitimæ ac licitæ uſuræ, & ex communi uſu & commercio hominum honoratiorum vulgo receptæ, in pactionem veniunt. Δανεισμὸν vocat, ut jam notavi, Ariſtoteles. Qui, in odium ut magis adduceret, & contra naturam eſſe doceret hanc rationem μεταβλητικὴν, maxime inviſam ac probroſam ejus ſpeciem inter varios fœnerationis modos elegit, quam traduceret, τὸν ὀβολοστατικὸν. Quod non debuit, cum ſimpliciter omnem prorſus μεταβλητικὸν damnet, tanquam

natu-

naturæ repugnantem, cujus ſpeciem ſecundo loco recenſet τὴν τοκισμόν. Nec enim turpiſſimas tantum artes contra naturam eſſe docet, ſed etiam honeſtiſſimas, ſi quæſtuariæ ſint, ut & omnem mercaturam. Et Ariſtoteles quidem, etſi omnem quæſtuariam naturæ velit repugnare, nihilominus ei locum dat in ſua republica. Platoni aliud propoſitum fuit in ea republica, quam animo conceperat, conſtituenda, ut omnem quæſtum velut ſordidum & ultra cupitum naturæ finem tendentem, in quantum poſſet, inde exterminaret; quia ſolis bonis viris eam componi & conſtare voluit. At neminem putavit virum bonum poſſe exiſtere qui repente ſe divitem fieri poſtularet. Compendiariam porro ad ſummas divitias viam per mercaturam ac fœnerationem maxime dari vidit. Ideo & fœnerationem præcipue, utpote velociſſime, ad opes non currentem, ſed volantem, improbavit, ut omnes etiam quæſtuarias artes. Scitum eſt illud Plinianum lib.XXXIII, cap.X: *Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia; itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia dicantur. Fœnus hoc fecit, nummuſque percuſſus.* Alibi dicit idem, *à nummo primam eſſe originem avaritiæ excogitatam, fœnore quæſtuoſam ſegnitiam. Hanc paulatim exarſiſſe rabie quadam, non jam avaritiam, ſed famem auri.* Quæ tamen falſo jactari ſupra multis argumentis probavimus. Agriculturam ea de cauſa, cum tamen ars quoque ſit, eaque etiam quæſtuoſa, probaſſe vel minus improbaſſe videntur, & naturæ convenientiorem judicaſſe, quia lentior per eam ad χρηματισμὸν progreſſus. Hinc Cato ille Cenſorius dicebat, τῷ γεωργίῳ, ἀγωγῷ verius eſſe quam ἡδύσματι, oblectamentum & avocationem potius, quam quæſtum aut reditum. Mihi ſic videtur. Si quis animum habeat aliquo tendendi, nihil refert quam cito eo pervenire queat. Ubi enim pervenerit, tantumdem

tumdem eſt, ſive triduum in itinere conſumpſerit, ſive intra horam iter perfecerit. Avaritiæ vero finis propoſitus cum ſine fine ſit, ut cupiditas ejus inexplebilis eſt, quo tendit, nuſquam poterit pervenire, ſive quadrigis albis vehatur, ſive teſtudineo gradu ambulet. Immo fac eam vel Pegaſeo volatu ire, tanto minus aſſequetur quod vult. Hydropis quippe in avaro imago vera eſt. *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.* His adde, quod jam ſupra attigimus, agriculturam ſine quæſtuariis artibus conſtare non poſſe, ut nec ipſam per ſe, niſi ſit quæſtuaria. Hanc rationem habuit Plato, cur fœnerationem è ſua republica faceſſere juberet. Verba, quibus eam vetat, hæc ſunt, è lib.V, de legibus: Μηδὲ δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, ὡς ἔξον, μὴ ἀποδιδόναι τὸ ὠφέλιμον, μήτε τόκον μήτε κεφάλαιον. Ei, qui pecuniam fœnori dederit, hanc pœnam imponit, ut nec uſuram nec ſortem recipiat. Nec mercaturæ & artibus quæſtum profitentibus æquior apparet, ſoli æquus agriculturæ, ut paulo poſt videre eſt apud eumdem: quas etiam ſine dubio exterminaſſet, ſi rempublicam ſine his ſtare poſſe judicaſſet. Ceterum Reſpublica illa Platonica in libris ejus locum habere tantum poteſt, ut olim in mente & in idea habuit, nullibi præterea terrarum conſiſtere idonea. Nullum itaque inde telum adverſus uſurariam peti poteſt, quo valide ſic, ut obrui queat, impetatur. Cum Catone illo Cenſorio, ut Græcos omittamus, nobis difficilior pugna, qui in proœmio librorum de R. R. ſic in fœnus ac rem fœnebrem invehitur: *Majores*, inquit, *noſtri ſic habuerunt, itaque in legibus poſuerunt, furem duplo condemnari, fœneratorem quadruplo. Quanto pejorem civem exiſtimarint fœneratorem quam furem, hinc licet exiſtimari.* Captioſum cavillatorem hic agit noſter ille Cenſor. Quis enim, cum hæc legat, non cenſeat omnem fœneratorem ea pœna condemnari ſolitum Romæ, quadrupli nimirum, ut

omnis

omnis fur dupli pœna condemnabatur? Si ita esset, pejor sane civis fœnerator fure, & jure quidem existimatus foret. Atqui non ita est. Non omnem quippe fœneratorem lex duodecim tabularum quadruplo condemnabat, sed qui vetitum lege modum in fœnerando excessisset. Duodecim quippe Tabulis interdictum fuit, *ne quis unciario fœnore amplius exerceret, si quis contra faceret, quadruplione lueret.* Intra hunc modum igitur impunitus fœnerator, & fœnus exercere permissus. At furibus nusquam legitur præscriptus modus intra quem furari licitum foret. Quod si factum fuisset, tum bene comparatio furis & fœneratoris à Catone instituta esset, qua fœneratorem vel fure pejorem habitum nobis persuaderet. Alioquin certum est, levioribus interdum delictis graviores lege indici solitas pœnas, cum homines ad ea proniores videntur. Sæpe etiam alias legibus fœnebribus constricta est apud Romanos fœneratorum avaritia, quæ nisi coërcita fuisset, pauperibus civibus pernicialis admodum extitisset. Hinc legimus in Historia Romana apud Livium multis locis, accusatos ab ædilibus fœneratores, diemque his dictam, ipsosque multatos. Quam multam qui tunc volunt fuisse arbitrariam, non id colligere possunt ex verbis Livii. Immo, quadrupli pœnam in eos ex legibus duodecim tabularum durasse, verisimilius. Latus igitur differentiæ limes inter furtum & fœnus. Furtum est rei alienæ contrectatio invito domino. Qui fœnori dat pecuniam, rem suam offert volentibus utendam cum certi pactione incrementi reddendam. Accipere mutuam pecuniam nolentes nemo cogit. Volenti porro non fit injuria. Qui sat animi olim non habebant, ut sua manu occumberent, aliena utebantur. Qui sic hominem occidisset, pro homicida non poterat puniri in illo sæculo quo quis manum sibi violentam inferre poterat. *Invitum*, inquit poëta, *qui servat, idem*

idem facit occidenti. Si hæc negotiatio à quibusdam necatio appellatur, interfici potius hominem ego tum dicerem cui in extrema necessitate pecunia non daretur mutua, vel sub usura quantalibet, si hoc modo eriperetur ex imminente famis periculo, qua alias moriturus speraretur, nisi sic subventum ei esset. Quod posse sæpius contingere, neminem opinor negaturum. Ipse porro ille Cato, qui fœnerari hominem esse occidere interpretatus est, melius sane fœneratorem latroni vel sicario quam furi comparasset. Verba de eo Ciceronis sunt lib. II Officiorum, sub finem: *Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis, à quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit, Bene pascere; Quid secundum? Satis bene pascere; Quid tertium? Bene vestire. Quid quartum? Arare. Et, cum ille, qui quæsierat, dixisset, quid fœnerari? tum Cato, Quid hominem, inquit, occidere?* Tres vel quattuor hic quærendi modos adstruebat Cato. Quæstuosissimum inter hos qui ex pecuaria & bene pascendo petitur. Secundum qui ex mediocri pecuariæ studio paratur, quem tamen & ceteris antistare voluit. Quo significabat, nihil esse quæstuosius pastione. Tertio loco posuit, sive secundo, si summum ac mediocre pastionis studium pro uno numeres, servitiorum multitudinem. Quod designavit per illa verba, *bene vestire.* Quæ perperam sollicitant viri magni, & in his Hottomannus. Bene enim vestit qui plures habet servos vestiendos. Quartum demum & ultimum locum rei quæstuariæ tribuendum censuit arationi. Cui affine est quod ante notabamus ex Plutarcho, τὴν γεωργίαν huic Catoni videri ἀλγωγὸν potius, hoc est, oblectamentum, quam quæstum. Post omnia de fœneratione interrogatus, qua in parte illam locaret rei amplificandæ, fœnerari idem esse respondit quod hominem occidere. Quo responso non obscure indicavit,

cavit, ſuper omnes alias ad quæſtum faciendum eſſe efficaciſſimi compendii, ſed quæ homines ex quibus lucrum faceret, interficeret. Non quid dixerit, ſed, quid fecerit Cato, quærendum. Niſi ipſe primarius fuiſſet fœnerator, poterat videri vere & ex animi ſententia, quid de fœneratione judicaret, prompſiſſe. Sed Græcum omnino ſuſtulit proverbium, Σκύβης τ' ὄνον. Profecto ſi fœnerari eſt hominem occidere, ſummus ipſe fuit hominum occiſor, qui & improbiſſimum & in primis famoſum fœnus per libertos ſuos exercebat, quod nauticum vocabatur. Si fides eſt Plutarcho, quantum ſit fidendum hic Catonis de fœnerando ſententiæ, his docet verbis: Ἐζηήσαθη, inquit, τῷ μᾶλιστα τὸ δανεισμῶν ἐπὶ ναυκλήρῳ τόπον τοῦτον. ἐκέλευε τὸς δανειζομένους ἐπὶ χρεωνίαι πολλὰς ἀποφαλεῖν. ἡνιομένων δὲ πενήκοντα, καὶ πλοίων τοσούτων, αὐτὸς εἶχε μίαν μερίδα ἀφ' ἑκάστου ἀπελαυθέρων τοῖς δανειζομένοις συμπραγματευομένων, καὶ συμπολεόντων. ὧν δ' ἦν οὐκ εἰς ἅπαν ὁ κίνδυνος ἀλλ' εἰς μέρος μικρὸν, ἐπὶ κέρδεσι μεγάλοις. Navigabat ejus libertus cum ipſis mercatoribus & naviculatoribus, & periculum quidem ex parte exigua ipſum reſpiciebat Catonem, emolumenta vero inde maxima percipiebat. Quod qua ratione fieret, in ſequenti libro de modis uſurarum explicabimus. Quæ ſequuntur apud Plutarchum, declarant quomodo ſummum ex mancipiis quæſtum facere ſolitus eſſet. Dabat pecuniam ſervis ſuis, qui inde pueros comparabant, quos variis artibus ac doctrinis inſtituendos curarent, idq; Catonis ſumptibus. Sic eruditos, & cariores ex arte, quam didicerant, factos poſt annum vendebant. Eat nunc, & dicat, pejorem fure videri civem, qui fœnerator eſt. In hoc ſolum invenio furem & fœneratorem aliquid ſimile habere, quod neuter timetur illis, qui nihil habent. Nemo enim pecuniam inopi mutuam dare vult, nec fur ei quicquam ſurripere poteſt cui nihil

nihil eſt. At crimen non eſt fœnus ſi menſuram legibus imperatam obſervet, cum ſurreptio vel minimæ rei furti obliget illum qui invito domino eam attrectavit, & pœnæ obnoxium reddat. Quod ſi porro contra fœnus hoc argumentum ſumitur, quia, qui illud agitarent ultra modum lege conceſſum, quadruplo multabantur, in favorem fœnoris longe meliori ratione poteſt adduci, quod apud eoſdem illos Romanos, qui mala fide egiſſent, quo minus debitum ſolverent, aut capite pœnas dabant, aut trans Tiberim venum ibant. Nec hoc tantum, ſed ſi plures eſſent creditores quibus reus eſſet adjudicatus, ſecare ſi vellent atque partiri corpus addicti ſibi hominis, lex eis permittebat. Eaque una ex iis quæ in duodecim tabulas relatæ his verbis: *Tertiis nundinis partis ſecanto. Si plus minuſve ſecuerunt, ſine fraude eſto.* Cum adverſus fœneratores Cato declamitaret, hanc legem diſſimulavit, quæ iniquiſſima fuit, ſi fœnerari tam nefarium ipſis viſum eſt, ut pejorem fœneratorem fure civem crederent. Cur enim in partes membratim ſecari voluerunt à creditoribus eum qui debitum non diſſolveret mutuaticiæ pecuniæ, cum ſancire potius debuiſſent, non eſſe ſolvendum neque fœnus neque ſortem ei qui pecuniam fœnebrem locaſſet? Quod Plato in ſua republica conſtituit, cum fœnus omni modo vetuiſſet. Contra ea Romani, niſi utilitatem fœnoris, immo neceſſitatem agnoviſſent ac probaſſent, tam acerbis atque immanibus pœnis mala ac lenta nomina ad ſolvendum nunquam adegiſſent. Quo pacto fœnoris ac mutuaticæ pecuniæ commercium ſtabilire videntur voluiſſe. Cujus rei nos & veteres auctores admonent, cum cauſas reddunt tam inhumanæ ſectionis partitioniſque corporis. Sic enim Sextus Cæcilius Juriſconſultus apud Agellium eam immanitatem excuſat & purgat hac ratione reddita: *Hanc*, inquit, *fidem majores noſtri non modo in officio-*

rum vicibus, ſed in negotiorum quoque conctractibus ſanxerunt, maximeque in pecuniæ mutuaticæ uſu atque commercio. Adimi enim putaverunt ſubſidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis omnium vita indiget, ſi perfidiæ debitorum ſine gravi pœna eluderet. Memorat deinde quomodo confeſſi æris ac debiti judicatis triginta dies darentur conquirendæ pecuniæ cauſa quam diſſolverent, poſt quos, niſi diſſolverent, ut ad prætorem vocari ſoliti eſſent, & ab eo, quibus erant judicati addici, nervo aut compedibus vinciri. Ibi habebantur in vinculis ſexaginta dies. Inter eos dies trinis nundinis ad prætorem producebantur, quantæque pecuniæ judicati eſſent, prædicabatur. Tertiis demum nundinis, ut dixi, capite plectebantur, aut vænum dabantur, aut, ſi pluribus eſſent addicti creditoribus, ab iiſdem ſecabantur in partes. Hæc tam horribilis atrocitas non in alium finem inſtituta, quam, ut fraudatores eſſent pauciores, & fœnebris pecuniæ commercium in tuto ac ſolido locaretur. Quod *ſubſidium inopiæ temporariæ* dici ab eodem Cæcilio videmus, quo ſocietas humana communiſque vita maxime indiget. Idque ſane veriſſimum eſt. Hinc Cloatius Verus apud eumdem Agellium in libris verborum è Græcis tractorum Fœneratorem dictum putavit, quaſi φαινεροφίλους, ἀπὸ τῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρησιμώτερον, *quoniam id genus hominum ſpeciem oſtentent humanitatis, & commodi eſſe videantur inopibus nummos deſiderantibus.* De etymi veritate nihil dico, cum aliud ejus veriloquium ſupra adduxerim, ſed ex eo colligimus, quæ ſententia fuerit veterum Romanorum de re fœnebri, quam inopibus ad tempus conducere & inopiæ temporaneum eſſe remedium non parvum crediderunt. Catonem unum excipimus, quem non magis faviſſe medicis quam fœneratoribus Plinius nos docuit. Quinimmo & gravius aliquanto in medicos perorat quam in fœneratores,

tores, & merito quidem, quia & ipſe fœnerator, & quidem de præcipuis ac majorũ gentium, ut ante oſtendimus. Sed eum ante retudimus in gratiam fœneratorum. Medicis arma ſunt, quibus ſe adverſus eum defendant, nec auxilio meo opus habent. Hoc mihi ſufficit hic proferre, ejuſdem eſſe hominis medicandi artem utiliſſimam damnare, & fœnerandi non minus utilem. Sed rem, inquit Plinius, medicam non damnavit, ſed artem. Poſſumus ſimiliter dicere, rem fœnebrem non eſſe damnandam, ſed artem. Res ipſa, ſi modeſto modo exerceatur, & legibus ſe obtemperantem præbeat, cum tali temperamento maximæ eſt utilitatis. Si ars fiat, quæ nihil aliud niſi quæſtum ſuum reſpiciat, eumque immodicum, nec ſe legibus coërcendam permittat, tum exitialis & pernicioſa evadet. Qui Plutarchum adverſus uſuras teſtem producunt, quem & librum ex profeſſo contra fœneratores conſcripſiſſe ajunt, nec libri titulum intellexerunt, nec mentem Plutarchi introſpexerunt. Nec enim ille περὶ τῦ μὴ δανείζειν ſcripſit, ſed περὶ τῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι. Nec fœneratores proprie præcipueque eo opere exagitat, ſed eos qui mutuam accipiunt pecuniam, non etiam qui dant, niſi obiter. Non igitur de non fœnerando liber illi conſcriptus eſt, ſed de mutuo non accipiendo ſub fœnore. Hic primus illi ac principalis in ea ſcriptione ſcopus eſt, abſterrere homines, præſertim locupletes, ab uſurariis debitis contrahendis. Quem morem tum fuiſſe divitum frequentem, notat & carpit Plutarchus. Eoſque hoc nomine maxime reprehendit, quod, cum vaſa haberent argentea vel plurium menſarum, quæ diſtrahere poſſent, & neceſſitati ſuæ pecuniariæ inde ſubvenire, è menſa fœneratoris argentaria mallent ſumere. Præ luxu itaque & mollitie non ſuis rebus eos uti, ſed ab aliis accipere mutuo ſub uſura quibus non indigeant. Sic enim ibi legendum: Νῦν ὑπὸ πρόφης τῆς μεγαλα-

μαλακίας ἢ πολυτελείας, ἃ χρῶνται τοῖς ἐκείνων ἔχοντες, ἀλλὰ λαμβάνειν ἐπὶ τόκῳ παρ' ἑτέρων μὴ δεόμενοι. Qui habent, non quibus deficit, pecuniam mutuam accipere ſolitos ac δανείζεσθαι, eo argumento probat, quod inopibus tunc nemo daret mutuo, ſed his ſolis qui ſatisdare, & idonee de reddendo cavere poſſent, ſponſoribus vel pignoribus datis, quippe qui ea pecunia non inopiæ alicui ſuæ ſubvenire, aut egeſtati contenderent, ſed qui habere vellent unde ſumptus facere largiter poſſent ad luxum ac delicias. Hic enim ſenſus eſt illorum Græcorum verborum, ὑπὸ πλούτου, καὶ μαλακίας, καὶ πολυτελείας. Ad delicias, & luxum, & ſumptus profuſos, pecuniam illos divites mutuam quærere dixit. Πολυτέλεια eſt ſumptuum profuſio, & πολυτελὴς ſumptuoſus, qui profundit ac prodigit multa. Alexis in Comœdia Φιλάδελφοι:

Ἐγώγε δ' οὐδὲν ἔχειν δοκῶ μέλλον
Τὰ περιττὰ μισῶ, τοῖς ὑπερβάλλουσι δὲ
Τέρψις μὲν οὐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δέ.

— *in ſuperfluis*
Nulla eſt voluptas, ſumptuum at profuſio.

Πολυτέλεια non hic eſt oſtentatio, ſed ſumptus. Δαπάνη in alia comœdia idem auctor dixerat quod hic πολυτέλειαν, in his verſibus quorum eadem pæne verba ſunt, niſi quod δαπάνη ibi poſuit loco πολυτελείας, & ἡδονὴν ἀντὶ τέρψεως:

— τοῖς ὑπερβάλλουσι δὲ
Δαπάνη παρέστιν, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡπισῦν.

Et hæc obiter. Commemorat deinde ibidem Plutarchus, & multis exaggerat, quot & quantæ indignitates perferendæ ſint iis qui pecuniam mutuam ſub uſura ſumpſerunt à fœneratoribus: quam durum, iniquum, importunum, moleſtum genus illud hominum ſit miſeris hominibus, quibus fœneraverunt, quoſque ſibi obſtrictos & obnoxios habent. Non eo animo tamen hæc à ſe dici poſtea profitetur quaſi bellum

ſum indixerit fœneratoribus: nulla enim ſe ab illis injuria adfectum, quam vindicare ſtudio habeat, ſed ut oſtendat iis, qui propenſi ſunt ad pecuniam ſumendam mutuam, quam turpis ea res ſit atque illiberalis, καὶ ὅτι τὸ δανείζεσθαι τῶν ἐσχάτης ἀφροσύνης καὶ μαλακίας ἐστί. Extremæ eſſe nimirum dementiæ ac mollitiei mutuari. Quod ut adſtruat, hoc dilemmate utitur. Aut dives es, inquit, aut egenus. Si rem habes, ad quid mutuaris? Si nihil habes, cur id accipis quod reddere nequeas? Inde concludit, neque divites, neque inopes mutuari oportere. Dementem enim eſſe, qui, cum pauper ſit, ad paupertatem hoc addit onus ipſa egeſtate intolerabilius, fœneratoris nempe importunitatem, diviti ipſi vix ferendam. Divites autem non neceſſitate hoc facere aut inopia, ſed ut habeant unde luxui & profuſis ſumptibus ſatisfaciant. Hæc eſt quam vocat μαλακίαν & πλούτῳ, quæ locupletes & copioſos ad mutuam ſumendam pecuniam adigit, non neceſſitas. Si enim neceſſariis ad victum contenti eſſe poſſent, & præ luxu parata & facilia non faſtidirent, non tantis ſumptibus ſe exhaurirent, nec opus haberent ad fœneratorem decurrere. Luxus igitur divitum fœneratores produxit, ſi Plutarcho credimus, ut & aurifices, & unguentarios, & alios artifices inſtrumenta deliciis ac luxuriæ ſuppeditantes. Nam pauperi nemo dat mutuum. Ergo ſi nemo eſſet qui mutuaretur, nemo etiam fœneraretur. Sed fallitur aut fallere vult cum captioſo illo ſuo ſyllogiſmo Plutarchus, quo præter inopem ac divitem non eſſe alium fingit, qui mutuari poſſit aut debeat. Nam inopem non debere quia non poteſt ſolvere; nec divitem, quia non habeat neceſſe. Ergo debere neminem mutuari. Hoc non neceſſario conſequitur. Quod eſſet verum, ſi omnes aut divites eſſent, aut egeni. Sunt enim inter divites & inopes medii quidam ac mediocres, qui nec inopes, nec divites ſunt. Hi & exſolvere

possunt quod mutuati sunt, & necessitate temporaria urgente sæpe coguntur mutuari. Propter hos vel necessarii sunto fœneratores, ad inopiam eorum temporariam sublevandam. Et hic valent quæ ex Platonis legibus adversus mutuum sumentes adfert idem Plutarchus, non debere aquari ex vicinia quemquam nisi prius apud se puteum foderit argilla tenus, quæ humorem apta est continere. Quo cum pervenerit, si aquam non inveniat, tum jus fasque ei esto à vicino petere. Necesse quippe esse ut ab altero mutuum sumat, qui proprium non quit possidere. Nam lex necessitati & inopiæ subvenit. Idem in mutuo ac fœnore observandum, vel teste Plutarcho, convincemus. Hoc utitur ille quidem argumento, ut locupletes ostendat non debere mutuum sub usura accipere, quia quod apud se affatim habent, frustra quærunt foris. Pauperes autem frustra prohiberi, quia non reperitur qui mutuum illis dare velit qui solvere non possunt. At eos perperam Plutarchus omisit, aut dissimulavit, qui necessitate ad tempus laborant, & facultatem habent solvendi, non tam opulenti ut quibus omnia affluunt, nec tam inopes ut qui omnium rerum egeni sunt. Male itaque Plutarchum, pro se facere contra usuram, interpretati sunt, qui vel illum non legerunt, vel ex solo titulo perperam Latine reddito id hauserunt. Nam qui *de vitanda usura* verterunt, ambiguum reliquere, utrum non sit fœnerandum, an non sit mutuo sub fœnore accipienda pecunia. Qui vero ita reddiderunt, quod non oporteat fœnerari, contrariam Plutarcho mentem affingunt, cum fœnerari sit δανείζειν, non δανείζεσθαι. At Plutarchus vetat δανείζεσθαι, hoc est, mutuum accipere, & mutuari, non mutuum dare. Nec ea est differentia vulgo Latinis inter *fœnerare* & *fœnerari*, quæ inter δανείζειν & δανείζεσθαι apud Græcos. Ita & Persæ, teste Herodoto, τὸ δανείζειν non improbabant, sed

τὸ δανείζεσθαι, alia tamen ratione moti quam quæ Plutarcho affertur. Qui fœnore dat, non necesse habet mentiri & fallere, ut rem suam faciat. At qui fœnore sumit, præter ingrati culpam quam subit tardius solvendo, plerumque & mentiri cogitur, & sæpius sciens prudensque id etiam facit, dum promittit ad diem solvere, & frustratur. Utrumque porro odere Persæ, & summopere cavent, ne ingrati sint, & ne mendaces. Utrumvis horum vix effugere possunt qui mutuo accipiunt. Ideo ingenuo indignum censent id propter quod mentiri adigitur. Si hoc est, non æquiores fuere mercatoribus, quam fœnore accipientibus, quos mercatores negat Cicero quicquam proficere *nisi admodum mentiantur.*

CAP. XIX.

Mercaturam recte cum fœneratione comparari. Coniones inter mercatores reip. perniciosiores videri fœneratoribus. Non tolerari in quibusdam bene moratis civitatibus. De monopoliis, an permitti debeant, & quatenus. Plurimas olim civitates ita difficultatibus suis subvenisse, institutis monopoliis. Thales Milesius μονοπωλίαν quomodo & qualẽ olim instituerit. Aristoteles explicatus. Ejus interpretes reprehensi. Quid sit ἐλαιουργεῖον. De mensis olearis. Quo tempore oliva colligatur, & oleum ex ea fiat. Monopolium Thaletis aliter à Plinio narrari. De monopolio Democriti. Monopolia ab Aristotele admissa & probata. Iterum paraphrastes ejus reprehensus. Conventiones quæ inter negotiatores ejusdem mercis fiunt, ut uno pretio ab omnibus vendatur, esse monopoliis affines, non tamen monopolii nomine vocanda. Συμπώλια potius dici debere quam μονοπώλια. Quinam sint συμπραται. Quid sit συμπρασία. Inde συμπρασία Dorice, & Latine

sepplasia. De sepplasiariis Capuæ. Fœnerationem speciem esse negotiationis. Negotiatorum nomine comprehensos à Iustiniano fœneratores. Græcis quoque dicti πραγματευταί. Apud Athenienses fœnus exercitum sine modo. Ita quondam & Romæ agitatum. Quid sit τόκιμον in lege Solonis. Quod fœnore datur, sic vocari. Proprie tamen, quod ponderatur, ea voce significari. Quid sit τοκιτὴς Græcis. Menandri versus correcti ac digesti. Quid sit πνεῦμα ἔχειν ἄνω. Sublimis anhelitus, Horatio. Πεντοκόττερον pro quinquelibri, τετροκόττερον pro quadrilibri. Σταθὸν ab eadem origine quinque minas significare, & σταθιαῖον rem quinque minarum. Hesychius emendatus. Σταθῆρες de his qui fœnore accipiunt. Στῆσαι esse fœnerari. Id ab eo tempore usurpatum quo æs rude & alia metalla appendi solita cum aliis rebus permutabantur, & mutuo dabantur. Μετρεῖν idem quoque esse quod δανείζειν, & in genere quidem de omnibus quæ mensura, pondere, ac numero continentur. Ammonius reprehensus, qui cum aliis antiquis vult, μετρεῖσθαι de his solis dici quæ mensura constant. Nummum aureum & argenteum appendi olim vulgo solitum, non etiam æs aut ferrum signatum. Quando Athenienses ære signato uti cœperint. Nummum ex ære gravem in mutuando appendi, nihil fuisse necesse. Nomina impendii, compendii, & stipendii, à stipe pendenda, ab eo tempore apud Romanos originem cepisse, quo ære rudi utebantur. De ære gravi. Non idem esse cum ære rudi, sed fuisse æs signatum. Error Scaligeri & doctissimorum hujus ætatis virorum castigatus. Græcis σταθμὸς eodem sensu quo Latinis æs grave. Ferrum grave signatum Lacedæmoniorum ita Platonem appellasse. De nummis Byzantinorum ferreis, σιδηρέοις nominatis. Locus Livii de ære gravi explicatus & correctus. Quid sit argen-

argentum grave. Alio sensu dictum quam æs grave. Raudusculum pro ære rudi, cui locus in veteribus mancupiis, ut post æs signatum assi. De æris etymo. Αἷς Doribus pro εἷς. Locus Apollonii Alexandrini expositus & emendatus. Ἄς Tarentinis, pro αὗς. Vtrumque pro uno. Inde As etiam Latinis de nummo uno æreo, ut & Doribus αὖς & ἄς. Quia is nummus ex ære, inde & æs pro ipso metallo usurpatum. As & æs Romanis indifferenter usurpata. Æs quaternum Martiali pro asse quaterno. Perperam eo nomine à Scaligero reprehensus. As ille, vel αὖς Doricus & Siculus, etiam λίτρας nomine appellatus. Λίτραν fuisse nummi genus, non tantum ponderis, ut perperam opinatus Scaliger. Inde libra Latinorum de asse librario. Tarentini Lacedæmoniorum coloni. Λιτροπόποι, qui. Dorice ὄγκος pro ὄγκος, inde ὀγκία. Doricis poëtis λίτρα pro pondere & pro minuto nummo. Vt nomina Latinis impendii & stipendii nata ante æs signatum, ita & Græcis τὸ στῆσαι, quod est pendere, pro fœnerari, ante nummi usum, Græcis usitatum. Hinc ἀποστήσασθαι χρέος, apud Homerum, qui non novit pecuniam signatam. Inde ὀβολοστάται, fœneratores. Quod genus fœneratorum hoc nomine proprie appellatum fuerit. Theophrastus explicatus, & ejus lectio adversus correctionem viri docti defensa. Τόκοι pro obolis, & vicissim oboli ἀντὶ τόκων. Κέρα, pecunia Asiatica, ex Arabico قرض, quod est fœnus. Ἴστιμα & στίμα, pro pecunia. Fœnus pro pecunia. Sordidiores fœneratores nomine ὀβολοστατῶν infamatos. Iidem & ἡμεροδανειστὴ appellati. De diario fœnore. Pollucem alio capite de obolostate tractasse, alio de Danista. Odio ipsius rei sic etiam omnes vocatos. De monopolio iterum, longe exitialius esse reipublicæ fœneratione, etiamsi justa de causa permittatur & constituto pretio. Fœnerationi

modum ut ex rei nummariæ inopia & copia potius præscribi debere quam ex lege. Si lex id faciat, legis auctorem id maxime spectare debere. Fœnerationem etiam licenter vagam, aliquando esse non malam. At modo constrictam semper esse bonam. Id de monopolio dici non posse. Magis itaque utilem reipublicæ videri fœnerationem quam μονοπωλίων.

HIs quæ ante demonstrata sunt, satis eos retudimus, qui Catonis, Ciceronis & Plutarchi testimoniis nitebantur ad inconciliandas nobis usuras, & odiosas reddendas. Ne Aristotelem quidem horum favere sententiæ docuimus, qui, quamvis omnem quæstum qui opera pecuniæ paratur, pro minime naturæ consentaneo habeat, nihilominus & fœnus cum mercatura & quamcunque aliam χρηματιστικὴν in Republ. sua admittit. Planum quinetiam fecimus, cascos illos Romanos ita de his judicasse ut de negotiatione admodum utili, immo & necessaria ad temporariam multorum inopiam sublevandam, si modo licentia earum cohibeatur intra terminos rationi & æquitati consentaneos. Idcirco sæpius eas ad libitum fœneratorum effusius evagantes coërcere maluisse, & in ordinem redigere, quam tollere. Ad uncias itaque & semuncias tandem reductas, sic ne nocere possent quæ temperatæ prodessent, effeciisse. Cujusmodi illud esset fœnus, sequenti libro explicabitur. Et profecto stultitia est maxima, rei necessariæ usu carere velle propter abusum qui facile tolli potest. Quid mercatura utilius, quam & recte cum fœneratione componunt & comparant omnes? At quoddam toleratur etiam in civitatibus bene institutis mercatorum genus, quod fœneratoribus ipsis intra modum coërcitis longe pernicioſius esse contenderim. Hi sunt cociones sive κάπηλοι Græcorum, qui, quæ in urbem venalia defe-

deferunt rustici, omnia coëmunt, ut carius ea civibus vendant. Necessarios tamen eos, ut ante diximus, reipublicæ judicat Plato, levi certe de causa. Ut rustici statim, divenditis quæ attulerunt, citius ad opus suum remeare possint. Atqui possunt, si quæ prioribus nundinis non vendiderint, ad sequentes reservare, & interim in urbe aliquo loco, privato vel publico deponere custodienda. Enimvero in multis civitatibus rectius administratis hoc hominum genus etiam solet coërceri, ut ne prius ab rusticis, quod habent, emant, quam cives necessaria sibi ab his præstinaverint, tempore ad hoc statuto, intra quod cives emendi jus habeant, tum forum pateat cocionibus. Aliquæ etiam civitates melius moratæ prorsus eos rejecerunt olim, hodieque rejiciunt quædam, nec ullo modo admittunt. De Locris id refert Heraclides, ut jam ante notavimus, apud eos nullum fuisse locum cocionibus, ἀλλ' ὁ γεωργὸς, inquit, πωλεῖ τὰ ἴδια. De monopoliis porro quid dicendum? In mercatura si admittantur, ac licita passim fiant, ausim dicere haud in minorem civibus casura perniciem, quam si vel improbissimum fœnus lege permittatur. Nam fœnore accipere pecuniam, aut aliud quid, nemo invitus cogitur. Sola necessitas, eaque ultima, homines adigit ad fœneratores confugere, eorumque subsidio uti. Ut malo majori subveniatur, hoc malum remedio est, ideoque minus est quam quod timetur. Quippe nisi quis crederet sibi deterius esse ea inopia qua premitur laborare, quam pecuniam à fœneratore mutuo sub usuris ingentibus sumere, non eo decurreret. Monopolia vero concessa omnes ordines enecant. Velis nolis, & quo pretio ipsis libuerit qui ea exercent, quod emere debes, habendum est. Constat tamen, & plurimas olim respublicas in necessitatibus suis monopolia instituisse. Immo & citra necessitatem, & ad reditus suos tantum augendos. De monopolio

modum ut ex rei nummariæ inopia & copia potius præscribi debere quam ex lege. Si lex id faciat, legis auctorem id maxime spectare debere. Fœnerationem etiam licenter vagam, aliquando esse non malam. At modo constrictam semper esse bonam. Id de monopolio dici non posse. Magis itaque utilem reipublicæ videri fœnerationem quam μονοπωλίων.

HIs quæ ante demonstrata sunt, satis eos retudimus, qui Catonis, Ciceronis & Plutarchi testimoniis nitebantur ad inconciliandas nobis usuras, & odiosas reddendas. Ne Aristotelem quidem horum favere sententiæ docuimus, qui, quamvis omnem quæstum qui opera pecuniæ paratur, pro minime naturæ consentaneo habeat, nihilominus & fœnus cum mercatura & quamcunque aliam χρηματισικὴν in Republ. sua admittit. Planum quinetiam fecimus, cascos illos Romanos ita de his judicasse ut de negotiatione admodum utili, immo & necessaria ad temporariam multorum inopiam sublevandam, si modo licentia earum cohibeatur intra terminos rationi & æquitati consentaneos. Idcirco sæpius eas ad libitum fœneratorum effusius evagantes coërcere maluisse, & in ordinem redigere, quam tollere. Ad uncias itaque & semuncias tandem reductas, sic ne nocere possent quæ temperatæ prodessent, effeciisse. Cujusmodi illud esset fœnus, sequenti libro explicabitur. Et profecto stultitia est maxima, rei necessariæ usu carere velle propter abusum qui facile tolli potest. Quid mercatura utilius, quam & recte cum fœneratione componunt & comparant omnes? At quoddam toleratur etiam in civitatibus bene institutis mercatorum genus, quod fœneratoribus ipsis intra modum coërcitis longe pernicioſius esse contenderim. Hi sunt cociones sive κάπηλοι Græcorum, qui, quæ in urbem venalia defe-

deferunt rustici, omnia coëmunt, ut carius ea civibus vendant. Necessarios tamen eos, ut ante diximus, reipublicæ judicat Plato, levi certe de causa. Ut rustici statim, divenditis quæ attulerunt, citius ad opus suum remeare possint. Atqui possunt, si quæ prioribus nundinis non vendiderint, ad sequentes reservare, & interim in urbe aliquo loco, privato vel publico deponere custodienda. Enimvero in multis civitatibus rectius administratis hoc hominum genus etiam solet coërceri, ut ne prius ab rusticis, quod habent, emant, quam cives necessaria sibi ab his præstinaverint, tempore ad hoc statuto, intra quod cives emendi jus habeant, tum forum pateat cocionibus. Aliquæ etiam civitates melius moratæ prorsus eos rejecerunt olim, hodieque rejiciunt quædam, nec ullo modo admittunt. De Locris id refert Heraclides, ut jam ante notavimus, apud eos nullum fuisse locum cocionibus, ἀλλ' ὁ γεωργὸς, inquit, πωλεῖ τὰ ἴδια. De monopoliis porro quid dicendum? In mercatura si admittantur, ac licita passim fiant, ausim dicere haud in minorem civibus casura perniciem, quam si vel improbissimum fœnus lege permittatur. Nam fœnore accipere pecuniam, aut aliud quid, nemo invitus cogitur. Sola necessitas, eaque ultima, homines adigit ad fœneratores confugere, eorumque subsidio uti. Ut malo majori subveniatur, hoc malum remedio est, ideoque minus est quam quod timetur. Quippe nisi quis crederet sibi deterius esse ea inopia qua premitur laborare, quam pecuniam à fœneratore mutuo sub usuris ingentibus sumere, non eo decurreret. Monopolia vero concessa omnes ordines enecant. Velis nolis, & quo pretio ipsis libuerit qui ea exercent, quod emere debes, habendum est. Constat tamen, & plurimas olim respublicas in necessitatibus suis monopolia instituisse. Immo & citra necessitatem, & ad reditus suos tantum augendos. De monopolio

polio Serici à Juſtiniano inſtituto habes apud Procopium in Ἀνεκδότοις. Fatentur & multi politici, non omnia monopolia cum jure naturæ pugnare. Quinimmo & poſſe interdum & privatis permitti juſta de cauſa. Monopolium fuit quo Byzantii uſi in magna rei nummariæ penuria, cum nummorum collybum uni menſario elocarunt, nemini data poteſtate præter illum cui id jus vendiderant, nummi cuiquam diſtrahendi aut ab alio emendi, niſi qui ea pecunia multari vellet. Ab eodem Ariſtotele refertur in ſecundo Oeconomico, Pythoclem Athenienſem ſuaſiſſe civitati, ut publice redimeret omne plumbum quod à privatis colligebatur ex Lauriis metallis eo pretio quo ab ipſis vænale habebatur, duabus nempe drachmis minam, quod ipſa civitas poſtea venderet ſex drachmis. Nota eſt hiſtoria Joſephi, quæ τὴν μονοπωλίαν illuſtri exemplo commendat. Cui ſimilis ea Thaletis Mileſii narrata Ariſtoteli noſtro, qui, ut oſtenderet, philoſophos poſſe & quæſtuoſa ſectari, ſi tanti quæſtum ducant, hujuſmodi μονοπωλίαν cogitavit. Cum prævidiſſet ex aſtrologia ſequenti anno, futuram oleæ uberrimam annonam, omnia trapeta, quæ in Mileto & Chio inſulis erant, parvo conduxit, priuſquam hiems in exitu foret. Quod facile illi fuit tum, cum nemo contra, eo præſertim tempore, licitaturus accederet, arris interim datis ex pauxilla quam potuit corradere pecunia. Ubi tempus advenit olei facturæ, in larga olivatione, cum maxima inſtaret multitudo urgentium ut trapeta conducerent, & oleum conficerent, quanta voluit mercede, ea elocavit, & inde vim pecuniæ ingentem redegit. In verbis Ariſtoteles Græcis, quibus hæc narravit quæ leguntur in primo de Republica, quædam ſunt animadvertenda. Τὰ ἐλαιέργια, ſive ἐλαιουργεῖα, non ſunt officinæ oleariæ, ut vertunt tam interpretes, quam paraphraſtæ, ſed trapeta ſive torcularia premendo oleo. Officinæ quippe oleariæ dicerentur & in quibus venale habetur oleum, non loca in quibus conficitur. Illa ἐλαιοπωλεῖα ſunt, hæc ἐλαιουργεῖα. Vere vetus Gloſſarium: *Trapetum*, ἐλαιῶν μύλος, ἐλαιουργεῖον. Aliæ Gloſſæ Græco-Latinæ: Ἐλαιοπωλεῖον, *olearium*. Ἐλαιοληβίον, *trapetum*. Idem omnino eſt ἐλαιοληβίον cum ἐλαιουργείῳ. *Menſæ olearia* aliud ſunt in Cod. Theod. tit. de menſis olearis. Sunt enim menſæ, in quibus expoſitæ erant menſuræ olearæ, quæ pertinebant ad ἐλαιοπώλας, quorum corpus fuit ut aliorum negotiatorum. Quamvis enim inferior pars molæ τράπεζα dicatur, ut ſuperior ὄνος, nihil tamen ad has menſas olearias attinet. Vendentium eæ propriæ, ut nummulariorum ſuæ menſæ, & hic oleariorum. In quas vænales ſervi aſcendebant, ut vænum exponerentur, τράπεζαι quoque dictæ Polluci lib. VII: Ἐφ' ὃ δὴ ἀναβαίνοντες οἱ δοῦλοι πιπράσκονται, τοῦτο τράπεζαν Ἀριστοφάνης καλεῖ. Fuit & macellariis, ſive coquis publicis & laniis, ſua menſa, quæ *Lanionia* vocatur. Calculones etiam habuere ſuas λογιστείας τραπέζας. Sed hæc obiter. Doctus Paraphraſtes, ut aliquid amplius diceret in ea re memoranda quam ipſe auctor, ne ſic ab officio diſcederet περιφράζοντος, plus etiam dixit, quam debuit, & decuit. Quorſum enim hæc quæ de ſuo intexuit? *Nondum tum elapſa hieme, ex aſtrologia, quam intelligebat, ratione, prævidiſſe, æſtate, quæ inſtabat proxime, uberem proventum olearum fore.* Quaſi proventus olearum æſtate impendeat. Perſequitur tamen, ut oſtendat hoc ſibi placere: *Æſtate adventante, cum jam multi, quaſi agminatim conducere eas vellent, convenirent, quanti videretur elocaſſe.* Diceres, ut hæc verba ſunt, maturam oleam æſtate adventante fieri & oleum premi. Sed hoc condonandum doctiſſimo paraphraſtæ. Non enim in his locis olea provenit, nec oleum fit, ut ſcire poſſet, quo tempore anni ſit opportunitas ejus faciendi. Docere tamen

videaddenda.

tamen ipsum potuere auctores quos legit, olivas hieme tantum cogi, & colligi, ac proinde tum quoque oleum confici. Catullus in obscæno carmine:

Mihi corolla picta vere ponitur,
Mihi rubens arista sole fervido,
Mihi virente dulcis una pampino,
Mihique glauca duro oliva frigore.

At si vera sunt quæ Aristotelis interpres pro Aristotelicis nobis reponit, oliva media æstate ad legendum matura est & ad oleum de se dandum. Atqui certum est, oleam non ante mensem Junium florere, eodem nimirum tempore, quo & vinea floret. Quod vel ex Plinio potest quivis doceri. Hoc tempus est adventantis æstatis. Viderit vir doctissimus, an ex florente olea oleum effluere queat. Rei rusticæ auctores admonere & ipsum debuere, oleum ex olea nonnisi frigore solitum fieri. Palladius lib. I de olei factorio: *Olearis cella meridianis sit objecta partibus, & contra frigus munita, ut illi per specularia debeat lumen admitti. Ita & operas, quæ hieme futuræ sunt, nullus algor impediet, & oleum cum premetur, adjutum teporibus non valebit adstringi.* Nec autem hic licebit objectare, oleam per totam æstatem & autumnum servatam, ex ea demum hieme oleum confectum. Iidem auctores & in his Cato præcipiunt, non diu in tabulato servandam esse oleam priusquam oleum fiat, sed quam citissime conficias, tam maxime expedire. Atque hæc hactenus. Monopolio Josephi similius erit hoc Thaletis Milesii monopolium, si ad eum modum institutum fuerit, ut à Cicerone narratur, qui vult, Thaletem, *omnem oleam, antequam floreret, in agro Milesio coëmisse.* Sequuto ergo proventu bono olearum, maximas confecit pecunias. Atqui ubi magnus est alicujus rei proventus, solet etiam ejus annona esse vilior. Ita nostri consueverunt ὀπωροπῶλαι, non quidem priusquam floreant arbores, earum fructum

fructum coëmere, sed dum in flore sunt. Si fructus respondeat ex voto, ut vix caduci ulli flores fiant, sequuta inde vilitate vix tanti est captura, quam quanti esset, si mediocriter responderet. Certum quippe est, in summa abundantia, si talis præsertim ubique sit, minorem esse quæstum cum majore colligendi & servandi labore & impendio. Non sic tamen fuit Thaletis monopolium, & miror unde Cicero hauserit, ut describit. Hieronymus Rhodius eodem modo quo Aristoteles, id scriptum reliquerat, ut est apud Diogenem Laërtium in vita Thaletis: Ἱερώνυμος Ῥόδιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων, ὅτι βουλόμενος δεῖξαι ῥᾷον εἶναι πλουτεῖν, φορᾶς μελλούσης ἐλαιῶν ἔσεσθαι προνοήσας, ἐμισθώσατο τὰ ἐλαιουργεῖα, καὶ παμπλεῖστα συνεῖλε χρήματα. *Conduxit trapeta*, vel *olearia torcularia.* Sic enim vertendum fuit. Miror itaque, doctum virum ad eum locum adnotare, à Plinio id Democrito tribui, cum adeo diversum sit quod Plinius de Democrito perhibet lib. XVIII, cap. XXVIII: *Ferunt, Democritum, qui primus intellexit ostenditque cæli cum terris societatem, spernentibus hanc curam ejus opulentissimis civibus, provisa olei caritate ex futuro vergiliarum ortu, qua diximus ratione, ostendemusque jam planius, magna tum vilitate propter spem olivæ, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus, qui paupertatem quietemq; doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque, ut apparuit causa, & ingens divitiarum cursus, restituisse mercedem anxiæ & avidiori dominorum pœnitentiæ, contentum ita probavisse, opes sibi in facili, cum vellet, fore.* Scopus quidem idem Democrito qui Thaleti, ut ostenderet nimirum, philosophis, cum liberet, licere etiam ditescere, sed in re diversa. Addit statim Plinius, *hoc postea & Sextum è Romanis sapientiæ assectatoribus Athenis fecisse eadem ratione.* Prævidit caritatem oleæ Democritus, ubertatem Thales. Hic ex trapetis oleariis

riis quæſtum fecit quæ conduxerat, ille ex ipſa olea quam ante florem coëmerat. Non improbat hujuſmodi monopolia Ariſtoteles, præcipue ſi ex præſaga prudentia caritatis aut vilitatis futuræ captantur. Immo & in genere hanc rationem χρηματιστικῆς non damnat, & in privatis laudat, ſi quis aliquando queat tale aliquid excogitare & comminiſci. Ἔστι δ' ὡς, ὥσπερ εἴπομεν, καθόλου τὸ τοιοῦτον χρηματιστικὸν, ἐάν τις δυνήται μονοπωλίαν αὐτῷ καθασκευάζειν. Hoc ſupra dixit, cum modos recenſuit varios, quibus rem facere quis poſſit: Ἔτι δ', inquit, καὶ τὰ λεχθέντα σοφίσματα, δι' ὧν ἐπιτυγχάνουσί τινες χρηματιζόμενοι, δεῖ συλλέγειν, πάντα γὰρ ὠφέλιμα ταῦτά ἐστιν τοῖς πράσεσι χρηματιστικοῖς, οἷον καὶ τὸ Θάλεω καὶ Μιλησίου. τοῦτο γὰρ ἐστὶ καθολικόν τι χρηματιστικὸν, ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν διὰ τὴν σοφίαν ἀποδίδοται, τυγχάνει δὲ καθόλου τι ὄν. Vir doctus ita hæc παραφράζει. *Eſt enim præclariſſimum inventum rei faciendæ, & quo multi proculdubio ſunt uſi, quamquam huic propter ſingularem viri ſapientiam adſcribitur.* Hoc non dicit Ariſtoteles quod paraphraſtes, præclariſſimum eſſe inventum, ſed ſimpliciter eſſe καθολικόν τι χρηματιστικὸν, hoc eſt, inventionem quamdam ad quæſtum faciendum. Munus eſt boni paraphraſtæ, quantum poteſt, planiorem & pleniorem auctoris ſui mentem reddere, non aliquid addere quod contra eam faciat. Sed nec id ab illo dicitur, multos eo ipſo invento uſos eſſe. Non enim multi eam ſapientiam aſſequuti ſunt, ut ex aſtris prævidere poſſent, annonam alicujus rei futuram copioſam aut raram. Verum cum plures captaſſent hoc genus quæſtus, ſi quando alicui bene ſucceſſiſſet, hoc ſapientiæ eorum adſcribi ſolitum ab imperito vulgo, quod tamen fortuito eveniſſet. In univerſum, ait, hanc quæſtus faciendi rationem pleriſque uſitatam eſſe, ac generalem haberi; ſed ejuſmodi aliquam, quæ felicem habuerit ſucceſſum, tribui ſolere Thaleti propter ſingularem ejus ſapientiam.

tiam. Quinimmo & factum cujuſdam Siculi, in quo nihil eſt ſagacitatis ad divinandum dubiæ & ancipitis capturæ eventum, componit & confert cum illo Thaletis commento. Siculus quidam ex pecunia, quæ penes eum erat depoſita, ferrum univerſum, quod fuit in ferrariis metallis, coëmit. Poſtea, cum rediiſſent ex emporiis mercatores, ſolus eis ferrum vendebat, non pretio admodum ampliato, ſed ita tamen, ut ex quinquaginta talentis, quæ penes ſe depoſiti nomine ſervabantur, centum confecerit. Addit Ariſtoteles: Τὸ μέντοι σύρεμα Θάλεω καὶ τοῦτο, ταὐτόν ἐστιν. ἀμφότεροι γὰρ ἑαυτοῖς ἐτέχνασαν μονοπωλίαν. In hoc ſimile facit philoſophus utriuſque commentum, Thaletis & Siculi, quod ſibi ipſis ea arte concinnarint μονοπωλίαν, ex quo multum lucri fecerint. Fine, inquam, utriuſque inventum par, ſed modo diverſum. Ita enim ſcribendum apud Ariſtotelem, σύρεμα, non ὄρυγμα. Ariſtoteles autem etſi χρηματιστικὸν omnem quæ nummo perficitur, aut permutatione aliarum rerum quam quæ ad victum ſunt neceſſariæ, ſecundum naturam eſſe neget, non tamen ullam talem è republica ſua exterminat. Nam & artes omnes, & negotiationem quamcunque, & mercaturam inde explodere debuiſſet. Ergo nec ὁδοιπορικὸν ab ea expungit, quæ media ipſi locatur inter mercaturam, & mercenariam. Præterea & μονοπωλίαν etiam admittit, cujus & exempla aliqua ideo ſe referre dicit, quia utilia ſint quæſtuariæ ſtudioſis. Πάντα γὰρ, inquit, ὠφέλιμα ταῦτ' ἐστι τοῖς πράσεσι τοῦ χρηματιστικοῦ. Deinde cum nonnulla μονοπωλίας genera collegiſſet ac recenſuiſſet, ſtatim ſubjunxit: Χρήσιμον δὲ γνωρίζειν ταῦτα καὶ τοῖς πολιτικοῖς, πολλαῖς γὰρ πόλεσι δεῖ χρηματισμοῦ, καὶ τοιούτων πόρων ὥσπερ οἰκίᾳ. *Hæc vero ſcire & politicis expedit, quatenus & multis civitatium hujuſmodi quæſtus faciendi & rei parandæ ratio plerumque neceſſaria eſt, haud ſecus ac privatis.* Mo-

nopoliis affines ſunt & eæ conventiones quæ de compacto fiunt inter plures ejuſdem mercis negotiatores, ne quis eorum minoris ſuam vendat, quam quo pretio ab omnibus ipſis in unum conſpirantibus ex colluſione conſtitutum eſt. Quas depectiones etiam vulgo *monopoliorũ* appellatione nuncupamus. Quinimmo & omnes pactiones, & conventiones etiam in alia re factas, quam in mercimoniis, quæ contra bonum æquumque inter plures fiunt contra aliquem, *monopolia* vulgo dicimus. De oleariis notat Plautus in Captivis, ita ſolitos in Velabro invicem colludere inter ſe, & paciſci ut omnes eodem pretio oleum venderent.

Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res.

Omnes cõpacto rem agunt, quaſi in Velabro olearii.

Id eſt, ἐλαιοπῶλαι. Hi in Velabro menſas ſuas habebant, quæ *olearia menſæ* dicuntur in Cod. Theodoſ. Hoc non eſt proprie μονοπωλία, ſed συμπωλία potius, aut συμπρασία, eſſet dicenda. *Conventum & conventiones* vocat lex unica Cod. de monopoliis & conventu negotiatorum illicito. In ipſa lege interdicitur, *ne quis cujuſcunque veſtis vel piſcis, vel cujuſlibet alterius rei monopolium audeat exercere: neve quis illicitis habitis conventionibus conjuret, aut paciſcatur, ut ſpecies diverſorum corporum negotiationis non minoris quam inter ſe ſtatuerint, venundentur.* Ut negotiatores plurimarum mercium ſocietate inter ſe inita corpus unum aut collegium conſtituebant. Inter mercatores ejuſdem corporis & negotii, hę fieri conventiones ſolitæ, unanimi corporis totius ſive collegii conjuratione & colluſione. Statuebant ipſi pretium merci ſuæ, ne quis ex corpore minoris cuiquam venderet quam dictum eſſet, ex communi totius corporis ſententia. At monopolium tunc nemini licuit exercere, niſi licentia à Principe impetrata, qui vel uni, vel pluribus hanc poteſtatem, vel jus dabat certæ mercis

mercis vendendæ, ut nulli præter eum liceret habere vænalem, ſub vectigalis onere quod propterea princeps ei merci imponebat. Princeps ipſe pretium interdum ponere ſolebat ſpeciei, cujus monopolium alicui permiſerat. In civitatibus vero liberis, ut ex Ariſtotele conſtat, unuſquiſque ſibi poterat μονοπωλίαν inſtituere quo vellet modo, conquiſitis & coëmptis per averſionem cujuſcunque generis mercimoniis quæ ſolus poſtea venderet. At pactiones illæ illicitæ, quas prohibet Zeno lege illa Codicis ſupra ſcripta, non ſunt *monopolia*, ut vulgo vocantur, cum fiant inter plures συμπράξεις. Ut enim notat Pollux, συμπράται οἱ σὺν ἄλλοις πιπράσκοντες. Inde συμπρασία & συμπράσιον, & Dorice συπρασία, ex quo Romanis *ſepplaſia*, vel *ſepplaſium*, ἡ συμπρασία. Sic enim Latini mutant υ Græcum in *e*. Quod in ſexcentis obſervavimus. Ita vocabatur Capuæ vicus, in quo myropolæ unguenta ſua & aromata vænalia habebant, ut Romæ in Velabro olearii. Unius mercis corporati negotiatores συμπράται, ut corpus ipſum, vel actus, vel locus, in quo ſua vendunt, συμπράσιον, ut Capuæ. Hinc *ſepplaſiarius*, ὁ μυροπώλης. Et *folium de ſepplaſio*, apud Marcellum Empiricum, id eſt, aromaticum, quod perperam corrupit Cornarius. Idem Empiricus in Carmine:

Quodque ab Idumæis vectum ſepplaſia vendunt.

Id eſt, τὰ συμπράσια μυροπωλικά. Id cum de omnibus συμπραλῶν collegiis dici poſſet, de ſolis myropolis ut diceretur apud Capuam urbem, obtinuit. In his igitur συμπρασίοις, vel συμπωλίοις, hujuſmodi conventiones fieri amant, non in monopoliis, cum quis jus habet ſolius alicujus mercis vendundæ. Atqui vel liberas illas μονοπωλίας admittit Ariſtoteles, id eſt, quo velint pretio, quæ ſoli habent vænalia venundantes. Minus forent noxiæ reipublicæ, ſi pretium à magiſtratu vel à principe his conſtitueretur. Idem dicen-

dum & de fœneratione. Species & illa negotiationis sive μεταβλητικῆς. Negotiatores quippe dicti qui eam exercebant. Firmicus lib. III, cap. VIII: *Reddit etiam honestos moribus, & graves, rationibus etiam faciet præpositos aut conductionum, aut instrumentorum, aut vectigalium, aut negotiationum, vel mensarum & fœnerationum negotia tractantes.* Ita scribendum ex vetustissimo Codice. *Mensarum & fœnerationum negotia* jungit, quia iidem mensarii & fœneratores. Idem lib. IV, cap. VII: *Si vero à Mercurio defluens minuta lumine luna ad Iovem feratur, aut rationibus præponit, aut fœnorum negotiationibus facit esse præpositos.* Intelligit nummularios, seu mensarios, quia etiam negotiationibus fœnoris erant publice præpositi. Hinc Justinianus leg. Eos qui, Cod. de usuris, sub nomine *negotiatorum* comprehendit etiam fœneratores sive mensarios, ut pluribus in sequenti libro de modis usurarum dicturi sumus. Nam inter eos qui aliquam negotiationem licitam gerunt, quibus usque ad bessem centesimæ fœnus exercere permittit, publici *fœnorum negotiatores*, ut eos vocat Firmicus, qui idem sunt cum mensariis, censendi sunt. Græcis quoque πραγματευταὶ dicuntur, quo nomine appellati aliarum mercium & artium negotiatores. Et πραγματεύσασθαι apud Lucam est, pecuniam fœnore exercere. Cum igitur non deteriores sint μονοπώλαις fœneratores, immo etiam aliquanto utiliores reip. & magis necessarii, cæteris paribus, nemo non videt, liberam fœnerationem liberæ μονοπωλίᾳ præferri debere. Cum liberam porro μονοπωλίαν admittat Aristoteles, inter genera χρηματιστικῆς licita, & rebus ipsis publicis sæpe usurpata, talem quoque agnoscit fœnerationem nulla lege coërcitam, & ex libidine fœnerantium exerceri solitam. Talis tunc apud Athenienses in usu moreque fuit, apud quos licitum erat, ut libitum, fœnus agitare nullo præscripto modo. Quod & an-

& antiquitus quoque Romæ receptum ante duodecim tabularum legem, quæ modum imposuit fœnori, ne unciario majus exerceretur, *cum antea*, ut scribit Tacitus, *ex libidine locupletium agitaretur.* Athenis olim, ut etiam Romæ, licuit ἐπὶ σώμασι δανείζειν, ita ut solvere impotes, addicti creditoribus suis, ibidem servirent, aut peregre venundarentur. Unde etiam liquet, quanti fecerint fidem debiti servare, & fœneratores non fraudare. Eum morem abolevit Solo, ne liceret ἐπὶ τοῖς σώμασι δανείζειν, sed eum non sustulit, qua, in quantum quisque vellet, fœnerari fas erat. Verba ipsa legis, qua id permissum fuit, sic concepta leguntur apud Lysiam in ea contra Theomnestum quæ prima est: Τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι ἐφ' ὁπόσον ἂν βούληται ὁ δανείζων. *Pecuniam fœnore dari licere in quantum libuerit fœneratori.* Quæ verba sic interpretatur ipse ibidem Lysias: Τὸ στάσιμον τοῦτό ἐστιν, ὦ βέλτιστε, οὐ ζυγῷ ἱστάναι, ἀλλὰ τόκον πράττεσθαι ὁπόσον ἂν βούληται. *Illud vocabuli στάσιμον, ô bone, non id significat in lance quod appenditur, sed usuram tantam exigi quantam voluerit fœnerator.* Negat Lysias in ea Solonis lege στάσιμον id intelligi quod vulgo ea voce significaretur, quod nempe in statera pendi soleret, sed pecuniam fœneraticiam. Sane στάσιμον & στατικὸν dicebatur tunc quidquid in statera pendi soleret. Hinc στατικὴ, *ars libripendis.* Et σταθμὸς, *pondus.* Item ἰσοστάσιον, *æquilibre*, vel *ejusdem ponderis.* Deinde *statera* Latinis inde nomen accepit pro lance, ex Græco στατὴρ, quod non solum nummi genus designat quattuor drachmarum, sed etiam pondus, sive libram, ut in hoc versu Eupolidis ex Taxiarchis:

— ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος, κρόκης
Πέντε στατῆρας εἶχε, ναὶ μὰ τὸν Δία,
Νῦν δὲ ῥύπου γε δύο τάλαντα ῥᾳδίως.

Ita distinguendi illi versus. Loquitur de tunica militis, χιτὼν enim subaudiendum, quæ nova cum esset,

 quinque

quinque libras ſubteminis habebat, eo vero tempore, quo obſoleta & ſordida erat, facile ſordium habuit duo talenta pondo. Inde πενταστάτηρος quinquelibris apud alium comicum, Crateta, cujus verſus ita legendos cenſeo apud Pollucem lib. IX:

Ὅταν γὰρ, οἴμοι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχὺς,
Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν εἰδὼς ἐντρυφᾷν
Πενταστάτηρον, γίνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Quos perperam emendat vir doctus in libro poſtumo de re nummaria. Ubi πενταστάτηρον δίκελλαν vocat ligonem vel raſtrum quinque librarum pondo. Superne illis ſpiritum fieri dicitur, qui anhelitum ex alto ducunt, & vix ſpirare præ corporis mole poſſunt, quibus ſi laſſitudo vel ex modico motu accedat, tum quia crebriore & velut in ore poſito quatiuntur ſpiritu, πνεῦμα dicuntur ἄνω ἔχειν. *Sublimis anhelitus* Horatio dicitur de Paride: *Sublimi fugies mollis anhelitu.* ἄνω πνεῦμα ἔχων. Menander apud Athenæum:

— ἐνθυμοῦντί μοι
Εὐθάνατος οὗτος φαίνεται θάνατος μόνος.
Ἔχοντα πολλὰς χολάδας εὖ κεῖσθαι παχὺν,
Μόλις λαλοῦντα, καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω,
Ἔσθειν λέγοντα, σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

Sic legendi & digerendi hi verſus. Στατὴρ & μνᾶ apud Græcos idem eſt in re libripendiaria. Ea mina eſt quam appellant μνᾶν τῆς ῥοπῆς. Pollux lib. IX, cap. VI: μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι. Quæ præcedunt apud eum, corruptiſſima ſunt: ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ μνᾶν ἠδύνατο. Quod falſum eſt. Lege ex libris: πέντε χρυσοῖ στατῆρες μνᾶν ἠδύναντο. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τῆς μνᾶς τὸ πεμπτὸν στατῆρα ὀνομάζουσι. Hæc verba ἐν τοῖς ἱσταμένοις non ſignificant, *in his quæ penduntur*, ſed, *in his quæ mutuo dantur*. Nam ἱστάναι eſt δανείζειν, ἵστασθαι δανείζεσθαι. Aureus ſtater duas drachmas pendebat. Auri tunc in Græcia ratio decupla ad argentum fuit. Sic quinque ſtateres aurei minam argenteam valebant. Sequitur apud

apud eumdem: μνᾶν τῆς ῥοπῆς στατῆρα ὀνομάζουσι. Aliud igitur μνᾶ τῆς ῥοπῆς, *mina ponderaria*, quæ eadem eſt τῷ στατῆρι, aliud, cum expenditur & numeratur. Tunc ſtater aureus pars quinta eſt minæ, quia æſtimatur viginti drachmis. Sic Heſychius τετραστάτηρον τὴν τετράμνουν exponit, quia στατὴρ ponderis, idem quod mina ſive libra. At στατὸς, ab eadem origine, quinque minas ſignificabat. Idem: Στατιαῖον, τὸ πεντάμνουν, καὶ διστάτους, τυροὺς τοὺς δεκάμνους. Sed de his alibi. Sic Latini *pondo* pro *libra* dicunt, & *dupondium* pro *bilibri*, quod eſſet Græce διστάτηρον. Alio loco Pollux lib. IV δίκελλαν illam πενταστάτηρον Cratetis, interpretatur πεντάλιτρον. Nam λίτρα comicis veteribus etiam pro libra, quo nomine & librarium aſſem Siculi vocarunt, ut ſupra docuimus. Ceterum ſi στάσιμον in lege Solonis, quæ laxis habenis, quouſque vellet, effundi fœneratoriam permiſit, mutuaticiam pecuniam ſignificat, non rem penſitari ſolitam, unde ἱστάναι pro *fœnerari?* Nam & ὀβολοστατικὴν Ariſtoteles eo loco, quem exagitavimus, artem fœnerandi appellavit, quaſi dicas fœneratricem obolorum. Et στατῆρες in verſu quodam Epicharmi, qui citatur à Grammaticis Græcis, ſunt debitores, qui mutuantur pecunias ſub uſura:

Πολλοὶ στατῆρες, ἀποδοτῆρες δ' οὐδ' ἂν εἷς.

Sic Orus Grammaticus apud Etymologici magni auctorem, στῆσαι τὸ δανείσασθαι exponit, hoc eſt, *mutuam pecuniam ſub uſura ſumere.* Et ὀβολοστάτην exponit τὴν τὰ μικρὰ δανείζοντα φίλοις, *qui minutas pecunias amicis dat mutuas.* Heſychius quoque ἱστάνειν, δανείζειν exponit, *fœnerari*, & ἵστασθαι δανείζεσθαι, *mutuari.* Unde ergo hæc hujus verbi ſignificatio antiqua pro *fœnerando*, quæ, & *ponderandi* habuit proprietatem? Profecto non aliunde hæc promiſcuæ notionis ex uno verbo communicatio, quam quia olim, ante nummũ repertum, æs rude, quod in permutationibus pretii vicem obtinebat, appendi ſolitum erat, cum

tot libras æris auri argentique rudis & infecti cum diversis mercibus permutarent. Quod contra Aristotelis sententiam unice facit, qui fœnerandi commercium nummi inventioni imputat, cum sit exploratissimum, vel antequam nummus signaretur ex ære, argento, & auro, eumdem præstitisse usum tria illa metalla rudia & non signata. Ut enim μετρεῖσθαι dicebant pro *mutuum sub usura accipere* in illis rebus quæ mensura, pondere, & numero constabant, sic & ἵστασθαι similiter pro *mutuari* usurpabant in his quæ appenderentur. Docuimus autem supra, μετρεῖν ad omnia porrigi quæ admetiendo, adpendendo & adnumerando dantur, contra veterum quorumdam sententiam, qui μετρεῖσθαι apud Hesiodum de fœneratione rerum, quæ in sola mensura consistunt, acceperunt. In quibus est & Ammonius de similibus & differentibus vocabulis, cujus hæc sunt: Μετρεῖσθαι καὶ ἵστασθαι διαφέρει. Μετρεῖσθαι μὲν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, μέτρῳ λαμβάνειν πυρὸν ἤ τι τοιοῦτον ἐν δάνει, ἵνα ἀποδῷ. Ἡσίοδος, Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι. οὐχὶ ἀργύριον ἢ χρυσίον. οὐδέπω γὰρ ἐπὶ νομίσματος, ἵστασθαι. Ὅμηρος, Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ὑποστήσωνται Ἀχαιοὶ Χρεῖος. Οἷον τὸ γενόμενον αὐτοῖς ἐλάττωμα ἐν τῷ μάχεσθαι. ἀντὶ τοῦ, χρεολυτήσωσι, καὶ ἀντιστήσωνται, ὥσπερεὶ ὀφειλόμενον δάνος. Vult ἵστασθαι proprie de pecunia, quæ mutuo datur, dici, quia appenditur, μετρεῖσθαι de tritico & aliis quæ mensura constant. Sed fallitur. Μετρεῖσθαι generale est, ἵστασθαι de his tantum quæ pondere constant. Quod notat de pecunia dici ἵστασθαι, & citat Homeri versum, in eo etiam fugit illum ratio. Nam pecunia signata Homeri ævo nulla. Sed multa alia erant quæ in pondere tum consistebant, & mutuo dabantur præter pecuniam, de quibus ἵστασθαι usurpabatur. Ἀντὶ τοῦ δανείζειν accipitur in hoc Theopompi versu, qui citatur à Grammaticis ex Comœdia ejus Καπήλοις:

Ἢ μετάδος, ἢ μέτρησον, ἢ τιμὴν λάβε.

Qui

Qui hunc versum ibi pronuntiat, ab eo, cum quo loquitur, petit, ut rem, de qua sermo est, aut donet, aut fœnore det, aut vendat, id est, pretium pro ea accipiat. Et recte μέτρησον ibi δάνεισον interpretantur Grammatici qui citant. Generale igitur τὸ μετρεῖν de omni fœneratione, τὸ ἱστάναι speciale de iis tantum rebus quæ pondere continentur. Mansit itaque verbum illud ἱστάναι pro fœnore dare etiam postquam nummo signato uti cœperunt, qui non appendebatur in fœnerando. Unde & ὀβολοστάται fœneratores. Nec enim puto qui obolos fœnerabatur, solitum eos appendere. Numerabantur tantum. Cum tamen obolis argenteis uterentur Athenienses, videntur, ut pretium illis cum pondere constaret, etiam eos nonnisi adpensos dedisse mutuo vel accepisse. Nam adrosi, & usu detriti, ut minus pendebant quam integri, ita & minus valebant. Quod & in aurea pecunia hodieque fit, immo & in argentea, multis in locis. Quo tempore autem æream pecuniam ferire cœperint Athenienses, non est hujus loci memorare. Non mirum est ergo, apud quos nummus argenteus & aureus diu tantum in usu fuit, qui & appendi solitus, si ἱστάναι iidem pro fœnerare posuerint. Hæc cum ita sint, cur Lysias tam serio monet in lege Solonis, στάσιμον non esse quod in lance penditur, sed quod fœnore datur? Immo de hoc monere debuit. Cum enim στάσιμον sit proprie quod ἐν ζυγῷ ἵσταται, in lance penditur, in ea lege id significat quod appensum mutuo sub usuris datur. Præterea Lysiæ ætate ære signato utebantur jam Athenienses à tempore Calliæ, cujus magistratu nummus æreus cusus est, Olympiade LXXXI. De hoc enim Callia intelligendum esse, quod notant veteres, sub Callia primum Archonte percussam esse Athenis æream pecuniam, alibi adstruemus. Hinc & χαλκοῦ νομίσματος apud Demosthenem mentio, sed & apud Aristophanem hoc versu:

 Μεστὴν

tot libras æris auri argentique rudis & infecti cum diversis mercibus permutarent. Quod contra Aristotelis sententiam unice facit, qui fœnerandi commercium nummi inventioni imputat, cum sit exploratissimum, vel antequam nummus signaretur ex ære, argento, & auro, eumdem præstitisse usum tria illa metalla rudia & non signata. Ut enim μετρεῖσθαι dicebant pro *mutuum sub usura accipere* in illis rebus quæ mensura, pondere, & numero constabant, sic & ἵστασθαι similiter pro *mutuari* usurpabant in his quæ appenderentur. Docuimus autem supra, μετρεῖν ad omnia porrigi quæ admetiendo, adpendendo & adnumerando dantur, contra veterum quorumdam sententiam, qui μετρεῖσθαι apud Hesiodum de fœneratione rerum, quæ in sola mensura consistunt, acceperunt. In quibus est & Ammonius de similibus & differentibus vocabulis, cujus hæc sunt: Μετρεῖσθαι καὶ ἵστασθαι διαφέρει. Μετρεῖσθαι μὲν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, μέτρῳ λαμβάνειν πυρὸν ἤ τι τοιοῦτον ἐν δάνει, ἵνα ἀποδῷ. Ἡσίοδος, Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι. οὐχὶ ἀργύριον ἢ χρυσίον. οὐδέπω γὰρ ἐπὶ νομίσματος, ἵστασθαι. Ὅμηρος, Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ὑποστήσωνται Ἀχαιοὶ Χρεῖος. Οἷον τὸ γενόμενον αὐτοῖς ἐλάττωμα ἐν τῷ μάχεσθαι. ἀντὶ τοῦ, χρεολυτήσωσι, καὶ ἀντιστήσωνται, ὡσπερεὶ ὀφειλόμενον δάνος. Vult ἵστασθαι proprie de pecunia, quæ mutuo datur, dici, quia appenditur, μετρεῖσθαι de tritico & aliis quæ mensura constant. Sed fallitur. Μετρεῖσθαι generale est, ἵστασθαι de his tantum quæ pondere constant. Quod notat de pecunia dici ἵστασθαι, & citat Homeri versum, in eo etiam fugit illum ratio. Nam pecunia signata Homeri ævo nulla. Sed multa alia erant quæ in pondere tum consistebant, & mutuo dabantur præter pecuniam, de quibus ἵστασθαι usurpabatur. Ἀντὶ τοῦ δανείζειν accipitur in hoc Theopompi versu, qui citatur à Grammaticis ex Comœdia ejus Καπήλοις:

Ἢ μετάδος, ἢ μέτρησον, ἢ τιμὴν λάβε.

Qui

Qui hunc versum ibi pronuntiat, ab eo, cum quo loquitur, petit, ut rem, de qua sermo est, aut donet, aut fœnore det, aut vendat, id est, pretium pro ea accipiat. Et recte μέτρησον ibi δάνεισον interpretantur Grammatici qui citant. Generale igitur τὸ μετρεῖν de omni fœneratione, τὸ ἱστάναι speciale de iis tantum rebus quæ pondere continentur. Mansit itaque verbum illud ἱστάναι pro fœnore dare etiam postquam nummo signato uti cœperunt, qui non appendebatur in fœnerando. Unde & ὀβολοστάται fœneratores. Nec enim puto qui obolos fœnerabatur, solitum eos appendere. Numerabantur tantum. Cum tamen obolis argenteis uterentur Athenienses, videntur, ut pretium illis cum pondere constaret, etiam eos nonnisi adpensos dedisse mutuo vel accepisse. Nam adrosi, & usu detriti, ut minus pendebant quam integri, ita & minus valebant. Quod & in aurea pecunia hodieque fit, immo & in argentea, multis in locis. Quo tempore autem æream pecuniam ferire cœperint Athenienses, non est hujus loci memorare. Non mirum est ergo, apud quos nummus argenteus & aureus diu tantum in usu fuit, qui & appendi solitus, si ἱστάναι iidem pro fœnerare posuerint. Hæc cum ita sint, cur Lysias tam serio monet in lege Solonis, στάσιμον non esse quod in lance penditur, sed quod fœnore datur? Immo de hoc monere debuit. Cum enim στάσιμον sit proprie quod ἐν ζυγῷ ἵσταται, in lance penditur, in ea lege id significat quod appensum mutuo sub usuris datur. Præterea Lysiæ ætate ære signato utebantur jam Athenienses à tempore Calliæ, cujus magistratu nummus æreus cusus est, Olympiade LXXXI. De hoc enim Callia intelligendum esse, quod notant veteres, sub Callia primum Archonte percussam esse Athenis æream pecuniam, alibi adstruemus. Hinc & χαλκοῦ νομίσματος apud Demosthenem mentio, sed & apud Aristophanem hoc versu:

Μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων.

Hujusmodi æreis octo obolis unus argenteus permutabatur. Verum de his alibi. Non moris igitur erat, appendi hos minutos æreos nummos, qui *numeratæ pecuniæ* nomine proprie veniebant. Certe Theophilus *numeratam pecuniam*, λεπτὸς νόμμους interpretatur. Si quis hanc fœnore daturus numeraret, etiam ἱστάναι ab antiquo usu & more dicebatur, quam loquutionem ab eo tempore opinor cœpisse, quo mutuationes in ære rudi fiebant. Nam ne æs quidem grave ponderari solitum putem. Profecto vel quantumlibet gravis fuerit nummus, si modo de pondere constaret, nihil necesse fuit in statera appendere, ne tum quidem, cum pro nummo, ære rudi ad certum pondus examinato usi sunt, præcipue illa in ætate qua ponderis nota impressa est æreis laminis, quæ pro pretio mercis repræsentabantur, ut supra ex Aristotele monuimus. Cum enim notam præferret quæ pondus ejus designaret, supervacaneum erat in lance id apponere, ut pondus sciretur, quod signi impressio indicabat. In gravi quoque ære, quod olim usurparunt Romani, frustra adsumpta fuisset libra. Asses quippe cum librarii essent, numerandi erant tantum, non appendendi. Nam quando quis decem asses dabat, satis norat cui dabantur, se decem libras æris accipere, quia singuli asses erant librarii. Quibus etiam propterea signum incusum fuit, quod ponderis indicium faciebat, ut & in dupondiis, qui nota duarum librarum pondo insigniri solebant. Partes quoque assis non minus eam notam exhibebant, qua quot unciarum quisque esset dignosci posset, ut nos latius in nostro de re Nummaria explicabimus. Omnia igitur illa vocabula veteribus Romanis usitata. *Stipendii*, à stipe pendenda, *impendii*, *dispendii*, *compendii*, & similia, non ab eo tempore originem habuere, quo æs grave illis, certi utpote ponderis, in usu

usu fuit, sed ex eo quo rudi utebantur. Mirorque, Plinium dicere lib. XXXIII, cap. III, *libralem assem* appendi solitum. *Populus Romanus*, inquit, *ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dupondius, appendebatur assis.* Ita hæc interpungenda, ne *dupondios asses* inde, ut quidam fecerunt, constituamus, id est, bilibres. Ad quid, rogo, librarius assis appensus? Si librarius fuit, nec alii tunc cudebantur, quam qui ex libra æris constarẽt, non necessarium eos appendi. Sequitur apud eumdem: *Quare æris gravis pœna dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia, & dependere. Quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores libripendes dicuntur. Qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur.* Hæc omnia falsa. Nec enim ab ære gravi & signato, quod & suum certumque pondus habuit, illæ loquutiones propagatæ, sed ab æris rudis usu, quod necesse erat appendi. Subjicit statim: *Servius primus signavit æs. Antea rudi usos Romæ, Timæus tradit.* Ergo ante Servium ære rudi Romani utebantur, quod ponderari opus fuit, ut sciretur, exempli gratia, contra libram auri aut argenti, aliasque res quæ in permutationem veniebant, quot libras æris rependi justum esset. Sic Græci apud Homerum cum vino Lemnio æs & ferrum permutabant, hoc est, ære & ferro rudi vice pretii utebantur ad comparandum vinum Lemnium. Castigandus porro hic error incidit doctissimi viri, qui in posthumo opere de re Nummaria *grave æs* illud Romanorum pro rudi accipit his verbis: *Quod Livius semper meminit æris gravis, putavit, asses quosdam fuisse qui dicerentur leviores, quum tamen grave æs, ut & pueri sciunt, opponatur non signato. Grave æs est* τὸ ἐν σταθμῷ, *asses autem æs* ἐν νομίσματι. Magnopere falsus est vir ille magnus. Non tamen

tamen illi hic proprius error, ſed cum aliis viris eruditiſſimis communis, qui hic pariter peccarunt. Budæus in 1 de Aſſe ſcribit, *fuiſſe hunc ordinem rei Nummariæ, ut primum Romani ære gravi, id eſt, nummo rudi & informi uſi ſint, poſtea ære ſignato, deinde argento ſignato.* Atqui æs illud ſignatum, quo primum uſi Romani, grave fuit, æs vero rude, non ſignatum fuit. Si æs grave idem cum rudi, nulla ratio erat nominandi æris gravis, cum rude ſit ſemper grave. Ideo grave vocatum eſt, ut diſtingueretur ab eo ære ſignato quod non fuit gravis ponderis, utpote conciſum in minutos nummos. Adrianus Junius *æs grave* dictum notavit, *quo non numerato, ſed appenſo debita exolvi ſolebant.* Immo etiam numerabatur æs illud grave, & multo quidam facilius quam minuta pecunia. Cum librarii eſſent, qui duas æris libras exolvere debebat, duos tantum aſſes numerabat, vel dupondium annuum, poſtea, cui duo æris pondo fuere præſtanda, debuit numerare nonaginta ſex aſſes. Ut Latini porro *æs grave* dixerunt de ære ſignato, cum aſſes habuit librarios, ita prorſus & Græci σταθμὸν appellarunt hujuſmodi nummos ex ære aut ferro gravioris ponderis percuſſos. Plato σταθμὸν appellavit, ut ante notavimus, Lacedæmoniorum nummum ferreum gravem, quod νομίσματος nomine paſſim auctores alii indigetant. *Ferrum* igitur *grave* ita vocari potuit nummus ille Laconicus, ut *æs grave* vocatum eſt æs ſignatum gravis ponderis, quo primum uſi Romani. Byzantii etiam nummum ex ferro cuſum habuerunt, ſed non gravem, immo minutum, qui proinde σταθμοῦ appellatione, aut *ferri gravis* non potuit nominari. Pollux: Βυζαντίων γε μὴν σιδηροῦν νόμισμα ἦν οὕτω καλούμενον, σιδάρεον, νόμισμά τι λεπτὸν, ὡς ἀντὶ τοῦ, πρίω μοι τριῶν χαλκῶν, λέγειν, πρίω μοι τριῶν σιδαρέων. Ita locus ille conſtituendus vulgo mendoſiſſimus. Verſus Strattidis, qui ibi ſubjungitur, ſic etiam legi debet:

— προ-

— προσετελευτᾶτ' ἡμέρα
Ἁπαξάπασα τῇ στρατῇ σιδαρέου.

Sic vocat *diobolare ſcortum.* Heſychius: Σιδάρεοι θεοί. παρὰ Ἀριστοφάνῃ ἐν Νεφέλαις· Σιδάρεοι θεοὶ, ὡς ἐν Βυζαντίῳ, ἔτι εἰσὶν ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζαντίοι. Deorum quos colebant Byzantii, effigiem in nummulis illis ferreis, quos σιδαρέους appellabant, impreſſam habuere. De Lacedæmoniorum ferreo nummo ſequitur apud eumdem Pollucem: Σιδηρῷ δὲ νομίσματι καὶ Λακεδαιμόνιοι χρῶνται, ἐκ πολλοῦ ὄγκου ὀλίγον δυναμένῳ. Hoc eſt grave ferrum Lacedæmoniorum ſignatum, quod σταθμὸν ideo Plato vocitavit, ut *æs grave* Romanorum, ſignatum & illud, & aſſium librariorum forma, ut & locus Plinii, quem ſuperius adduximus, evincit: *Libralis aſſis appendebatur. Quare æris gravis pœna dicta.* Feſtus etiam id manifeſte docet: *Grave æs dictum à pondere, quia deni aſſes ſinguli pondo libras efficiebant denarium ab hoc ipſo numero dictum.* Nec unquam apud Livium *æs grave* aliter accipiendum, quam pro aſſibus librariis. Ut lib. IV: *Et quia nondum argentum ſignatum erat, æs grave plauſtris quidam convehentes ſpecioſam etiam collationem faciebant.* Nondum argentum ſignatum erat, ergo æs erat, atque id ipſum grave dicebatur. Sic grave ferrum quod pro nummo Lacedæmoniis erat, id eſt, ferrum ſignatum, ſi vel ad decem minarum æſtimationem numerus ejus aſcenderet, non aliter vehi quam plauſtro poterat, teſte Xenophonte de Rep. Laconica, cujus verba ante retulimus. Fefellit fortaſſe Scaligerum, quod in eodem Livio mentio fit gravis æris eo tempore quo amplius in uſu non erant aſſes illi librarii, qui jam tum ſextantarii facti à Punico bello ſecundo, quod cum Hannibale geſtum eſt, vel etiam à primo, ut alii auctores ſunt, qui tradunt, belli Punici ſecundi temporibus unciales factos, mox & ſemunciales lege Papyria. At

poſt

post illud tēpus meminit gravis æris Livius lib. XXXII: *Cum bellum adversus Philippum Macedoniæ regem duce Tito Quintio Flaminio gerebant, egregia duorum opera servorum & unius liberi fuit. Ei centum millia gravis æris dari patres jusserunt. Servis vicena quina millia æris, & libertatem.* Honoris gratia putem ei libero præmium in ære gravi & antiquo persolutum, servis autem vicena millia æris tum currentis data in assibus, nempe semunciariis. Nisi etiam intelligamus, æris quoque gravis vicena illa quina millia fuisse quæ servis data sunt. Sed tunc satis fuisset dicere, *servis vicena quina millia.* Non solum autem honos, sed etiam emolumentum in ea datione æris gravis magnum. Nam centum millia æris gravis, centum millia pondo sunt æris, quæ, si ad pondus æstimentur, æquivalent vigesies quater centenis millibus assium qui tunc in usu erant. Quæ nimis immanis esset summa. Puto itaque, illud *gravis* insertum à sciolis esse, qui crediderunt, eam loquutionem, qua aliquot millia æris alicui donari dicuntur, de ære gravi semper accipiendam. Nihil ergo verius est, quam, centum millia assium, eorum qui tunc usurpabantur, data illi libero fuisse, & vicena quina millia servis ejusdem æris, hoc est, eorumdem assium. Sed Virgilius etiam ære gravi donatus ab Augusto, cum recitasset eo præsente sextum Æneidos, ut refert Servius his verbis: *Et constat, hunc librum tanta pronunciatione Augusto & Liviæ esse recitatum, ut fletu nimio imperarent silentium, nisi Virgilius finem esse dixisset, qui pro hoc ære gravi donatus est, id est, massis. Nam sic & Livius argentum grave dicit, id est, massas.* Nugatur Servius more suo. Si enim ære gravi donatus est Virgilius, de signato & antiquo ære intelligi oportet, non de massa rudi ærea. Non quidem nunc succurrit, an uspiam apud Livium occurrat mentio argenti gravis. Si reperiretur sic dici, non sane mirarer argentum

gentum infectum ac rude hac appellatione venire. Nam argenteus nummus nunquam in gravi & magno pondere percussus est ut à minuto & levi propterea debuerit distingui. Ita autem *argentum grave* diceretur, ut *argenti grave pondus, & auri,* apud poëtam. At grave æs signatum dici cœpit ad distinctionem minorum assium æreorum, quos pro librariis postea sextantarios & unciarios semunciariosq; percussos constat. Grave igitur æs diversum à rudi. Nec opus fuit ponderari, cum satis notum esset quid ponderis traheret. Si per trutinam solvebatur olim, cujus etiam sua ætate vestigium mansisse scribit Varro in æde Saturni, *quod etiam nunc,* inquit, *propter pensuram trutinam habet positam,* ad id tempus referendum est quo rudi ære usi sunt. Hinc in veteribus mancupiis æs rude tenebat libripens pro asse vel ære signato quod postea moris fuit teneri. Hoc rude æs dicebatur *raudus,* & cum diminutione *rauduſculum.* Inde illa verba sollemnia, *Rauduſculo libram ferito.* Id est, ære rudi. Quod à Servio primum æs signatum quidam tradunt, alii, & fortasse verius, ad Janum id referunt; unde & gravis æris nummum Jani bifrontis forma insignitum constat: alii ad Saturnum. Ipsum sane *æris* etymum apud Romanos ostendit, appellationem ejus vocis ab nummo ex eo metallo signato originem cepisse: deinde & pro quolibet ejus generis metallo etiam rudi & infecto usurpatam eam dictionem fuisse. *Æs* quippe Doricum est eorum Græcorum qui majorem Græciam incoluerunt, αἴς. Quo nomine non Græcorum χαλκὸν appellabant, sed unum obolum gravis ponderis. Αἴς enim Dorice idem quod εἷς, ut αἴθε pro εἴθε dixerunt, αἴκα pro εἴκε, κύπαρον pro κύπειρον, & sexcenta talia. Quo quis mihi citius credat, auctorem ei idoneum dabo Apollonium Alexandrinum, qui lib. III de Syntaxi, cap. XXIII, ita scribit: Ἐκεῖνο μέντοι ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὡς τὸ εἷς διαφέρει τοῦ αἷς, ἢ αὐτὸ

αὐτὸ μόνον ὄνομά ἐστιν ἀριθμοῦ τὸ εἷς, τὸ δὲ αὖς μὴ ἰδίας ποιότητος πυρυφισάμενον ἔχει τὸ εἷς. Docet eo loco, multa nomina metaphorice transisse ad rem generis significandam, quæ proprie ad unam specialem designandam facta primo fuere, ut ἁλιεύς, qui in mari piscatur, propria notione primitus dictus est, postea etiam appellari cœptus καὶ πεζόμενος ἤ. Sic πυξὶς, quæ ex buxo, etiamsi ex diversa materia fiat, idem nomen τροπικῶς habet. Sic ergo & αὖς Doricum, quod pro εἷς communi, id est, *unus*, ipsis dicitur, alium tamen habet sensum quam aliorum Græcorum εἷς. Nam præter qualitatem propriam, qua nummi genus significat, habet etiam vim nominis numeralis εἷς adjunctam, qua nummũ unum denotat. Sed alio modo hic metaphora & τροπὴ admissa est quam in illis vocabulis πυξὶς & ἁλιεύς. Usu enim loquendi ex specialibus ea facta sunt generalia, istud αὖς ex generali factum quodammodo est speciale. Ad nummum quippe unum restricta est ejus significatio, cum εἷς, ex quo formatum est, de quacunque numeri unitate dicatur. Tarentini porro & Siculi pro illo αὖς Dorico fecerunt etiam ἂς, extrito jota. Sic enim ἄνεγμα dicebant pro αἴνιγμα. Hesychius: Ἄνεγμα, αἴνιγμα, Ταραντῖνοι, καὶ συνοδικῶς ἔτος καὶ τροπῇ δ δευτέρου εἰς ε. Romanis utraque vox accepta, *as* ab αὖς, & *as* ab ἂς, paulo diversa notione, quam tamen aliquando confundunt. *Assem* enim pro eo, quod Doribus erat αὖς, acceperunt. Unde & æreum nummum sic proprie vocarunt, quia αὖς Dorum nummus fuit χαλκοῦς. Sed & *assem* pro unitate qualibet posuerunt, quia αὖς μονάδα quoque denotat, quia idem est cum εἷς Græcorum communi. *Æs* autem ex αὖς deductum pro eo metallo, quod Græcis χαλκὸς est, ideo usurparunt, quia αὖς ille Doricus nummus fuit χάλκινος. *Æs* tamen & *as* plerumque ipsis idem significat in multis loquutionibus etiam apud medii ævi scriptores. Hinc *as quaternum*

ternum Martiali pro quattuor assibus: — *modius datur ære quaterno.* Idem est ac si posuisset, *asse quaterno.* Quod non debuit adeo mirari Scaliger, quasi æs nunquam nummum unum significarit, sed stipem tantum & collectionem. Immo æs pro asse, ut notat Varro lib. VIII de L.L. dicebant antiqui: *A quo dicimus*, inquit, *assem tenentes, Hoc ab ære æneaque libra, & mille æris legasse.* Idem Varro *tressis* ex tribus æris factum ibidem scribit, quod tres asses continet. Sed cur non potius à tribus assibus? Ita enim libro IV. Ubi tamen semissis ipsi dicitur, quod *semi æs*, id est, dimidium assis. Sed & assem putat ibidem dictum ab ære. *As*, inquit, *ab ære*. Certe *as* & *æs* origine idem. Deinde & nomina *denarii* partium partim ab ære, partim ab asse composita sunt. *Tressis*, *quartussis*, *sextussis*, *septussis*, *nonussis*, & *decussis*, & alia, ab asse sunt denominata, reliqua ab ære, ut *undecies*, pro undecim assibus, *tredecies*, pro tredecim, *quattuordecies* & *quindecies*, pro quattuordecim & quindecim. Pro quibus vocabulis in vetustissimo codice reperi scriptum, *undeciære*, *duodeciære*, *tredeciære*, *quattuordeciære*, & *quindeciære* apud Volusianum in libro de Ponderibus. Ita *æs* & *as* ejusdem olim significatus, quia ab eadem origine. Inde *æs* ἀντὶ χαλκοῦ Romanis, quia *æs* sive *as* primus nummus, qui apud eos signatus fuit, ex chalco percussus est. Immo quia Dores & Tarentini Siculique nummum hujusmodi χαλκοῦν habuere gravis ponderis, qui ipsis αὖς & ἂς dicebatur, à quibus eum accepere Romani, ut & omnium ejusdem æris sive assis partium denominationes. De quibus in sequenti libro tradam, ubi de usuræ variis modis & appellationibus apud Romanos erit differendum. Gravem & fere librarium fuisse æs illud sive assem Tarentinorum & Siculorum, argumento est & nomen quo etiam vocabatur, nempe λίτρα, à quo Romanorum *libra*, & assis librarius. Errat itaq; Scali-

ger in libro de re Nummaria, qui negat, λίτραν Siculis nomen nummi fuisse, sed ποσότητα, ὁλκὴν & ἄθροισμα. Immo nummus fuit, & quidem gravis, pondere στατῆρος nimirum, hoc est, minæ, sive libræ. Λίτρα enim etiam pro mina sive libra, quæ Græcis στατὴρ dicebatur. Hesychius: Λίτρα, ὀβολὸς, οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῷ. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β, λίβρα. Vides, & pro pondere, & pro nummo λίτραν Græcis usurpatam. Cur hoc? Quia nummus ille gravis, ideo & nomine ponderis, quod pendebat, appellatus. Ut σταθμὸς etiam vocatus Laconicus nummus ferri gravis Platoni. Tarentini autem, Lacedęmoniorum coloni, fuere qui gravem illum nummum intulere in illam oram Italiæ quam habitarunt, & vicinæ etiam Siciliæ transmiserunt. Idem Hesychius: Λιτροσκόπους, ἀργυραμοιβοὺς, ἀπὸ τοῦ Σικελοῦ νομίσματος, ὃ καλεῖται λίτρα. Notat Pollux ex Aristotele in Agrigentinorum πολιτείᾳ multam quibusdam dictam τριάκοντα λίτραις, id est, triginta hujusmodi obolis æneis, λίτραις nominatis Addit, hujusmodi λίτραν æstimatam vulgo obolo Æginetico, qui major erat Attico. Adeo autem gravis erat hic nummus Tarentinus & Siculus λίτρας nomine appellatus, ut in duodecim partes similiter, ut as Romanus, divideretur, quæ singulæ vocabantur οὐγκίαι, ἀπὸ τοῦ ὄγκου, à mole. Nam οὔγκος Doribus pro ὄγκος. Comici poëtæ Græci λίτραν etiam pro pondere librario posuerunt. Pollux lib. IV, cap. XXIV, citat ex Demologo:

Τριακοντα λίτρους τινὶ νεανίσκῳ πέδας.

Triginta pondo vincula sive compedes. Unde ergo λίτρα apud Dores Italicos Sicilicosque pro nummo, nisi quia librarius erat, pretio tamen oboli Æginetici? Idem Pollux: Καὶ μὴν οἵ γε Δωριεῖς ποιηταὶ τὴν λίτραν ποτὲ μὲν νόμισμά τι λεπτὸν λέγουσιν, ποτὲ δὲ σταθμόν τινα. Caret ratione ut minutum nummum eo nomine vocarint, quo pondus minæ sive libræ vocabatur, cujus

cujus præsertim duodecima pars æreolus unus οὐγκία vocaretur, ἀπὸ τοῦ ὄγκου, à magnitudine aut mole. Nisi quis fortasse dixerit, hunc nummum Siculorum & Dorum Italicorum λίτραν eumdem exitum fecisse, idemq; fatum habuisse quod Romanorum assem, qui cum à primo librarius fuerit, postea ad quadrantem unciæ imminutus est. Verum de his, ut & de partibus λίτρας, & assis librarii, earumque denominationibus, in libro sequente. Ut apud Romanos igitur impendendæ & expendendæ stipis appellationes ab eo tempore natæ sunt quo appendebatur æs rude pro mercium pretio, atque etiam in mutuo dando, unde *impendium* pro usura quæ in sortem accedebat, ita etiam apud Græcos. Nam verba illa στῆσαι & στήσασθαι, quæ mutuum dare & accipere significant, nomina sunt libripendiariæ longe ante nata & usitata, quam nummi signati notitia esset. Hinc ἀποστήσασθαι χρέος, pro, *debitum recipere*. Iliad. V:

Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ
Χρεῖος.—

Quod Grammatici ita interpretantur veteres: δέδια μὴ ὃ χθὲς οἱ Ἕλληνες ἐδάνεισαν χρέος, σήμερον ἀπολάβωσι, τουτέστι, τὴν νίκην, ἣν δεδώκασιν ἡμῖν χθὲς ἡττηθέντες ὑφ' ἡμῶν, μὴ σήμερον ἡμᾶς νικήσωσι. τὸ γὰρ ἀποστήσωνται ἀντὶ τοῦ ἀπολάβωσιν. ὁ οὖν πρὸς τὸ διδόναι καὶ λαμβάνειν ἐπιτήδειος στατὴρ, παρὰ τὸ ἵστασθαι. Non simpliciter recipere significat, sed appensum recipere, vel rependere, quomodo olim & ætate Homeri solebat appendi æs rude in permutationibus mercium, & mutuationibus usurariis. Etymologicum magnum: Στατὴρ ἀπὸ τοῦ ἵστημιν, καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τοῦ νομίσματος τίθεται, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ δανείζειν. Non certe pro fœnerari accipiebatur, nisi quatenus in mutuo dando æs appendi & ferrum aliaque metalla moris erat. Quidam male feriati critici ex antiquis, quibus ignarum quid vellet illud ἀποστήσωνται, mutarunt in ἀποτίσωνται. Sed monet

 Eusta-

ger in libro de re Nummaria, qui negat, λίτραν Siculis nomen nummi fuisse, sed ποσότητα, ὁλκὴν & ἄθροισμα. Immo nummus fuit, & quidem gravis, pondere στατῆρος nimirum, hoc est, minæ, sive libræ. Λίτρα enim etiam pro mina sive libra, quæ Græcis στατὴρ dicebatur. Hesychius: Λίτρα, ὀβολὸς, οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῷ. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β, λίβρα. Vides, & pro pondere, & pro nummo λίτραν Græcis usurpatam. Cur hoc? Quia nummus ille gravis, ideo & nomine ponderis, quod pendebat, appellatus. Ut σταθμὸς etiam vocatus Laconicus nummus ferri gravis Platoni. Tarentini autem, Lacedęmoniorum coloni, fuere qui gravem illum nummum intulere in illam oram Italiæ quam habitarunt, & vicinæ etiam Siciliæ transmiserunt. Idem Hesychius: Λιτροσκόπους, ἀργυραμοιβοὺς, ἀπὸ τοῦ Σικελοῦ νομίσματος, ὃ καλεῖται λίτρα. Notat Pollux ex Aristotele in Agrigentinorum πολιτείᾳ multam quibusdam dictam τριάκοντα λίτραις, id est, triginta hujusmodi obolis æneis, λίτραις nominatis. Addit, hujusmodi λίτραν æstimatam vulgo obolo Æginetico, qui major erat Attico. Adeo autem gravis erat hic nummus Tarentinus & Siculus λίτρας nomine appellatus, ut in duodecim partes similiter, ut as Romanus, divideretur, quæ singulæ vocabantur οὐγκίαι, ἀπὸ τοῦ ὄγκου, à mole. Nam οὔγκος Doribus pro ὄγκος. Comici poëtæ Græci λίτραν etiam pro pondere librario posuerunt. Pollux lib. IV, cap. XXIV, citat ex Demologo:

Τριακοντα λίτρους τινὶ νεανίσκῳ πέδας.

Triginta pondo vincula sive compedes. Unde ergo λίτρα apud Dores Italicos Sicilicosque pro nummo, nisi quia librarius erat, pretio tamen oboli Æginetici? Idem Pollux: Καὶ μὴν οἵ γε Δωριεῖς ποιηταὶ τὴν λίτραν ποτὲ μὲν νόμισμά τι λεπτὸν λέγουσιν, ποτὲ δὲ σταθμόν τινα. Caret ratione ut minutum nummum eo nomine vocarint, quo pondus minæ sive libræ vocabatur, cujus

cujus præsertim duodecima pars æreolus unus οὐγκία vocaretur, ἀπὸ τοῦ ὄγκου, à magnitudine aut mole. Nisi quis fortasse dixerit, hunc nummum Siculorum & Dorum Italicorum λίτραν eumdem exitum fecisse, idemq; fatum habuisse quod Romanorum assem, qui cum à primo librarius fuerit, postea ad quadrantem unciæ imminutus est. Verum de his, ut & de partibus λίτρας, & assis librarii, earumque denominationibus, in libro sequente. Ut apud Romanos igitur impendendæ & expendendæ stipis appellationes ab eo tempore natæ sunt quo appendebatur æs rude pro mercium pretio, atque etiam in mutuo dando, unde *impendium* pro usura quæ in sortem accedebat, ita etiam apud Græcos. Nam verba illa στῆσαι & στήσασθαι, quæ mutuum dare & accipere significant, nomina sunt libripendiariæ longe ante nata & usitata, quam nummi signati notitia esset. Hinc ἀποστήσασθαι χρέος, pro, *debitum recipere*. Iliad. ν:

Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ
Χρεῖος.—

Quod Grammatici ita interpretantur veteres: δέδια μὴ ὃ χθὲς οἱ Ἕλληνες ἐδάνεισαν χρέος, σήμερον ἀπολάβωσι, τουτέστι, τὴν νίκην, ἣν δεδώκασιν ἡμῖν χθὲς ἡττηθέντες ὑφ' ἡμῶν, μὴ σήμερον ἡμᾶς νικήσωσι. τὸ γὰρ ἀποστήσωνται ἀντὶ τοῦ ἀπολάβωσιν. ὁ οὖν πρὸς τὸ διδόναι καὶ λαμβάνειν ἐπιτήδειος στατὴρ, παρὰ τὸ ἵστασθαι. Non simpliciter recipere significat, sed appensum recipere, vel rependere, quomodo olim & ætate Homeri solebat appendi æs rude in permutationibus mercium, & mutuationibus usurariis. Etymologicum magnum: Στατὴρ ἀπὸ τοῦ ἵστημιν, καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τοῦ νομίσματος τίθεται, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ δανείζειν. Non certe pro fœnerari accipiebatur, nisi quatenus in mutuo dando æs appendi & ferrum aliaque metalla moris erat. Quidam male feriati critici ex antiquis, quibus ignarum quid vellet illud ἀποστήσωνται, mutarunt in ἀποτίσωνται. Sed monet

 Eusta-

Eustathius ad eum locum, doctioribus eam correctionem non arridere: Τινὲς μὲν, inquit, γράφουσιν, ἀποτίσωνται, οὐκ ἀρέσκονται δὲ οἱ σοφοὶ, ἀλλὰ θέλουσιν εἶναι, ἀποστήσωνται, ἀντὶ τοῦ, ἀποσταθμήσωσι, ἤγουν, σταθμῷ ἀποδώσουσιν, ἢ λήψονται. Ad verbum aut *rependere* est *debitum*, aut, *cum usura appensum recipere*. Nam ἀποστῆσαι est *rependere*, ἀποστήσασθαι vero *recipere appensum*. Sic μεταστῆσαι apud eumdem Eustathium, qui id ejus verbi notionem notat ex veteribus, est τὸ ἐν ἀλλαγῇ μεταστάθμισαι, *in commutatione interpendium facere*. Ab ea significatione antiqua tum usitata, cum pendebatur res quæ mutuo dabatur sub fœnore, eadem usurpatio ad illud tempus transiit quo pendi pecunia desiit. Hinc ὀβολοστάτης non qui appensos pro usura obolos reciperet, sed qui simpliciter fœneraret, & obolos pro usura acciperet. Hinc ὀβολοστατικὴ Aristoteli fœneratoria negotiatio, quam merito invisam fuisse dicit. Nam hujusmodi usuraria nundinatio etiam apud hos, quibus accepta erat, maxima invidia & odio flagrabat. Quo nomine minutos ac pusillos tocullio-nes appellabant, qui in diem fœnerabant, & obolos pro usura colligebant in drachmas, quas quotidie egentibus ac pauperculis sub fœnore quotidiano mutuo dare soliti erant. Eos inde ἡμεροδανειστὰς vocarunt, quod in singulos dies usuram mutui exigerent ex pactione. Quos sub titulo ἀπονοίας merito traducit Theophrastus, quasi projectarum homines sordium & perditæ vecordiæ. Hi in foro assidue versabantur, cum cocionibus, quibus & pecuniam fœnore dabant, & diurnas exigebant usuras. Theophrastus: Οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ, οὐδ' ἅμα πολλῶν ἀγοραίων στρατηγεῖν, καὶ εὐθὺς τούτοις δανείζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια πράττεσθαι. *Non erubescunt, & simul multis cocionibus ducatum præbere, ac pecuniam illis mox fœnore dare, drachmæque usuram diatim obolum cum imidio stipulari.* Immane hoc fœnus, quod quartam sortis

sortis partem in diem parit, & quattuor diebus sortem exæquat. Hinc æstimetur, quantum in anno reddat tam profligata ac perniciosa fœnerandi ratio. Nummos, quos è tali captura conficiebant, hoc est, minutos obolos, in buccam solebant condere, inambulantes interim per popinas, & macella piscatoria, & alia fora, dum usuras colligunt sibi debitas: καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. Frustra laborat in hoc loco corrigendo vir magnus, dum vellet reponi, vel ὀβόλους, vel χαλκοῦς, vel κέρματα. Immo τόκους rectum est. Sic vocat ipsos obolos qui usurarum nomine exigebantur. Suidas: Ὀβολὸς, ὁ τόκος, εἶδος νομίσματος. Hesychius: Ὀβολοὶ, νουμμία, καὶ τόκοι, καὶ εἴδη νομισμάτων. Eodem nomine vocabant & usuram, & pecuniam quæ pro usura solvebatur. Sic τὰ ἱστάμενα, quibus proprie significantur quæ fœnore dantur, nam ἵστασθαι est fœnore accipere, pro pecunia etiam numerata posuit Pollux loco quem supra emendatiorem attulimus: Πέντε χρυσοῦ στατῆρες μνᾶν ἠδύναντο, καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τῆς μνᾶς τὸ πέμπτον στατῆρα ὀνομάζουσι. *In pecunia numerata.* Inde hodieq; Græci στάμενα appellant pecuniam.+ Arabice قرض *kers* est usura. Pecunia inde κέρσα Asianis appellata, notante Hesychio: Κέρσα, Ἀσιανὸν νόμισμα. Arabici Lexici cōsarcinatores observant, عين *hain* esse aurum signatum, & denarium. Atqui عين iisdem Arabibus est etiam fœnus vel usura. Vetus auctor apud Isidorum lib. x Originum: *Fœnerator, qui pecuniam deponit apud debitorem, quasi fœnoris actor. Nam fœnus pecunia est.* Sane fœnus pecunia est credita. Aliis pecunia quæ usuræ nomine exigitur. Non igitur mirum, si τόκοι à Theophrasto ipsi sunt oboli qui pro usura præstantur. Qui minutas igitur summas in diem fœnerabantur, unde obolos usurę nomine diatim colligerent,

vide addenda

ligerent, ὀβολοστάται Græcis proprie dicti, & τοκογλύφοι. Grammaticis ὀβολοστάτης, ὁ τὰ μικρὰ δανείζων. At idem Theophraſtus ſub titulo μικρολογίας, id eſt, ſordidæ parſimoniæ, reliquos fœneratores vapulare jubet, qui, licet improbum fœnoris genus exercerent, & uſuras uſurarum poſtularent, non tamen pejus audiunt apud ipſum, quam ut μικρολόγοι dicantur, & ſordidi, avari, parcique. Δεινὸς ἦ, inquit, καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι καὶ τόκον τόκῳ. Ad diem non ſolutam uſuram ſorti addebant. Sed hi ſolitam & ordinariam viam fœnoris inſiſtebant. Ideo minus infames minuſque inviſi. Pollux quoque diverſis capitibus ac titulis ὀβολοστατῶν meminit, & aliorum fœneratorum. Libro quippe tertio, cap. XXIII, περὶ φιλαργύρου, recenſet τὸ ὀβολοστατεῖν, his verbis: Ἀνελεύθερον, ὀβολοστάτης, καὶ ἡ γλωχὶν ὀβολοστάπις. ὁ δὲ κίμβιξ καὶ κυμινοπρίστης οὐκ ἀνελεύ. Sic legendus ille locus. At ſequens apud eum paragraphus eſt περὶ φειδωλοῦ, de parco. Πάλιν δ', inquit, καθ' ἕτερον εἶδος χρείας, φειδωλὸς, γλιχρὸς, παμβδηλὸς, ἀκριβής. Et mox ſub eo titulo recenſet τὸ δανείζοντα ἔγγυα δανείσματα, ναυλικὰς ἐκδόσεις, ἐπὶ μεγάλοις τόκοις πραγματευόμενα. His omnibus deſcribit fœneratorem, oppoſitum τῷ ὀβολοστάτῃ, τῷ τὰ μικρὰ δανείζοντι. Prorſuſque juxta mentem Theophraſti illum magnarium fœneratorem, ut ita dicam, μικρολογίας tantum & φειδωλίας arceſſit. Nam ſequitur ſtatim de eodem: ἄγχων τὸς χρήσας, ἀποπνίγων τὸς ὀφείλοντας, ἀπάγων ὑπερημέρους. Quod idem plane de illis ait Theophraſtus, δεινὸς ἦ ὑπερημερίαν πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκῳ. Qui præſtituta die non ſolverint, torquet, vexat, & addictos ducit. Quæ non conveniunt in puſillos illos ac circumforaneos toculliones, qui obolis tãtum colligendis intenti, non neceſſe habent angere & excruciare lẽtos ſuos debitores, utpote à quibus facile obolos extorqueant, majores uſuras non adeo ex proclivi ſoluturis. Male itaq; ſummus vir Joſ. Scaliger, in poſthumo

humo opere de re Nummaria, ὀβολοστάτῳ ideo veteres Atticos fœneratorẽ vocaſſe notat, quia prima uſura fuerit ὀβολὸς ἔμμηνος εἰς μνᾶν, quia in minam obolus menſtruus ſolveretur. Quod falſum eſt, nec enim hæc ſignificatio eſt ejus uſuræ quem τόκον ἔφεκτον Attici vocabant. Oboloſtatæ autẽ non alii ſunt quam quos diximus, minorum nempe gentium fœneratores, qui drachmas pauperibus fœnore dabant, ſtatuta in diem mercede aliquot obolorum, Nec tamen negarim, quin apud idoneos Græcos auctores interdum etiam quilibet fœneratores odio ipſius rei ſic vocitentur. Lyſias: Οὐδ' ἂν οἱ πολλοὶ ἐλάττονα τόκον λογίσαιντό σοι, ἢ ὅσον ἅπαντες ὀβολοστατοῦντες τὰς ἄλλας πράττουσι. Vbi ὀβολοστατοῦντες ſunt plane οἱ δανείζοντες. Sed & paſſim Comœdiæ Græcæ, ut notant veteres Grammatici, ὀβολοστάται vocant fœneratores. Nec aliter hoc loco Ariſtoteles ὀβολοστατικῶ, quam pro fœnerandi profeſſione & negotiatione uſurpavit, τοκισμὸν paulo poſt dixit. Ea fœneratio Athenis libera, ut & ipſa μονοπωλία. Nec tamen in infinitum ibant, etſi neutra ulla lege fuerit coërcita. Nam nec illi modus alius impoſitus, nec huic aliud pretium conſtitutum, quam quod fori ratio poſtularet, perinde ut eſſet rei nummariæ copia vel inopia ad fœnus temperandum, vel mercium ſimiliter raritas aut abundantia ad monopolium moderandum. Quæ res etiam plurimum valebat & in omni alia mercatura ad pretium mercimoniorum intendendum aut minuendum. Prout enim alicujus rei eſſet in foro vilis aut cara annona, ita licuit mercatoribus viliori eam vel cariori pretio vendere. Ita igitur & fœnori modum res nummaria ipſa, nunc abundans, nunc deficiens, potius quam lex ulla vel conſtitutio, ponere idonea. Quinimmo ſi lege aliquando ulla fœnori præſcripta moderatio, hoc ipſum ſpectare debuit ejus auctor, quo loco eſſet res pecuniaria in illa civitate, utrum larga an tenuis. Qua de re nos in

sequenti libro pluribus. Utcunque se res habeat, si monopolia possunt interdum permitti justa de causa & pretio constituto, longe magis fœneratio concedi debeat, cum præscripto, ex natura & consuetudine regionis, & pecuniæ in ea vel copiosæ, vel raræ ratione, temperamento. Profecto quocunque modo utrumque habeatur, vel licenter vagum, vel coërcitione restrictum, hoc dici potest, fœnerationem cum modo semper esse bonam, aliquando ne malam quidem, liberam relictam. Quod nescio an de monopolio dici queat.

CAP. XX.

An jure divino licitæ usuræ. Quot modis jus divinum accipiatur. Ius gentium, vel secundarium naturale, etiam posse divinum dici. Aliud hoc nomine appellari, quod & voluntarium quibusdam dicitur. Quale illud sit. Hoc jus divinum partim esse affine juri gentium, partim civili propius. Civili juri adfine est, cum uni populo datur, ut Hebræis per Mosem à Deo datum est. Multos legislatores gentium nomen divinum fuisse ementitos in legibus condendis. Ius civile multa habere è jure naturali sive gentium, nonnulla specialia, & propria civitatis vel populi cui constituitur. Prior illa pars juris civilis Φυσικὴ Aristoteli dicitur, altera νομικὴ. Fœnus, sive mutuum fœnebre, ut & mercaturam negotiationesque omne genus, à jure gentium ortum habere. Vt sciatur, an jure divino licitæ sint usuræ, spectandum esse jus civile Hebræi populi quod per Mosem ipsis à Deo ipso statutum est. Id esse proprie jus divinum, de quo nunc quæritur. Hoc jus Hebræorum, ut & aliorum populorum jura civilia, partem ex naturali jure trahebat, partem ex legali. De jure illo naturali quædam adhuc disputata.

rata. Hujus participes etiam reperiri nonnullas brutarum animantium, ut homines multi ejusdem exortes inveniuntur. Ratio dictat homini id quod facit secundum jus naturale, at bestiæ ad id feruntur solo impetu, sine ratione. Ius gentium, sive secundarium naturale, in his proprie consistere in quibus ratio homini propria data magis elucescit. Secundarium perperã dici, cum sit magis primarium, quia ordine primum. Hujus juris capacem statim à Deo creatum primum hominem. Qui ab eo desciverunt, induisse naturam belluarum. Pars in eo jure est quæ politicam spectat, pars quæ cultum divinum, & Dei cognitionem. Ab utraque parte quosdam desciviisse, ab altera tantum alios, solos Israëlitas singulari Dei beneficio utramq; retinuisse. Iura illis à Deo per Mosem tradita, quatenus ex æquitate juris naturalis descendunt, omnes obligare, ut omnia quæ tendunt ad societatem humanam conservandam. Quænam illa sint præcepta. In Decalogo præcipue contineri. Plenitudinem legis in dilectione proximi consistere. Quomodo dilectio illa sive caritas accipienda sit. In eo præcipue versari, ut alteri quis non faciat, quod sibi fieri nolit. Præcepta decalogi in parte negativa omnia eo spectare. Iuxta hanc regulam fœnus examinatum stare. Nemo enim non sibi aliquando velit in sua necessitate hoc modo subveniri, si alio non possit. Altera ejusdem præcepti pars, qua jubemur id aliis præstare quod nobis præstitum vellemus, an fœnus evertat. Non videri. Fœnus nihil cum furto habere simile. Crimina esse quædam communia, quæ à duobus perpetrantur, alia quæ ab uno tantum. Fœnus, si crimen est, duorum esse. Qui mutuum sibi dari ab altero petit, usuramq; promittit, in legem, si quæ usuras prohibeat, videri peccare. Persas magis improbasse qui acciperent quam qui darent mutuo, pactis usuris. An peccent

cent fœneratores in præceptum quo vetatur alienæ rei appetentia. Non peccare, & quare. Prohibitoriis Decalogi præceptis non adjunctum esse fœnus. Non igitur simpliciter nec absolute à Deo Iudæis prohibitum videri, tanquam malum. Cum alieno permissum fuisse, cum suis vetitum. In Deuteronomio maledictionis loco adversus inobsequentes à deo ipso pronuntiari, quod non sint daturi gentibus fœnore, sed ab his accepturi. Cur suis, hoc est, ejusdem gentis hominibus, fœnerari vetiti. Quod ab uno generis auctore omnes descenderent, omnesque inter se propinqui & affines essent, tanquam fratres fratribus voluisse Deum gratuitum mutuum dare. Ita apud Romanos & Græcos gratuitam pecuniam mutuo amicis & parentibus dari solitam. Iudæos hoc nomine male audisse apud gentes, quod misericordes tantum suis essent, non alienis. In gratiam pauperum potissimum datam hanc eis legem de usuris à fratribus non accipiendis. De anno remissionis ad remittenda septenni die debita instituto. Anni quoque Iubilæi de non alienandis in perpetuum possessionibus institutionẽ Iudæis esse peculiarem. Cetera eisdem præcepta in eundem finem, debere & apud Christianos in usum revocari, si usuræ interdictio apud eos locum habeat. An fœnus apud Iudæos erga solos pauperes exerceri vetitum. Erga omnes iis interdictum qui ejusdem gentis essent, & omne fœnoris genus. De differentia Neschech & Tarbit. Cur junctim ponantur multis scripturæ locis. Vtra majoris aut minoris usuræ sit appellatio. Τρώγειν, pro, lucrum facere. Τρώκλης, lucri cupidus. Neschech proprie esse pecuniæ usuram, Tarbit frugum. Vtrumque tamen confundi. Marbit & Tarbit idem esse. Ita Latinis accessio & additamentum de usura frugum, ut Hebraice Tarbit, id est, abundantia. Majores semper admissæ fructuum usuræ, quam pecuniæ, etiam apud

apud Romanos ideo superabundantiæ & accessionis nomine appellatæ. Mutuatio gratuita Iudæis prascripta, inter quartæ classis præcepta à Maimonide reponitur. Neschec Græcis per πικρὸν τόκον plerumque exprimi, qui & δηκλικός. An ad Christianos porrigi debeat vetiti fœnoris Iudæis observatio. Non confirmata à Christo hæc usuræ interdictio in Euangelio. Præcepta Mosaica caritatem proximi spectantia ab eodem non solum confirmata, sed etiam intensa, de fœnore nihil expressum. Explicatio verborum Christi, τῷ αἰτοῦντί σε δίδου. Quid differat αἰτεῖν & αἰτεῖσθαι. De alio Domini præcepto, καὶ τὸ θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς, quomodo sit exponendum. Quid significet verbum αἴρειν in illis Lucæ verbis, ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει. Quis sensus sit & eorum domini verborum, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. An contra fœnus faciant. Ita visum plerisque veterum patrum, sed perperam. Multa in eam sententiam allata, quæ probant, verbis illis Dominicis usuram non esse prohibitam.

HActenus variis & validis argumentis demonstravimus, licitas esse usuras jure gentium, quod est secundarium naturale, à quo & mutuum usurarium cum aliis omnibus fere contractibus introductum constat. Etiam probavimus, nec paucis, jure naturali primario vetitas non esse easdem usuras, cui contrariæ non magis videri possunt quam alia omnia quæ jus invexit naturale secundarium priori incognita. Ultimo ostendimus, jure civili plerarumque civitatum, & in his optime compositarum, & sapientissime administratarum, adprobatum ac receptum fœnus fuisse, ut Athenienſis & Romanæ. Ne philosophos quidem antiquos ac scientiæ sapientiæque fama celebres, fœnerandi negotiationem, à republica illa, cujus optimum exem-

exemplar constituere studuerunt, submovisse docuimus. Antiquissimos denique poëtas in his præceptis quibus homines sæculi sui ad vitam bene instituendam formare sategerunt, non puditum esse commendare in reddendo mutuo, plus aliquid quam par pari referendum, quod usuræ incrementum est, in his quæ ante dicta sunt, pariter declaravimus. Nunc restat, quoniam nihil aliud supereſt, ut ad divini juris examen exigamus, an illius quoque regulæ licentia fœnoris accommodari queat. Jus autem illud divinum quoniam multiplici facie censetur, nec unius est intellectus, quam hic significationem ferre debeat, prius paucis perstringendum videtur. Divinum quoque dici posse quod jus gentium appellari supra scripsimus, nullum est dubium. Nam jus illud naturale secundarium, cujus vi ac virtute à rudimentis ac tirocinio prioris naturalis homines receſſere, urbes ædificando, leges ac jura condendo, artes prodendo, omnia quæ ad societatem humanam tuendam pertinent instituendo, non potuit hominum mentibus illapsum aliunde incidere quam ex mēte divina. Unde enim nisi à Deo melioris auctore naturæ insitam & ingeneratam illam vim quæ à bestiarum ceterarum more ac vita eos discrevit, habere potuerunt? De hoc divino jure non hic nobis sermo, cui ut alios omnes, ita quoque usurarios contractus, qui ex mutuatione descendunt, acceptos ferri debere, nemo dubitat. Ausim dicere, vel illas etiam gentes, quæ veri Dei cognitionem nullam habent, si cetera bene moratæ sint, & regimen humanæ societati & civili accommodum teneant, istius juris divini pariter & naturalis prudentia censeri. Hauserunt à Deo, quem nesciunt; quidquid boni possident, ut & vitam ipsam, lucemque, licet cui eam debeant ignorent. Quidni ergo & politioris vitæ modum & potioris in gubernando administrationis munia indidem accepisse eos dicamus,

mus, quamvis auctorem ipsum, qui ea ipsis bona dilargitus est, non cognoscant? Quam multa olim extitisse certum est, & etiamnunc extare imperia, respublicas, ac civitates, sola juris illius naturalis divinique, quod jus gentium appellamus, scientia imbutas, sapientissime regnasse, florentissime viguisse, ac diutissime durasse? Ita divina illa mens quibus vult hoc modo influit, etiam illis quibus sese manifestius aperire non vult. Sic sol lucem suam & multis locis infundere solet, quæ, ut solem esse à quo eam accipiunt, nesciunt, ita nec ab eo merentur illustrari. Ne ipsa quidem bruta animalia solis esse lumen intelligunt quo fruuntur. Magna quinetiam hominum portio naturæ solis haud intelligentior est quam ipsa bruta. Est aliud præterea jus divinum, & ipsum quidem magis proprie hoc nomine appellandum, quod Deus ipse aperto numine se confessus humano generi αὐτονομοθετήτας constituit. *Voluntarium* quibusdam placet nominare, quod ex voluntate divina ortum habeat. Sed hoc discrimine tamen non mihi videtur internosci posse à jure naturali de quo paulo ante docuimus. Quippe quod & ipsum à voluntate divina originem ducat. Nam certum est, non inspirari hominum mentibus nisi Deo volente. At neutrum quidem *voluntarium* hoc sensu sic satis Latine dici potest. Quod quis volens facit & patitur, id *voluntarium* est, κατὰ αἵρεσιν, ut Græci loquuntur. Ita αἱρέσεις sunt actiones quas quis voluntario facit, & αἱρέσεις πάθη, ut apud poëtam, mala quæ sua quis voluntate & jumento sibi arcessit. Ita mors *voluntaria*, *voluntarium exilium*, dicuntur, τὰ αἱρέσια. Ipse quoque qui aliquid agit, aut patitur sua voluntate, *voluntarius* id agere patique dicitur, & αἱρέσιος. Si jus hoc *voluntarium* potest appellari, omnes leges, quas legislator quilibet civibus suis sanxerit, pariter dicentur *voluntariæ*. Hoc jus divinum modo affine

vide addenda

est

eſt juri gentium ſive naturali, modo civili juri propius. Pæne idem eſt cum jure naturali ſive gentium, cum pluribus gentibus immo toti humano generi datum cernitur, ut in creatione hominis, Adami poſteritati, in ejuſdem hominis reparatione poſt diluvium Noacidis. Juri civili propius eſt cum populo uni datur, ut Hebræis per Moſem, qui leges à Deo acceptas civibus ſuis fixit. Ita plures alii legiſlatores gentium extitere, non diſpares hac in re à Moſe, niſi quod Deus ipſe ſcribere illis jura non eſt dignatus, quæ ſuis porro præſcriberent. Multi tamen ex his nomen divinum ementiti ſunt, ut acceptiores ac ſanctiores eſſent populo leges quas ferebant. Ita Minos à Jove, Lycurgus ab Apolline ſe monitum mentiebatur, ut hic Lacedæmoniis, ille Cretenſibus jura illa, quæ proponebat, conderet. Et tamen certum eſt, in his, quæ cum æquitate ſanxerunt, & convenienter juri naturali, quod ad regimen attinet politicum, non ſine divino numine ad has leges populis ſuis condendas acceſſiſſe. Jus illud civile partem ex naturali trahit, quod eſt generalius & univerſo hominum generi conducit, vim & æquitatem eamdem ubiq; gentium præferens; partim ſpeciale eſt, & ex voluntate legiſlatoris pendet, qui, quid civibus ſuis commodum ſit, ex eorum moribus & natura æſtimans, & ex regionis, quam incolunt, conditione, tales ipſis leges dat quas utiles ad eos regendos & ſub uno regimine in pace & concordia conſervandos proſpicit. Hanc juris civilis partem Ariſtoteles νομικὸν, *legalem*, appellat, priorem φυσικὸν, id eſt, *naturalem*. Hæc immota & invariabilis, nuſquam refigenda. Illa legalis, priuſquam conſtituatur, indifferens eſt: ubi ſtatuta eſt, vim juris habet & obſervari debet: ut, capram potius quam duas oves immolare, & mina argenti ſe redimere. Quæ duo exempla poſuit Ariſtoteles. Pleraque eorum, quæ ſic ſtatuuntur, etſi ad hanc partem, quæ legali

galis dicitur, pertineant, non ad naturalem, naturali tamen juri contraria non ſunt, quinimmo quædam ex his ei plane ſunt conſentanea, ut, exempli gratia, mutuum reddere cum augmento, quia vult naturalis æquitas, ut gratum ſe quis in beneficio reddendo oſtendat, quod non poteſt facere niſi paulo plus quam accepit, rependat. Iſta quæ ἀδιάφορα per ſe ſunt, & ad jus legale pertinent, quæque ex utilitate aut neceſſitate regionis & populi cui dantur, vetari aut permitti ſolent, ea nec vetita, nec permiſſa alios populos obligant ad conſenſum his commodandum. Poteſt enim fieri, ut ex his, quod in uno populo utile ac neceſſarium, ac proinde permittendum videatur, apud alios non ſolum non neceſſarium, ſed etiam pernicioſum deprehendatur, ideoque vetandum omni modo ſit. Nunc igitur videndum, quo jure divino vetitæ intelligi poſſint, ſi forte vetari debeant, uſuræ. Generali illi, quod Adami & Noaci poſteritati uſque ad Moſem à Deo datum eſt, non poteſt uſurarum interdictio adſcribi. Nec ſane laborandum nobis eſt, ut pluribus id adſtruamus quod nemo negat. Si quis poteſt inficiari, mercaturas, & negotiationes omne genus, & mutui dationes, rerumque permutationes, percrebruiſſe tunc apud homines, inficietur idem & mutui cum aliquo augmento redditionem more & uſu in illo ævo fuiſſe receptam. Atqui hæc uſura eſt quam ante ſatis docuimus æquitati naturalis juris prorſus eſſe conſentaneam. Ad jus igitur illud divinum deſcendendum eſt, quo peculiariter per Moſem Deus Iſraëlitis leges impoſuit. Hoc jus civile Hebræi populi non minus quam aliorum populorum, partim jure naturali conſtat, partim legali. Legalis pars eſt cæremoniale, τὸ θρησκευτικόν. Ad hoc enim genus referri debet. Ex naturali ſunt quæcunque æquitatem naturalem ſpectant, quæ, ut ait Ariſtoteles, πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, οὐδ' ἐν τῷ δοκεῖν ἢ μή. Omnia, quæ

ſocie-

ſocietatem humanam adſtruunt aut ac deſtruunt, & quæ honeſta aut inhoneſta videri non permiſſio, aut interdictio fecit, ſed ipſa vis naturæ hominũ omnium mentibus infuſa, ea omnia ab illo jure naturali dependent. Auctor enim naturæ Deus ita ſenſum hujus juris homini, cum eum crearet, indulſit, ut non ante eo privari poſſit, quam hominem, & mores exuat. Nec poëtæ gentilium, qui philoſophiam prius docuerunt quam ulli eſſent philoſophi, hoc videntur ignoraſſe, qui Jovem ſuum juris hujus peritiam mortalibus donaſſe perhibent, quo diſcernuntur à ferarum immanitate, quæ ſeſe invicem dilacerant, & comedunt. Sic enim canit Heſiodus:

Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,
Ἰχθύσι γὰρ καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
Ἔσθομεν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτῶν,
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην ἢ πολλὸν ἀρίστη.

Hunc νόμον ſive hanc δίκην, *jus* ac *juſticiam*, cujus homines capaces, non capaces beſtiæ, alius poëta φύσιν appellavit, id eſt, naturam, nempe ratione utentem, quæ eadem eſt cum jure naturali. Oppianus de equis, quos naturam revereri dixit, quia illicitos jure naturali concubitus refugiunt, haud ſecus atque homines:

Ἔξοχα δ' αὖ τίουσι φύσιν, τὸ δὲ πάμπαν ἄπυστον
Εἰς φιλότητα μολεῖν τὴν οὐ θέμις, ἀλλὰ μένουσιν
Ἄχραντοι μυσῶν.—

Exemplum affert equi, qui matrem capite operto atque ita minus cognitam inire coactus, comperto poſtmodum facinore, caput ſaxo illiſit ac confregit, idemque mater fecit. Hæc tamen natura ſive jus naturale in deteſtandis hujuſmodi inceſtis nuptiis, ut hominum magis quam beſtiarum proprium, ita nec omnibus hominibus commune. Nam & repertæ nationes olim integræ cetera bene moratæ quæ hanc partem juris naturalis non admodum reverenter haberent,

berent, ut Perſæ & Ægyptii. Hi ſunt quos diximus efferatos naturam induiſſe belluinam. Sic in eo jure, quod Heſiodus hominibus proprie datum memorat, ut alter alterum non comedat, populi hodieque ſunt, & fuere olim qui ſeſe mutuo manderent, à feris hac in parte non diſſimiles. Canibales & Charibuæ in novo orbe hac immanitate ſunt noti. Quinimmo & feræ ſunt quæ non hoc faciunt. Immo raræ ſunt quæ in ſuum genus hoc modo ſæviant, atque, ut ait Satyricus,

— tigris agit rabida cum tigride pacem,
Parcit cognatis maculis fera.—

Et vetus proverbium fuit Romanis, *canem caninam non eſſe*. Beſtiis hoc ingeneravit natura ſua ſolo inſtinctu, ſine ratione; hominibus & ſua, hoc eſt, rationis particeps, à qua tamen multi exorbitant, ad belluarum ingenium declinantes ſinguli ſæpius, ſæpe populi toti, cum belluæ ſuam naturam ſemper ducem ſequantur, nec unquam eam deſerant, niſi admodum raro, aut vi coactæ. Ita quod Juriſconſulti definiunt jus naturale eſſe quod natura omnia animalia docuit, pauca certe ſunt quæ communia ſunt omnibus animalibus, ſi & homines ea definitione comprehendas. Pleraque eorum inſtinctum & impetum naturæ potius ſpectant quam rationem, ut maris & fœminæ copulatio. Hunc enim appetitum copulationis omnibus ex æquo animantibus natura inſevit. Et quod jus eſt in hominibus cum ratione conjunctum, in brutis impetus eſt tantum naturalis. Eum plerique hominum ratione vincere interdum ſciunt, aut, ſi id non poſſunt, ſaltem moderantur. Quam multi enim ſunt qui prorſus iis rebus abſtinent, quarum naturalis eſt appetitus? Plurimi vero tametſi non abſtineant, non tamẽ ſuæ cupiditati habenas laxant, ſed ea moderate utuntur. Alii porro exiſtunt qui ratione ſua non utentes, beſtiarum more libidini indulgent, aut etiam in eo pejores belluis exiſtunt. Certe jus non

 eſt

est nisi quod facias cum ratione. Sic actionem eamdem, licet cum animantibus communem, quia tamen aliter agunt homines, & alio fini, aliam esse, dicendum. Ad jus igitur naturale pertinent humanæ actiones cum ratione conjunctæ. At quod fit à bestiis non ab eadem ratione illuminatis, juris & justiciæ omnino est expers. In quibus autem ea ratio, quæ homini propria data est, magis eluceſcit, ut in legibus & artibus, in his jus illud secundarium naturale sive gentium totum consistit. Secundarium diximus ex sententia poëtarum & philosophorum, qui juris istius justiciæque protinus capaces homines creatos fuisse nolunt, cum nati primo brutis similiores vitam quoq; belluino ritu degerent vagi ac palabundi in nemoribus ac silvis. Tempore demum procedente nactos eos ducem aliquem hujus juris scientia naturæ bonitate præter ceteros præditum, ad meliora ac mitiora sensim traductos, intellexisse volunt, quale esset societatis humanæ bonum ab illa naturali æquitate descendens quæ cuique suum tribuit, & ab alterius injuria defendit: nec hoc tantum, sed etiam mutua ope, opera, & opibus sublevat qui opus aliqua re habet. Quibus rebus maxime societatis illius vinculum continetur. Atqui non ita se rem habere, ex veritate scripturarum sacrarum, quæ primam creationem hominis & propagationem, atque humani generis longo post tempore ob peccata sua aquis extincti post diluvium restaurationem nos docet, plane constat. Utrobique enim Deus, præter ipsam vim hujus æquitatis in homine plasmando menti ejus immissam, αὐτονομθέτων, ut ante dicebamus, pleraque juris illius aperte & exerte insinuavit. Hinc videmus, statim Adami natos & nepotes urbes condidisse, artes invenisse, societatem inter se coluisse, & alia quæ ad juris naturalis vel gentium observationem attinent, tenuisse. Certum tamen, ex Adami posteritate plerosque

que omnes tandem, & ex Noacidis permultos, præcipue post linguarum divisionem, cum hac illac dispergerentur, & varia orbis loca occuparent, desciviſſe ab illa æquitate naturali, & similes bestiis effectos, ad illud jus, quod naturale primarium diximus, quodque commune homini cum brutis Jurisconsulti faciunt, feritate sua redactos. Quos hoc modo ἀποθηριωθέντας potius dicendum est, quam ullos homines ex ferina & belluis propiore natura, quam prius habuerunt, humanitatem edoctos esse. Sic jus illud naturale, quod primarium secundum philosophorum opinionem supra diximus, ordine plane secundum est, & quod secundarium vocabimus, ordine primum fuisse liquet. Pars illa vero juris naturalis quæ Dei veri cognitionem attinet, quęque habet θρησκείαν conjunctam, qua Deus creator ab homine, qui ejus creatura est, colitur, non minus ab istis hominibus, quam pars altera juris divini, quæ humanæ societatis conservandæ ex juris naturalis æquitate rationem spectat, depravata est, aut prorsus derelicta. Inde pro veri Dei cultoribus idololatræ evaserunt. Quidam ex his in utroque deferendo peccarunt, ut illi quos ἀποθηριωθέντας docuimus. Alii alteram partem retinuerunt quæ περὶ πολιτικὰ attinet, ut pleræque illæ gentes quæ prudentia regiminis ante ceteras claruerunt. Nonnulli utramque partem sartam tectam, idque Dei solius singulari à quo eam acceperant beneficio, conservarunt, ut posteri Abrahami Israëlitæ, cui ideo repromissio facta est. Hunc itaque populum sibi peculiarem Deus elegit, & cum post quadringentos ac triginta annos ab Ægypto tandem, ubi dura premebatur servitute, eduxisset, in terram promissionis reduxit per Mosem, & per eumdem jura illi tradere dignatus est. Ea jura partim è naturali, partim è legali composita sunt. Dei veri cognitio & adoratio, quæ populo illi ipsius Dei munere donata est, jus naturale respicit. Externus

autem cultus, quo Deus se ab his coli voluit, ad *legalem* pertinet, cujus pars *cæremoniale*. Φυσικὸς ille νόμος, hic ἐπείσακτος Græcis theologis dicitur. Ad φυσικὸν νόμον, qui partes habet τὸ ἠθικὸν, καὶ τὸ πολιτικὸν, Decalogi tabulæ præcipue pertinent. Si consideres in his non Mosem qui dedit, non populum cui sunt datæ, sed rem ipsam, hoc est, jus naturale quod in his continetur, nullum est dubium quin omnes obliget, non solum gentem Hebræorum cui traditum est. Adeo ut non nos tantum; qui Christiani sumus, sed etiam gentes aliæ, quæ rationis usum habent, & per illam rationem æquitatis etiam naturalis, quæ ad societatem humanam comparata est, intelligentiam, teneantur ea præcepta, ex fonte utpote divini pariter ac naturalis juris descendentia, omni modo observare. Deum unum colere, patrem & matrem honorare, non mœchari, non occidere, non furtum facere, alienum non appetere, non uni Hebræorum populo, sed omnibus ratione uti volentibus, qua præceptum, qua interdictum est. Et cum uno caritatis præcepto totam legem impleri doceat Paulus, idque confirmet allatis Decalogi mandatis, cui dubium erit, quin ea omnia tendant ad societatem humanam tuendam, quod maxime etiam præstare contendit jus naturale gentium appellatum? Hinc facta & à quibusdam olim juris prudentibus hodie extat collatio legum Mosaicarum cum Romanis, ex qua comparatione patet, in omnibus fere supradictis præceptis, jus Romanum cum Judaico cõvenire. Plenitudo igitur legis in societate humana conservanda, hoc est, in dilectione proximi, consistit. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Quod non eo pertinet, ut, in bonis procurandis sibi & suis, proximum quis ea notione, ad quam proximi nomen extenditur, præferat, aut etiam in evitandis malis, aut periculis propulsandis, ea malit à capite proximi depellere quam à suo aut suorum, si ab se & proximo

proximo casum simul utrique impendentem non possit averruncare. Sunt enim quidam gradus caritatis: & vulgo ajunt, eam quæ bene ordinata est, à semet ipso incipere. Si spes boni alicujus mihi alluceat, non id proximo meo potius quam mihi conciliavero, si conciliare mihi illique simul non potero. Nec enim id eo præcepto, quo lex compleri dicitur, commendari puto. Si metus porro mali impendeat utrique nostrum, mihi & proximo, non id vult illud mandatum, ut proximum meo ipsius periculo casui, qui ambobus pariter imminet, eripiam. Illius præcepti quo lex consummatur, hæc omnino vis ac mens est, ut, quod nobis fieri nollemus, alteri non faciamus. Non vis uxorem tuam adulterari? ne alienæ stuprum facias. Non vis occidi ab alio? ne alium interfeceris. Furtum rei tuæ non posses nisi invitus pati? alienam ne compiles. Ita de ceteris. Qui hoc cavet, ne faciat alteri quod sibi fieri non vult, proximum sicut se diligit. Ita esse intelligendum, Paulus significat in Epist. ad Rom. cap. XIII. Cum enim suprascripta Decalogi præcepta commemorasset, *non mœchaberis, non occides*, & quæ sequuntur, addit, καὶ εἴτις ἑτέρα ἐντολὴ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ, ἀνακεφαλαιοῦται ἐν τῷ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. Quibus verbis plane ostendit, si quis dilexerit proximum suum ut seipsum, non eum occisurum esse, ut nec ipse ab eo vellet occidi, nec aliud quid ei mali esse facturum quod pati ab illo nollet ipse. Clemens in constitutionibus lib. I, cap. I, cum & illa similiter mandata decalogi à Domino nostro summatim in Euangelio repetita & confirmata commemorasset, ad finem capituli subjungit: Διὰ τοῦτο οὖν φόβοι, θάνατοι, δικαστήρια, καταδίκαι παρὰ τοῦ θεοῦ τοῖς τοιούτοις ἐπακολουθοῦσι. Τοῖς δ' ὑπηκόοις θεῷ ἀνθρώποις εἷς νόμος θεοῦ, ἁπλοῦς, ἀληθὴς, ζῶν, οὗτος ἐνυπάρχει, ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοι γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. Οὐ βούλει τῇ γυναικί σου τινα ἐμβλέψαι

 κακῶς

κακῶς εἰς διαφθορὰν αὐτῆς, μηδὲ σὺ τῇ τοῦ πλησίον σου γυναικὶ κακοήθως ἀτενίσῃς. Οὐ βούλει σὺ τὸ ἱμάτιον ἀρθῆναι, μηδὲ σὺ τὸ τοῦ ἑτέρου ἄρῃς. Οὐ θέλεις πληγῆναι, λοιδορηθῆναι, ὑβρισθῆναι, μηδὲ σὺ ἄλλῳ ταῦτα διαθῇς. Legem appellat Dei simplicem, veram, viventem, *quod quis non vult sibi fieri, ut ne alteri id faciat.* Ælius Lampridius in Alexandro Severo: *Si quis de via in alicujus possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subjiciebatur, in conspectu ejus, aut virgis aut condemnationi: aut, si hæc omnia transiret dignitas hominis, gravissimis contumeliis, cum diceret, visne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis? Clamabatque sæpius quod à quibusdam sive Iudæis sive Christianis audierat, & tenebat, idque per præconem, cum aliquem emendaret, dici jubebat; Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Pars hujus præcepti affirmativa apud Matthæum & Lucam ita concipitur: Καὶ καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. Partem negativam eo quoque contineri & subaudiri, scribit Tertullianus lib. IV adversus Marcionem: *Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis. In isto præcepto utique alia pars ejus subauditur: Et sicut vobis non vultis fieri ab hominibus, ita & vos ne faciatis illis.* Ad hanc partem pertinent præcipue Decalogi præcepta, ut idem paulo post Tertullianus adfirmat: *proinde denuntians, non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, docuit, ne faciam aliis quæ fieri mihi nolim.* Hæc duo igitur eamdem vim & intellectum habent ad caritatem, quæ proximo debetur, hominum sensibus & menti intimandam, legemque ex ejus praxi implendam, *Diligere proximum sicut seipsum*, &, *Quod sibi quis fieri non vult, alteri non facere.* Ut ad cetera Decalogi præcepta fecimus, ita si ad fœnus hanc regulam adhibeamus, claudicare plane eam comperiemus. Dicamus ergo, si licet: *Alteri*

Alteri ne fœnereris, quia tibi ab illo fœnore aliquid dari nolles. Quis enim est omnium qui in articulo necessitatis, inopia temporaria urgente, non pro maximo beneficio duxerit, pecuniam sibi ab aliquo mutuam dari vel gravissimo fœnore? At de furto nemo est cui non omni tempore liceat hoc inculcari, *Si abs te tuam rem libens tolli nõ videres, cur alii suam furto auferre libebit?* Quia certe nullus est qui ullo in tempore lætus acciperet, aliquid sibi rerum suarum furto sublatum. Sed è converso, dicet aliquis, si accipiamus partem præcepti affirmativam, &, *sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis*, juxta hujus regulam examinatum fœnus, exanimatum prorsus concidet. Etenim si debeo alii præstare quod ab eo mihi præstitum velim, ut amorem, solatium, obsequium, præsidium, in his etiam potest reponi & mutuum gratuitum. Quippe cum nemo non malit sibi commodari pecuniam gratuitam quam fœnebrem dari, ergo & aliis hoc idem præstandum. Immo hac eadem manente norma usura confirmabitur. Quis enim pro beneficio collato non malit proximum, cui id contulit, gratum & memorem habere quam ingratum & immemorem? Hoc ergo & aliis demus quod nobis datum volumus, ut memores nempe simus beneficiorum acceptorum à proximo. Lex autem gratitudinis poscit, ut in gratia referenda majore mensura, si fieri possit, quod accepimus, reddamus. Ita & usura hic locum habebit. Nam ut honestus & gratus non recusabit eam sponte solvere si possit, pro temporis medii commodo quo usus est aliena pecunia cum proximi sæpius damno, sic nec ab alio sibi præstandam accipere abnuet. Non pugnat igitur cum ea præcepti parte affirmativa, qua jubemur, sicut nobis fieri volumus ab hominibus, ita & nos facere illis. Quod enim facimus, immo & facere debemus, quando possumus, proximo, ut interusurium pecuniæ

 mutuo

mutuo datæ ipsi pendamus, idem ab eo sine offensione caritatis sperare, si modo id possit, & expectare æquum est. Sic nec cum negativa pugnabit. Quod enim sponte facere parati sumus, si modo grati esse volumus, id pactione interposita præstare non refugiemus, præsertim cum ea sæpe tempora incidant, ut vel quovis fœnore pecuniam accipere nobis expediat. At vim, injuriam, contumeliam, fraudem, furtum pati nemini unquam expedit. Ideo nec unquam ea facere aliis debemus quæ nobis fieri nolimus, quia nunquam facta prodesse aut placere cuiquam queant. Nollem itaque doctissimum & clarissimum virum, amicum nostrum, in Explicatione Decalogi, statim post expositum de furtis præceptum, transisse ad tractandam materiam *de mutuo & usura*, hac insuper addita hujus rei ratione, *quia in mutuo dando furtum potest committi.* Idem sensisse videtur & ille qui Gregorii Decretalium librum compilavit. Nam titulo *de furtis* subjunxit titulum *de usuris*. Quasi scilicet paris conditionis & meriti omnino debeant videri qui furantur & qui fœnerantur. Quod quomodo possit procedere, nullus video. Furtum est alienæ rei contrectatio invito domino. Furtum itaque committit qui rem suam nolenti & non sentienti surripit. Nam si sciret, non pateretur. Qui pecuniam aut aliam rem mutuo dat, ea conditione ut mercedis nomine aliquid plus recipiat pro pecunia præstita, ut alius pro opera, an ille furtum facere dici potest? Fur ad ejus ædes se confert quem expilare vult. Numquid & fœnerator ad eum contendit cui pecuniam fœnebrem dare destinat? Immo contra, qui ea indiget, sponte ad fœneratorem accedit: quasi si scilicet ad furem ultro dominus iret, ut ei suæ rei surripiendæ occasionem præberet, immo & volenti eam volens traderet. Id si fieret, an furtum foret, quod ageretur? Pactio intervenit inter utrumque, dantem & accipientem fœnore.

nore. Convenit inter eos, ut hic mutuum accipiat, ille post certum tempus recipiat, cum accessione de qua convenit. Quantacunque futura sit illa accessio, à volente & sentiente id quod agitur, & ideo consentiente, datur. Quid simile in furto? Fœnerator quãvis vel gravissimas stipuletur usuras, juvat tamen eum qui solvere eas repromittit. Nam nisi hic se juvari ac suæ necessitati subveniri crederet, nunquam in hujusmodi pactionem descenderet, ad quam non eum adigit fœnerator, sed sua ipsius inopia. Ecquando est ut fur gratam rem domino faciat, dum ei, quod suum est, licet pauxillulum sit, furetur? Profecto si fœneratio crimen est, ex eorum genere est criminum, quæ à duobus committuntur. Multa sunt quæ unum tantummodo reum detinent, & agentem quidem solum, cum patiens sit extra culpam. In his furtum numerandum est, & homicidium, in quibus unus agit, alter patitur. Hic innoxius, ille in noxa. In adulterio duo sunt rei, tam qui infert stuprum, quam cui infertur, nisi si forte per vim huic inferatur. In his, quæ duo committunt, magis ille nocens est à quo principium sceleris fluxit, & qui agit. Ut qui nuptam sollicitavit & pellexit ad stuprum, licet illa quoque peccet, si tandem consentiat, gravius tamen ejus peccatum qui induxit, ac perpulit. In fœnore videamus uter plus delinquat, quandoquidem constat, si crimen sit fœneratio, commune hoc esse inter duos reos, qui petit & qui dat. A petente certum est initium fieri, quique adeo agentis hac in parte sustinet partes. Nam ad eum venit à quo fœnebre mutuum postulat, non contra hic ad illum. Illud utique etiam verissimum est, nisi essent qui peterent, nullos esse futuros qui darent. Quod igitur sunt fœneratores, quamlibet sceleratam ac pernicioſam eorum statuas professionem, in causa esse qui fœnore sibi dari volunt, scias. Tolle inopes & indigentes alieno tali auxilio subsidioque, tolles

ſtatim & fœnerationem. Magis ergo criminoſi qui huic crimini cauſam præbent, quod commune ita eſt duorum, ut origo ſit ab uno, quem tamen vulgo abſolvunt, ut alterum, qui ad hoc invitatus ac ſollicitatus tantum venit, ſolum premant. Certe ſi Perſis antiquis credis, turpius ſe duxiſſe tibi dicent fœnore accipere quam dare, & potioris eſſe conditionis τὸς δανείζοντας, quam τὸς δανειζομένους. Rationem etiam addent, quia proniores hi ad mentiendum quam illi. Immo non neceſſe illis mentiri, iſtis fere ſemper neceſſe ut à creditoribus ſuis mendacio ſe liberent, ſi re ipſa minus poſſunt. Promiſſis enim ditiores quam pecunia, facilius ea promunt de pectore quam nummum ex arca. Ideo frequenter fallunt. Id turpiſſimum cum haberetur apud Perſas, merito damnabant qui æs alienum facerent, quia via inde ad mẽtiendum prona ac declivis. Qui mentiri porro aſſueverit, quid non deinde ab hac aſſuetudine productus audebit ac molietur? Conſuetudines quippe inveteratæ facile in naturam vertunt. Mentiri ſolito, conſequens eſt, ſi uſus veniat, & ſpes lucri aut vindictæ locus id exigat, falſum ſe teſtem præbere, vel odio ejus in quem productus erit, vel in gratiam illius à quo mercede conductus fuerit. Falſum vero teſtimonium dicere, inter illa Decalogi vetita eſt, quæ ſi admittantur, legem Dei, cujus plenitudo conſummatur in diligendo proximo, offendunt & impleri prohibent. Nulla talis in eo fœnoris prohibitio. Atqui oportuit & conjunctim quidem cum furto eam fieri, ſiquidem ita furi ſimilis eſt fœnerator ut non ovum ovo ſimilius. Ubi autem appetentia vetatur cujuſcunque rei quæ ad proximum pertinet, ibi magis conveniebat tractatum de uſuris inſeri. Nam & alienum appetit qui fœnore dat, immo & capit, non tantum concupiſcit, ſi vera ſunt quæ contra fœnus docti homines dicunt. Atqui ne ibi quidem locum habere debuit. Quod hoc argumento perſpici poteſt. Alienum appetit qui quacunque arte invito aut ignaro domino id habere cupit, & captat ut habeat. Ædes alienas, pecus, uxorem, ſervos, aut ancillas concupiſcere prohibemur. At præceptum Dominicum in Euangelio non ſemel inculcatur, παντὶ αἰτοῦντί σε δίδε, *omni petenti te, dato.* Fac igitur, non per vim, nec ulla arte, me à poſſeſſore, quod cupio, & quod ſuum eſt, extorſiſſe, ſed prece impetraſſe. Nihil hic me peccare contra legem Decalogi hujuſmodi rei alienæ appetentia certum eſt. Multo minus & de fœnore id dicendum eſt, ſi alienum capit non ab invito. Immo prece plerumque ambitur, & exoratur fœnerator, ut mutuam velit pecuniam dare hac mercede pacta. Pecuniam ſuam melius interdum collocaret & utilius in agris mercandis, aut pecoribus, aut ædibus, plus ſibi reddituris. In ipſo Decalogo denique prohiberi debuit fœnus, vel cum furto, vel cum rei alienæ appetentia, ſi à Deo prohibendum omnino fuit. Quod ibi prohibitum non eſt, inde colligas, inter illa, quæ pugnant cum jure naturæ, non eſſe numerandum, quia prohibitoriis præceptis non accenſetur, quæ ex jure naturali ſunt. Recte itaque affirmativam ejus partem è jure naturali eſſe, ſupra obſervavimus. Quod cum ita ſit, aſſeri jure poteſt, prohibitionem ejus, ſive partem negativam, ad jus legale pertinere. Multa enim jure legali prohibentur, quæ juri naturali non repugnant, propter cauſas quas habuit legiſlator ex circumſtantiis locorum, temporum, ſed & hominum, quibus leges imponuntur. Merito ergo in duabus tabulis, quas Deus Moſi dedit, legem moralem & naturalem continentibus, cum præceptis abnutivis fœneratio non eſt repoſita. Interdicta tamen Hebræis fuit per eumdem Moſem quaſi à Deo, ſed ſeorſim, & eo quidem modo, ut inde poſſit intelligi non tanquam abſolute malam & juri naturali contrariam fuiſſe interdictam.

dictam. Quæ ſimpliciter mala ſunt, ſimpliciter in lege Dei prohibentur: *Non occides, non mœchaberis, non furtum facies.* At uſura non ſimpliciter nec abſolute Hebræis interdicitur, ſed ea tantum quæ à fratre, id eſt, ab Hebræo exigitur, non etiam illa quæ ab extraneo. Deuteronomio, cap. XXIII, verſ. XIX: Οὐκ ἐκθηκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σε τόκον ἀργυρίε καὶ τόκον βρωμάτων, καὶ τόκον παντὸς πράγματος ὃ ἐὰν ἐκδανείσῃς. Τῷ ἀλλοτρίῳ ἐκθηκιεῖς, τῷ ἀδελφῷ σε οὐκ ἐκθηκιεῖς, ἵνα εὐλογήσῃ σε κύριος ὁ θεός σε ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σε ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν εἰσπορεύῃ ἐκεῖ κληρονομῆσαι αὐτήν. Qui mœchatione jubentur abſtinere, æque his cum extranea quam cum Hebræa prohibita mœchatio intelligitur. Furtum ſimiliter in extero commiſſum pari pœna vindicaretur ex lege duarum tabularum, atque indigenæ factum. Ita autem fœnerari prohibentur fratri, ut alienigenæ dandi ſub fœnore mutui licentiam habeant. Τῷ ἀλλοτρίῳ ἐκθηκιεῖς, τῷ ἀδελφῷ σε οὐκ ἐκθηκιεῖς. Per ſe mala, ac damnanda uſura, non permitteretur accipi magis à peregrino quam à cive. Et tantum abeſt ut ſimpliciter & per ſe pernicioſam & populo ſuo fugiendam judicaverit Deus, ut inter maledictiones, quas interminatur Hebræis inobedientibus & mandata ſua non ſervantibus, hæc etiam ipſis eventura prædicatur, Deuter. cap. XXVIII, verſ. XLIV: הוא ילוך ואתה לא תלונו, *ipſe*, id eſt, peregrinus, *fœnerabitur tibi, & tu ei non fœneraberis.* Οὗτος δανείσει σοι, σὺ δ' οὐ τούτῳ δανείσεις. Si vices vertamus, benedictio erat Judæo poſſe extero fœnerari, non viciſſim ab eo fœnore accipere. Jam de re ipſa conſtat, non eo nomine interdictam verbo Dei Judæis fuiſſe inter ſe, quam cum extraneis liberrime poſſent exercere, quod eſſet ex ſe damnanda, ſed ob aliam peculiarem cauſam & extrinſecam, non ex rei ipſius vitio petitam. Ea quærenda eſt. An quod Deus prævideret avidum & fœneratorium gentis illius animum, quam in

in terram ſanctam ac promiſſam introducebat, ideo ab fœnoris negotiatione abſtinere voluit, ne cultum terræ illius deſererent? Hoc ſi eſſet, ab omni prorſus fœnore abſtinuiſſe eos oportuit. Nam cum multi inter eos manerent exteri & alienigenæ, partim negotiandi gratia, partim aliis de cauſis, permiſſum cum his fœnus æque potuit illos à terra colenda avocare, quam ſi cum indigenis ipſis & civibus ſuis id exercuiſſent. Præterea docuimus etiam, poſſe ſimul cum fœnore ſtudium agrorum facile conjungi. Aliud quippe agentibus atque etiam dormientibus uſuræ currunt. Una interdum ipſis occupatio intervenit, dura nomina ad ſolvendum compellere, & videre ne decoquant. Quod & ipſum in gratuito mutuo non minus habet locum quam in fœnebri. Mutuum dare porro fratribus ſuis, non vetabantur, ſed ſub uſura dare mutuum. Qui igitur fratri ſuo gratis, peregrino ſub uſura mutuum dare permitteretur, ſatis habuit negotii quo interpellaretur ne terræ cultui vacaret, ſiquidem hoc negotium avocat ac diſtinet. Aliud itaque fuit, quare Deus noluerit eos cum fratribus ſuis fœnore negotiari, cum peregrinis voluerit. Populus ille Hebræorum, quibus ea lex data, non ex convenarum colluvie factus, ſed ad unum auctorem originem referebat. Una familia paucorum capitum, quæ in Ægyptum deſcenderat Jacobo duce, poſt quadringentos annos hanc numeroſiſſimam gentem dederat. Omnes itaque propinqui & conſanguinei, & prope fratres. Ea re voluiſſe videtur Deus, cum leges illis daret, ſocietatem ex conſanguinitate, quæ inter eos intercedebat, non ſolum cuſtodire, ſed arctiore etiam vinculo conſtringere, caritatis inter ſe officia mutua agitari præcipiendo. Ut enim ſine ulla lege, ſolo aut familiaritatis aut neceſſitudinis reſpectu, in aliis gentibus mutuum, inter parentes & amicos gratuitum exercetur, fœnebre ad extraneos ſolos refer-

reſervatur, ita in Hebræa natione, quia omnes erant cognatione juncti, lege ſanxit Deus ut Hebræus Hebræo tanquam propinquus propinquo non aliter mutuum daret niſi gratis. Apud Græcos ſane & Romanos, aliaſque etiam gentes bene moratas, inter amicos ipſos non alius fuit mos mutui dandi niſi gratuiti, nedum inter parentes ac cognatos. Hinc, ut ſupra obſervabamus, Grammatici τὸ χρῆσαι & τὸ δανεῖσαι, *cõmodare* & *fœnerari*, eo diſcrimine diſtinguunt, quod illud in amicis locũ haberet, hoc in quibuſlibet, ignotis nimirum & externis. Solebant & Græci pauperes amicos, ſi quando in egeſtatem incidiſſent, hoc genere mutui ſublevare quod ἔρανος nomine vocabant, ut id redderent ſi poſſent & quandocunque poſſent, ſin minus, ſibi haberent proprium, ſi dura ſemper fortuna premeret. Amicis, ac notis, & parentibus hoc præſtabatur in Græcia. Ceteri etſi ex eodem populo ignoti, tanquam peregrini habiti & externi. Quis enim ſcire poterat an ab antiquo ex eadem ſtirpe deſcendiſſent, quibus id beneficium conferretur, in tanta advenarum ſubinde immigrantium multitudine? Hi primo advenæ, poſt aliquot γενεὰς civibus inſerti & immixti, cives meri habebantur, etſi aliquando his, qui αὐτόχθονες & ἰθαγενεῖς dicebantur, tanquam veteribus nobilibus, certum ſit ſuam fuiſſe ſervatam apud pleroſque dignationem. At in Hebræo populo, cum Judæus Judæo pecuniam dabat gratuitam mutuo, etſi minus cognito, non poterat tamen ignorare hoc ſe officium præſtare ejuſdem gentis homini, & ejuſdem plane cognationis. Non ſolum enim cærimoniis & cultus divini diverſitate à ceteris populis diſcernebantur, ſed etiam impermixta ac ſincera generis nota, qua ſe Abrahami eſſe ſemen gloriabantur. Hoc nomine & male audiebant apud alios populos, quod externis parum benevoli ac benefici, caritatis officia in minimis maximiſque rebus inter ſuos tantum exercerent, ut ejuſdem originis conſortes & ejuſdem religionis conſecraneos. Inde illud Satyrici:

Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem,
Nil præter nubes, & cæli lumen adorant,
Nec diſtare putant humana carne ſuillam,
Qua pater abſtinuit; mox & præputia ponunt.
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt & ſervant ac metuunt jus,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.
Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Potuit addere: Et ſolis recutitis pecuniam gratuitam commodare, ceteris omnibus ſub uſura, & quidem graviſſima, mutuam dare. Nec enim modus uſuræ ipſis lege divina præſcriptus, ſi externum fœnore ferirent. Libera ergo permiſſa & ut Athenienſibus Solon ſanxit, ἐφ' ὁπόζον ἂν βούληται ὁ δανείζων. Quod hodieque ubicunque locorum ſunt, ſtrenue facere norunt. Nec puto fratribus ſuis, quo ingenio nati erant, pepercisſent, niſi diſtricta lege iis fœnerari eſſent vetiti. Adeo autem peculiare datum hoc præceptum Judæis opinor, ut proſelytos non attinuiſſe jure poſſit affirmari. In pauperum porro gratiam hæc lex de uſuris Hebræo ab Hebræo non accipiendis videtur potiſſimum lata. In Judæa enim, utpote quæ nec mercaturis ferveret, nec pecunia abundaret, cum nulla ibi alia opulentia eſſet, aut ex opulentia luxus, ſoli pauperes, artifices, utplurimum, vel piſcatores, vel agricolæ, mutuaticia pecunia indigebant. At premi inopes, ex eadem præſertim gente ac genere, durum viſum eſt legiſlatori. Omnia itaque præcepta ad eorum inopiam ſublevandam comparata, ſed hoc præcipue de mutuum dante & mutuum accipiente ſine fœnore, ut & illud de pignore reddendo quod captum eſſet de paupere ante ſolis occaſum, ut in pallio ſuo poſſet cubare. Alias ſi non egenus foret, quod

captum

captum erat, pro re credita ab eo qui ceperat ſervabatur donec debitum ipſi eſſet ſolutum. Hæc reſpiciunt miſericordiam exhibendam ejuſdem gentis hominibus indigentibus. Unde illud Taciti de Judæis Hiſtor. v: *Et quia apud ipſos fides obſtinata, miſericordia in promptu, adverſus omnes alios hoſtile odium.* Cum interdictione de uſuris à fratre accipiendis, id eſt, à Judæo, ponendum inter peculiaria præcepta & illud de anno remiſſionis, שמיטה. Septimo quoque anno remittebantur debita ac reſcindebantur. Quod erat inſtar *tabularum novarum*, ut Latini vocarunt, vel quæ Græcis dictæ χρεῶν ἀποκοπαί. De quibus in ſequenti libro dicemus. Sed eo anno debita remitti tantum ſolita Judæis, id eſt, fratribus, non etiam peregrinis, ut patet ex Deut. cap. xv, verſ. III. Peculiare & illud fuit præceptum Judaici populi, quod agri eorum in perpetuum non poterant alienari, ſed terra ſemper penes dominos ſuos manere debebat. Unde poſt quinquageſimum annum, qui Jubilæus dicebatur, ſi quis quid ex ſuis poſſeſſionibus vendere ob æs alienum eſſet coactus, libere dominium earum recipiebat, etiam non perſoluto debito. Qui ex eo quod Judæis vetita inter ſe eſſet uſura, Chriſtianos ad idem obſervandum obligari contendunt; cur non pariter & annum ἀφέσεως & Jubilæum, & alia omnia quæ huc reſpiciunt, à Chriſtianis cuſtodiri debere præcipiunt? Cum enim idem eorum præceptorum finis ſit quæ Judæis data ſunt, ut miſericordia & beneficentia ac liberalitas erga pauperes exerceretur, prorſus ratione caret ut alia cuſtodiamus ex his in uſum revocata, alia non. Eadem quippe in juſſis ac vetitis ratio eſt, cum negativæ atque affirmativæ in præceptis idem ſit ſcopus. Verum de his paulo poſt. Ob pauperes ſolos, ut diximus, interdictam uſuram cum indigenis, palam eſt, quia ſoli pauperes in Judæa mutuari ſi forte cogebantur. Quid ſi igitur mercator

tor cui non eſſet pecunia præſentaria, quam propterea neceſſe haberet mutuam ſumere ad mercatum profecturus: aut alius inopia temporaria preſſus, dives alias ſatis, an, ſi ſponte ſua, ut beneficium acceptum aliqua mercede remuneraretur, interuſurium pecuniæ, quam acceperat, dare creditori ſuo voluiſſet, Judæo Judæus ipſe, an ille recuſaſſet? Non uſuræ nomine iſtam acceſſionem fac datam, ſed gratiæ referendæ, aut muneris. Quid erit? An quia lex vetat diſtricte ullum πλεονασμὸν capi, quocunque prætextu offeratur, repudiabitur? Certe & ſenatores aliquando Romæ, qui uſuras accipere vetabantur, muneris tamen cauſa pro pecunia mutuo data ut aliquid acciperent permiſſum erat. Alia præterea ratio fuit & alius modus uſurarum, cum ſoli pauperes Romæ mutuari cogerentur, & cum etiam divites ex luxu ad id prolaberentur. Stantis reipublicæ primis temporibus unciarium & ſemunciarium fœnus legitimum fuit, quo ducentis annis ſortem uſuræ adæquabant. Sub imperatoribus, quo tempore, non jam pauperes, ſed luxu perditi homines, ut in delicias, aut in magnificos apparatus profunderent pecuniam, fœnerato eam ſumebant, centeſimas & ſeſquicenteſimas uſuras legitimas conſtat fuiſſe, ut in ſequenti libro docendum erit. Hinc Plutarchus, ut ſupra diximus, tractatum compoſuit, non περὶ τοῦ μὴ δανείζειν, de non fœnerando, ſed περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι, quia ſoli tunc locupletes, pecunias fœneraticias acciperent mutuo. Eumdem quoque morem opulentiorum ſua ætate fuiſſe notat Baſilius: Ὁρῶμεν, inquit, ἐκεῖ τοὺς τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ἐρχομένους ἐπὶ τὸ δάνειον, οὐδὲ γὰρ ἔχουσι τοὺς πιστοῦντας, ἀλλὰ δανείζοντες ἄνθρωποι δαπάνας ἀνειμένας, καὶ πολυτελείαις ἀκαίροις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες. Sunt præterea & multi divites, parci quidem illi ſatis, & ſobrii, nec profuſis gaudentes ſumptibus, non tamen bene nummati, quia eorum cenſus & opes in

captum erat, pro re credita ab eo qui ceperat servabatur donec debitum ipsi esset solutum. Hæc respiciunt misericordiam exhibendam ejusdem gentis hominibus indigentibus. Unde illud Taciti de Judæis Histor. v: *Et quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, adversus omnes alios hostile odium.* Cum interdictione de usuris à fratre accipiendis, id est, à Judæo, ponendum inter peculiaria præcepta & illud de anno remissionis, שמיטה. Septimo quoque anno remittebantur debita ac rescindebantur. Quod erat instar *tabularum novarum*, ut Latini vocarunt, vel quæ Græcis dictæ χρεῶν ἀποκοπαί. De quibus in sequenti libro dicemus. Sed eo anno debita remitti tantum solita Judæis, id est, fratribus, non etiam peregrinis, ut patet ex Deut. cap. xv, vers. III. Peculiare & illud fuit præceptum Judaici populi, quod agri eorum in perpetuum non poterant alienari, sed terra semper penes dominos suos manere debebat. Unde post quinquagesimum annum, qui Jubilæus dicebatur, si quis quid ex suis possessionibus vendere ob æs alienum esset coactus, libere dominium earum recipiebat, etiam non persoluto debito. Qui ex eo quod Judæis vetita inter se esset usura, Christianos ad idem observandum obligari contendunt; cur non pariter & annum ἀφέσεως & Jubilæum, & alia omnia quæ huc respiciunt, à Christianis custodiri debere præcipiunt? Cum enim idem eorum præceptorum finis sit quæ Judæis data sunt, ut misericordia & beneficentia ac liberalitas erga pauperes exerceretur, prorsus ratione caret ut alia custodiamus ex his in usum revocata, alia non. Eadem quippe in jussis ac vetitis ratio est, cum negativæ atque affirmativæ in præceptis idem sit scopus. Verum de his paulo post. Ob pauperes solos, ut diximus, interdictam usuram cum indigenis, palam est, quia soli pauperes in Judæa mutuari si forte cogebantur. Quid si igitur mercator

tor cui non esset pecunia præsentaria, quam propterea necesse haberet mutuam sumere ad mercatum profecturus: aut alius inopia temporaria pressus, dives alias satis, an, si sponte sua, ut beneficium acceptum aliqua mercede remuneraretur, interusurium pecuniæ, quam acceperat, dare creditori suo voluisset, Judæo Judæus ipse, an ille recusasset? Non usuræ nomine istam accessionem fac datam, sed gratiæ referendæ, aut muneris. Quid erit? An quia lex vetat districte ullum τοκισμὸν capi, quocunque prætextu offeratur, repudiabitur? Certe & senatores aliquando Romæ, qui usuras accipere vetabantur, muneris tamen causa pro pecunia mutuo data ut aliquid acciperent permissum erat. Alia præterea ratio fuit & alius modus usurarum, cum soli pauperes Romæ mutuari cogerentur, & cum etiam divites ex luxu ad id prolaberentur. Stantis reipublicæ primis temporibus unciarium & semunciarium fœnus legitimum fuit, quo ducentis annis sortem usuræ adæquabant. Sub imperatoribus, quo tempore, non jam pauperes, sed luxu perditi homines, ut in delicias, aut in magnificos apparatus profunderent pecuniam, fœnerato eam sumebant, centesimas & sesquicentesimas usuras legitimas constat fuisse, ut in sequenti libro docendum erit. Hinc Plutarchus, ut supra diximus, tractatum composuit, non περὶ τοῦ μὴ δανείζειν, de non fœnerando, sed περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι, quia soli tunc locupletes, pecunias fœneraticias acciperent mutuo. Eumdem quoque morem opulentiorum sua ætate fuisse notat Basilius: Ὁρῶμεν, inquit, ἐκεῖ τοὺς τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ἐρχομένους ἐπὶ τὸ δάνειον, ἐδὲ γὰρ ἔχουσι τοὺς πεδύνοντας, ἀλλὰ δανείζοντες ἄνθρωποι δυσπάνους ἀνειμένοις, καὶ πολυτελείαις ἀκάρποις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες. Sunt præterea & multi divites, parci quidem illi satis, & sobrii, nec profusis gaudentes sumptibus, non tamen bene nummati, quia eorum census & opes in

pecoribus aut in agrorum reditu constant, quæ non omni tempore præsentem pecuniam suppeditant. Ne illi quidem, quibus in fœnore magna vis pecuniæ collocata, ea semper abundare possunt. Non enim solent ad diem solvere debitores. Cui igitur ad manum non erit pecunia, qua vel necessaria in præsenti emat, vel in posterum profutura occasione emendi data comparet, si eam sumat mutuo, an faciet male, si usuram, hoc est, mercedem pro usu ejus, præstet, aut ille cui præstabit si accipiat? Cessante hic ratione, quæ fœnus in vetitis posuit, cessare debet & effectus quem causa deficit. Ne pauperes graventur, atque ut subleventur, ideo vetitum est. Ut quis lucrum de alieno faciat, & cum damno quidem alterius, non fert æquitas, quæ postulat immo, pensari ei, qui mutuum dedit, quod interest ejus, non posse uti ære suo cum velit. Alias iniquum esse non diffiteor ab eo accessionem aliquam exigere usuræ nomine qui sortem ipsam vix potest reddere. Cui stipem dare debeas non repetiturus, recipere ab eo velle plus quam acceperit, humanitati & caritati inimicum est. Sed ut ille, qui æque, ac tu, abundet, interdum etiam plus, certe non multo minus; cui tu in tempore, quo ipsi deerat, subveneris, qui tuo utitur dum tu cares, non testetur se gratum, aut non rependat in reddendo plus paulo quam datum est, vix ferendum. Apud Hebræos tamen hæc naturalis juris æquitas, quæ usuram apud alios introduxit, non valuit. Unde colligere licet, non in gratiam tantum pauperum, etsi majorem partem ita sit, sed & ob eam, quam diximus, causam, fœnus illis interdictum. Hoc si fuisset, discrimen legislator posuisset inter pauperem & divitem, inter sortem ipsam restituere impotem, & cum sorte usuram etiam reddere idoneum, ut fecit in pignore capiendo. Reddi quippe jussit captum pauperi ante solis occasum, non item locupleti. Præterea ut lex, quæ

quæ fœnerari peregrino permisit, non distinxit inter egenum peregrinum & locupletem, ita quæ vetuit usuras à cive & Hebræo accipere, cum minime discreverit inopem & copiosum, ab omni eas exigere prohibuit. Et in Deuteronomio absolute prohibetur usuram à fratre accipi, quæ ab alieno exigi conceditur. Nec restrictionem ea verba recipiunt, ut ad solos pauperes referenda sint. Quod enim in Exodo & Levitico expressa fit pauperis mentio, eam ideo fieri censendum est, quia ut plurimum pauperes sunt qui mutuari coguntur à ditioribus. Certe, tametsi aliis rebus abundent, ea re prorsus egent quam petunt mutuam. Ab omnibus sane accipi usuram fuit vetandum, ut tanto magis ab indigente non acciperetur. Si enim à solo indigente eam peti lex prohibuisset, semper ea difficultas occurrisset quis indigens esset intelligendus. Avaritia fœneratorum neminem facile passa esset eo nomine censeri, quo usuras sibi deberi ab omnibus facilius prætenderet. Nemo certe indigens visus fuisset ei qui pecuniam dedisset mutuam, ut usuras liceret exigere. Non igitur illorum sententiæ possum accedere qui non omnem usuram vetitam Hebræis inter suos arbitrantur, sed genus illud tantum πικρόπαχυν καὶ δηλικώπαχυν quod ipsi *neschech* appellãt. Leniores enim ac leviores quæ non æque sint mordaces ac voraces, fuisse concessas, qualis est quam *tarbith* vocitant, *superabundantiam* Latini interpretes vocarunt, Græci πλεονασμόν. Verum nescio qua ratione ducti id opinentur, nec video cur nomen *tarbit* de minore usura debeat accipi, & *neschech* de majore. Immo πλεονασμὸν de graviori fœnore magis sumi debere dicerem. Nam omnis usura quæ auget quocunque incremento summam sortis, ea πλεονασμὸς est, nec de levi augmento potius quam de magno, si absolute ponatur, dici conveniat. Adde quod utrumque pariter vetitum legitur, tam *tarbit*,

quam *neschech*, Levitici cap. xxv, vers. xxxv. אל-תקח מאתו נשך ותרבית. *Ne accipias ab eo neschech & tarbit*, τόκον καὶ πλεονασμόν. Ubi cum Hellenistæ proprie *neschec* τόκον reddant, non inde sequitur, *tarbit* aliud esse genus ab usura diversum. Græci enim τόκον definiunt esse πλεονασμὸν, qua πλεῖον ἀεὶ τἀργύριον γίνεται. In Deuteronomio cap. xxiii, *neschech* tam de usura pecuniæ quam de usura cibariorum dicitur, כסף נשך, *usura argenti*, ואכל נשך, *usura cibi*, additurque ibidem, omnem omnino usuram cujuscunque rei, quæ fœnore datur, adversus fratrem exerceri prohibitam, ונשך כל-דבר אשר ישך, τόκον παντὸς πράγματος οὗ ἂν ἐκδανείσῃς. Ubi & Chaldæus paraphrastes רבית pro נשך posuit, quod idem est cum Hebræo *tarbit*, ut ab eadem origine. Et pro לא-תשיך, *ne fœnereris*, vertit לא תרבי. Judæi quoque hodie רבית *ribith* pro usura dicunt, quod idem omnino est cum *tarbit*. Inde quoque Arabicum ربا *riba*, de usura. Sed & quæ אכל נשך vocatur in Deuteronomio, *cibi neschech*, id est, *usura*, id Levitico מרבית *marbith* appellatur, quæ idem est cum *tarbith*. Quo loco tamen in pecunia prohibetur utrumque, *neschec* & *tarbit*, id est, usura, & usura, altera à morsu, altera ab amplificando vocata. Ibi usuram cibi, quæ est *marbit*, idem Chaldæus interpres Onkelosius רביתא reddit, eodem vocabulo quo *neschec cibi* in Deuteronomio verterat. Ex quibus constat, *neschech* idem esse quod *tarbit*, & utrumque id esse quod Græci τόκον appellant. Mirum tamen, in plerisque locis scripturæ in vetanda usura utrumque conjungi, *neschec* & *tarbit*, ut in Levitico. Sed & in Proverbiis cap. xxviii: Ὁ πληθύνων τὸ πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ τόκου καὶ πλεονασμοῦ, τῷ ἐλεοῦντι πτωχοὺς συνάγει αὐτόν. בנשך ותרבית, *cum usura & superabundantia*. Apud Ezechielem, ut supra notavimus, tribus aut quattuor locis utrumque simi-

similiter junctim ponitur, τόκος καὶ πλεονασμὸς, *neschec* & *tarbit*. Quam redundantiam sive πλεονασμὸν de usura interpretatur Tertullianus lib. iv adversus Marcionem: *Percurre sequentia Ezechielis de eodem viro justo, pecuniam, inquit, suam fœnore non dedit, &, quod abundaverit, non sumet; fœnoris scilicet redundantiam, quod est usura.* Illud utique certum est, נשך Hebræis idem plane significare quod usuram, ab admordendo. Nam & lucrum de alio facere Græci pariter τρώγειν dicunt. Unde & τρώκτης, *adrosor*, qui de quocunque homine & in re quacunque eum admordendo lucrari satagit. Suidas: Τρώκτης, ὁ ἐκ παντὸς κερδαίνων, οἷον ἀποτρώγων. Hesychius: Τρώκτης, φάγος, ὁ ἀπὸ πάντων ἐσθίων καὶ κερδαίνειν βουλόμενος, πανοῦργος, ἀπατεών. Eustathius ad Homeri Odyss. ξ τρώγειν interpretatur κερδαίνειν, ubi Homerus quemdam Phœnicem ex vitio ac more gentis mercatorem & fœneratorem primarium τρώκτην appellat:

Δὴ τότε Φοίνιξ ἦλθεν ἀνὴρ ἀπατήλια εἰδὼς,
Τρώκτης.—

Ibi veteres Grammatici τρώκτην interpretati sunt φιλοκερδῆ, φιλάργυρον, ἐκ παντὸς ἐθέλοντα τρώγειν, ὅ ἐστι κερδαίνειν. Idem Eustathius ad Odyss. ο τρώκτην exponit κερδαλέον, his verbis: Οἱ Φοίνικες, ναυσίκλυτοι λέγονται ἄνδρες. Τοιοῦτοι γὰρ ναυτικώτατοι ὄντες, ὡς αἱ ἱστορίαι οἴδασι, καὶ τρῶκται ἤγουν κερδαλέοι. Sic *admordere* & Latini usurpant, ut Plautus in Pseudolo:

Iam habet argentum; admordere hunc mihi lubet.

Posset etiam si forte dici, *neschech* à morsu appellatam usuram, quia amara & acerba inopi qui mutuatur. Quæ enim amari sunt & acris saporis, gustum mordent & Græci δηκτικὰ ea appellant. Ita & πικρὸν τόκον iidem Græci vocant, qui est Hebræorum *neschec*, id est, δηκτικός. Clemens in Apostolicis Constitutionibus lib. iii, cap. vii: Καὶ ἐπὶ πικροῖς τόκοις δανείζουσι, καὶ μόνου τοῦ μαμωνᾶ φροντίζουσιν.† Merito ergo vide addenda.

 neschec

neschec Hebræis usura à mordendo, quod est lucrum vel quæstus quo admordetur is de quo paratur. Sed nec minus usura etiam est *tarbit*, quam & accessionem & incrementum & augmentum pariter Latini appellarunt, ut & Arabes ربا, Chaldæi רביתא, Judæi ריבית, omnia ab augendi significatione. Cur igitur hæc duo junguntur in scriptura, *neschech* & *tarbit*, si nihil plus altetutrum significat, & utrumque usura est diverso respectu & ratione? Si voce altera majus fœnus, altera minus designaretur, posset dici minimas maximasque usuras prohiberi tralaticia loquutione, id est, omnes. Sic poëta Græcus: Πάσας καὶ μικρὰς, κὴ μεγάλας χάριτας. Ita Latini, *in minimis maximisque rebus*, id est, in omnibus, solent dicere. Tentavimus supra, an illud *neschech* de eo genere usuræ intelligi possit, quo pars de summa detrahebatur quæ dabatur mutuo, cum nihilominus quasi ex integra usuræ præstarentur. De quo in sequenti libro plura. Usitatissima hæc usuræ ratio hodieque est in oriente toto, & olim fuit apud Romanos Græcosque, neque nunc incognita nostris fœneratoribus, ut in altero libro dicturus sum. Vix tamen puto, eam proprie esse quæ *neschec* Hebraice dicitur, cum omnem usuram sic vocent. Sed nec tam signanter tot locis *neschec* & *tarbit* distinguerentur, dum junctim simul ponuntur, nisi discrimen inter eas voces aliquod esset. Quid si *neschech* pecuniæ est usura, *tarbit* autem cujuslibet rei alterius, ut omnium specierum, hoc est, frugum liquidarum aridarumque? Ita certe videtur. Atque ita sensit Hieronymus in commentariis ad XVIII Ezechielis, ubi *neschech* pro usura pecuniæ accepit, *tarbit*, id est, superabundantiam, pro specierum fœnore. *Sequitur*, inquit, *in tertiodecimo loco: Et amplius non acceperit*; (in Hebræo est, תרבית.) *Putant quidam, usuram tantum esse in pecunia. Quod prævi-*

videns scriptura divina omnis rei aufert superabundantiam, ut plus nō recipias quam dedisti. Solent in agris frumenti & milii, vini & olei, ceterarumque specierum, usura exigi, sive, ut appellat sermo divinus, abundantia. Verbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. Quod confirmari potest & verbis Levitici cap. XXV, vers. XXXVI, quibus tam *neschech* quam *tarbit*, à fratre accipi vetantur, אל-תקח מאתו נשך ותרבית. *Ne accipias ab eo usuram & abundantiam.* Οὐ λήψῃ παρ' αὐτοῦ τόκον, οὐδὲ πλεονασμόν. Deinde protinus versiculo sequente *neschec* de usura pecuniæ exponit, *tarbit*, sive *marbit*, quod idem est, de usura cibi, hoc est, omnium specierum quæ ad victum pertinent. Sic enim Septuaginta verterunt: Τὸ ἀργύριόν σε οὐ δώσεις αὐτῷ ἐπὶ τόκῳ, καὶ ἐπὶ πλεονασμῷ οὐ δώσεις αὐτῷ τὰ βρώματά σε. In Hebræo est, מרבית, quod idem est cum תרבית. Nam πλεονασμὸν utrumque similiter vertunt Septuaginta. Et hoc plane est quod supra notabamus, significationem gravioris usuræ in voce *tarbit* inesse nobis magis videri, quam in *neschech*, contra quam vulgo placitum videmus viris doctissimis. Nam cum *tarbit* de usura fructuum proprie dicatur, semper majores usuras admissas fuisse in rebus cibi quam in pecunia, in libro sequenti docemus. Ideo *superabundantia* hæc usura appellata, & πλεονασμὸς, cum usura pecuniæ sit *neschech*, à morsu deterente & abrodente sensim facultates debitoris. At *tarbit*, sive superabundantia repente magno incremento adauget substantiam creditoris, tertia parte amplius aut etiam dimidia intra annum supra crediti summam ac mensuram adcrescendo, ut fuit legitima Romanis sub Constantino fructuum usura. Sic Latinis Jurisconsultis *additamentum* & *accessio* de usura fructuum proprie usurpantur, id est, πλεονασμὸς, vel *tarbit*. Alexandro leg. XII Codic.

de uſuris, *acceſſio* appellatur uſura frumenti vel hordei mutuo dati. Philippus leg. XXIII eodem, *additamenta uſurarum* de uſuris fructuum mutuo datorum dixit. De aliis tamen uſuris *acceſſionis* vocabulum paſſim ponitur, ut & Hebræis *tarbit* de quolibet fœnore, qui & *neſchech*, quæ proprie eſt uſura pecuniæ, etiam ad uſuram fructuum & cibi ſignificādam transferunt. Utraque porro uſuræ ſpecies vetita Judæo cum Judæis, & utraque eidem permiſſa cum peregrinis. In Pſalmo XIV: Τὸ ἀργύριον αὐτῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δῶρα ἐπ' ἀθῴοις οὐκ ἔλαβεν. ὁ ποιῶν ταῦτα οὐ σαλευθήσε) εἰς τ αἰῶνα. *Qui non dedit pecuniam ſuam fœnore*, nempe fratri ſuo, id eſt, Iſraëlitæ. Et ſic etiam intelligendum quod habetur apud Ezechielem cap. XVIII: Μετὰ τόκυ ἔδωκε, καὶ πλεονασμὸν ἔλαβε, ὅτ@ ζωῇ ὁ ζήσεται. Qui uſuram accepit pecuniæ, aut ſuperabundantiam ex frugibus à fratre ſuo, quod nefas erat, non autem à peregrino, quod fas. Nec aſſentiendum Hieronymo, qui eo loco vult, uſuram Judæo ab omnibus prohiberi, contra expreſſam permiſſionem peregrino fœnerandi, eidem datam Deuter. XXIII: *Et quomodo dicitur*, inquit, *Fratri tuo non fœnerabis, alieno autem fœnerabis? Sed vide profectum. In principio legis à fratribus tantum fœnus tollitur, in propheta ab omnibus uſura prohibetur, dicente Ezechiele: Pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. Porro in Euangelio virtutis augmentum eſt, præcipiente Domino: Fœneramini his à quibus non ſperatis recipere.* Nec enim credibile eſt, rem à Moſe ex verbo Dei permiſſam, à propheta poſtea fuiſſe interdictam. Praxis ipſa Judæorum ab omni ævo, & ubicunque locorum fuerint, fœnus cum alieno exercentium, oſtendit, aliter eos Prophetæ verba & Pſalmiſtæ eſſe interpretatos. Quod Ezechiel, ut nec David, inter fratrem & peregrinum non diſtinguit, ſed ſimpliciter fœnus exercenti malum à Deo minatur, de eo fœnore intelligi

ligi tantum debere palam eſt quod Deus per Moſem prohibuerat, non de eo quod permiſerat. Hoc porro præceptum de mutuatione gratuita cum Judæo Judæis agitanda Maimonides inter quartæ claſſis præcepta recenſet, quod pertinuit ad miſericordiam inter ſuos potius ac fidei domeſticos quam inter exteros & ignotos exercendam. Hoc enim caritatis officium Græci ipſi Romanique amicis ac parentibus magis quam extraneis præſtare ſoliti, ut gratuito mutuo eos juvarent. Non igitur ut ſocietati contrarium divina hac lege damnatum fœnus liquet, quippe eadem permiſſum ſi cum extraneo res eſſet, ſed ut magis caritati conſentaneum, præcipue quæ caris & fratribus ejuſdem regionis ac religionis hominibus exhibenda eſt, alterum iis injunctum, ut ſine fœnore mutuum darent. Nemo negaverit, & hominem ab homine ſublevari, qui in neceſſitate ſua pecuniam vel rem quamcunque ab aliquo invenit mutuandam, etiamſi præmium pro ea ſolvere debeat. Nec enim dubium eſt, & operam eſſe gratam acceptamque quam quis deſideranti præſtat licet mercede conductam, etſi gratum ſit magis quod gratis fit. Hoc amico datur, illud extraneo. Societati humanæ mercenaria opera paratur, caritati proximi gratuita. Ad humanam ſocietatem, juſque naturale gentium, cum uſura, hoc eſt, mercede mutuum dandum refertur, à quo etiam introductum eſt: ad caritatem proximi quod ſine uſura datur, peculiari jure Judæis præſcriptum. Proximus autem omnis Judæo Judæus. Ideo juſſit eos Deus non aliter inter ſe vivere quam ſi fratres eſſent ex eodem patre. Et revera omnes ab una origine. Neminem voluit indigentem reperiri in eo populo quem ſuis cumularat benedictionibus, quemque ſervituti Ægyptiorum ereptum in terram ſanctam patribus eorum promiſſam inducebat. Quo hoc obtineretur, præcepta omnia eo referenda fuere, ut ſi quis

indigeret, à fratribus ſuis ab illa egeſtate, in quantum fieri poſſet, liberaretur, mutuatione gratuita, reſtitutione pignoris, in vindemia & meſſe ſpicilegio & racematione non facienda, ſed pauperibus relinquenda, inſtitutione anni remiſſionis & anni Jubilæi, & aliis multis quæ peculiariter à Deo huic populo ſuo & peculiariter electo conſtituta fuere. Inter quæ illud de fœnore, quando Judæis quatenus Judæis interdictum fuit, non ad alios qui Iſraëlitæ non ſint, videtur trahendum, præſertim ubi & ipſi, ſi cum aliis mutuatio intercederet, non idem obſervare tenerentur. Nunc ergo de Chriſtianis videndum, an ad eos porrigi debeat & vetiti fœnoris obſervatio. Hoc dici poſſet ſi Chriſtus in Euangelio præceptum illud de fœnore Judæis datum expreſſe vel tacite confirmaſſet, aut Apoſtoli ipſius id feciſſent, vel ſi abſque ulla tali Chriſti aut Apoſtolorum expreſſa confirmatione, quod Judæos olim obligavit, Chriſtianos eo nunc teneri cenſendum foret. Niſi alterutrum ſit, fruſtra ſunt qui laborant nobis probare illicitum eſſe Chriſti religionem profeſſis legitimum fœnus. De primo videamus an ſit. Hoc facillime poteſt. Nam vel ſufficit negare, à Chriſto vel Apoſtolis ejus tale quid de novo circa uſuras cuſtodiri præceptum, quale lex Moſis Judæis ſervandum præcepit. Nullo certe teſtimonio novi Teſtamenti id poſſe oſtendi ſcio, cum plura adferri queant, quibus conſtet, nihil novi ſuper earum prohibitione, quo magis vetarentur, ſanxiſſe dominum ſive per ſe, ſive per Apoſtolos ſuos. Quinimmo cum aliquot aliquando præcepta Moſaica, non ſolum ex Decalogo, ſed etiam alia, ex his præcipue quæ ſpectant proximi dilectionem, in Euangelio non ſolum confirmarit, ſed etiam intenderit, cum de fœnore nihil dixerit, argumento eſt, id non improbaſſe. Ad illud *non mœchaberis*, addidit apud Matthæum cap. v, *immo qui uxorem alterius concupiverit, in corde*

corde ſuo jam eſſe mœchatum. Lege Moſis uxorem dimittere volenti id licitum, modo daret ei libellum repudii. At Dominus vetuit uxorem à quocunque dimitti, niſi ex cauſa ſcortationis, & pro adultero habendum pronuntiavit, qui repudiatam duxiſſet. Dictum fuit in Decalogo, *non pejerabis.* Ne jurare quidem Chriſtus permiſit. In veteri lege talio permiſſa fuit, quæ oculum pro oculo, dentem pro dente exigeret. *Ego vero*, inquit Dominus, *dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Hic locus erat & præcepto de fœnore pariter corroborando & extendendo. Moſes in Deuteronomio ſanxit, fratri non eſſe fœnerandum, ſed extraneo ſub uſura mutuum dandum. Ego vero, dicere tum potuit Chriſtus, ne extraneo quidem vos velim fœnerari. Immo id Chriſtus ibi fecit, ſed alio molo, & in hanc fere ſententiam: Mutuum dare juſſi eſtis fratribus veſtris indigentibus, id recepturi quod dediſtis. At ego vobis dico, debere mutuum dari etiam quod acceperint non reddituris. Nam ibi ſtatim ſubjicit, τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Ergo & inter caritatis officia reponit, ut petenti dare, ita & mutuam roganti pecuniam, commodare, hoc eſt, δανείζειν. Hic αἰτεῖν & δανείζεσθαι differunt. Αἰτεῖ non redditurus quod petit, at δανείζεται, hoc eſt, mutuatur, qui reddendi quod accepit animum habet. Ita Græci αἰτεῖν atque αἰτεῖσθαι diſtinguunt. Αἰτεῖ qui ſibi proprium dari vult, αἰτεῖται, qui commodari tantum rem ſibi cupit. Verſus Menandri hoc diſcrimen egregie ſic indicat:

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.

Haud patinam mutuatus, haud ignem petens.

Grammatici: Αἰτῶ, καὶ αἰτοῦμαι, διαφέρει, τὸ μὲν γὰρ αἰτῶ ἐπὶ τῷ ἅπαξ τι λαβεῖν, καὶ μὴ ἀποδοῦναι, τὸ δ' αἰτοῦμαι ἐπὶ τῷ χρήσασθαι

χρήσασθαι εἰς ἀπόδοσιν. Hoc sensu αἰτεῖσθαι idem est quod δανείζεσθαι de eo qui petit redditurus. Quod verbis Matthæi opponitur τῷ αἰτεῖν, ut διδόναι opponi solet τῷ δανείζειν. Nam δίδωσι, vel dono dat, non repetiturus; δανείζει, hoc est, mutuum dat, recepturus quod dedit. Ita hæc sunt Matthæi explicanda: Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπό σου δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς. *Dona petenti, & ne averseris mutuari à te volentem.* Subjicitur hic versiculus alteri qui præcessit, Καὶ ὅστις σε ἀγγαριεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. *Quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo.* Præcedebat & illud de pallio sponte insuper dimittendo cum quis per vim tunicam auferre vellet. Quæ omnia pertinent ad sanciendum novum illud Domini dictatum de diligendis inimicis, quos lex vetus odio prosequendos monebat, cum solam proximi dilectionem inculcaret. At Dominus etiam nos jubet adversum eum beneficos esse qui nobis malevolens erit. Ita ergo & petenti dare vel donare quod petit præcipit, & mutuari à nobis aliquid cupientem non repellere. At non magnum hoc est, mutuum roganti commodare quod recipias. Nec sane hæc mens est Domini eo loco. Non enim simpliciter ut petēti dandum esse monet, ita & mutuaturo commodandum, sed neminem esse repellendum qui mutuo petit sibi dari. *Et volentem mutuari à te ne averseris.* Hoc est, ne causeris, minime idoneum esse qui mutuum à te petit, sed quicunque à te volet mutuari, noli considerare an possit reddere quod acceperit, vel an nolit. Neminem rejicias quasi defectum facultatibus: quique pignoribus vel sponsoribus datis idonee cavere reddendam pecuniam non queat, vel qui mala voluntate affectus debitum possit inficiari, & solutionem recusare. Lucas in eadem re narranda id ita expressit cap. VI, vers. XXX: Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει. Dixit παντὶ, quod subintelligen-

intelligendum esse apud Matthæum, quæ sequuntur, ostendunt, hoc est, *tam inimico quam amico petenti: quicunque aliquid à te petierit.* Et recte ita Græci interpretati sunt, ut ex Theophylacto colligitur, qui exponit: Κἂν ἐχθρὸς, κἂν φίλος, κἂν ἄπιστος, εἴτε χρήματα ζητεῖ, εἴτε ἄλλην βοήθειαν. Pro illis Matthæi, καὶ τὸν θέλοντα ἀπό σου δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς, habes hæc apud Lucam: καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει. Quæ sententia si recte accipiatur, forte eodem recidit quo verba Matthæi, quæ præcipiunt neminem mutuari volentem esse repudiandum & aversandum. Si contigerit hoc modo, dum neminem repellis, te mutuum dedisse alicui qui solvendo non sit, aut nolit reddere, ne repetas ab illo quæ abs te mutuatus est animo fraudandi. Αἴρειν non est auferre, vel tollere, vel ἀφαιρεῖν, sed sumere ab aliquo, ferre & capere, ut de eo qui mutuum accipit. Αἴρειν ἐκ ταμείου, vel προαίρειν, est, sumere vel promere aliquid de promptuaria cella. Etiam adponere significat & idem quod προσαίρειν. Apud Menandrum notant veteres, αἴρειν τράπεζαν idem esse quod παρατιθέναι. Grammatici προσφέρειν etiam exponunt, ut apud Aristophanem: Αἶρ' αἶρε μάζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ. Id est, πρόσφερε. Suidas αἴρεσθαι προσενέγκασθαι etiam exponit in versu Cratini:

Τὸν σῖτον αἴρεσθ' οὐχ ὕπνου λαχεῖν μέρος.

Id verbi utrumque designat, *ferre ad aliquem, & ferre ab aliquo.* Unde & αἴρεσθαι μισθὸν, *mercedem accipere,* apud Homerum: — καὶ μισθὸν ἄρηται, *Et mercedem ferat.* Apud Clementem in Constitutionibus lib. VII, cap. II, utrumque sic jungitur: Καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει, τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι παρά σου ἀποκλείσῃς τὴν χεῖρα. Quæ quidem verba fateor & alium posse habere sensum, de non repetendo quod sibi quis per vim abstulerit; sed ferre etiam possunt eum quem diximus. Id disertius planiusque paulo post Lucas explicat. Et statim

tim quidem subjungit, si quis diligat à quibus diligitur, nihil eum gratiæ meritum, cum & peccatores idem præstent peccatoribus à quibus diliguntur. Neque si quis benefactori suo vicem rependat, id gratiæ loco sibi apponi postulare posse, cum & iniquis idem sit moris. Deinde infert: Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα. *Si mutuum*, inquit, *dederitis, à quibus speratis vos recepturos, quid gratiæ erit vobis? Nam & peccatoribus peccatores dant mutuum, ut paria recipiant.* Ergo peccatores, hoc est vulgus, non alii solent dare mutuum, nisi à quo sperent debitum posse recipere. Non omni itaq; petenti dant, sed aversantur & excludunt quem vident ob res domi angustas lentum futurum nomen, quia nolunt perdere suum, sed bene volunt collocare. Notabis interim, Dominum, ut inter Judæos loquentem, non de alio mutuo intelligere quam de gratuito, ubi recipiuntur tantum τὰ ἴσα, id est, sors ipsa absque usura & πλεονασμῷ. Nec aliud δανείζειν heic significat quam *mutuum dare absque usura.* Quod etiam Theophylactus ad Matthæum observat loco suprascripto: Δάνεισμα οὐ τὸ σὺν τόκῳ λέγει, ἀλλὰ τὸ ἁπλῶς χρῆσιν, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ νόμῳ χωρὶς τόκου ἐδάνειζον. *Fœnus dicit, non quod datur cum usura, sed simplex mutuum. Quoniam in lege mutuo dabant citra usuram.* Quid ad hæc Dominus? Qui diligendos inimicos voluit, non tantum proximos: qui benefacere malevolentibus suos discipulos jussit, & benedicere maledicentibus, dari quoque mutuum præcipit, etiam non reddituris, cum lex non nisi reddendum caventibus præstari vellet. Hoc est quod per Matthæum dixit: Τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Id est, *Quemcunque à te cupientem mutuari, etiam ad solvendum non idoneum, aversari noli.* Quod plenius Lucas, ubi rem eamdem exposuit, his verbis

verbis exequutus est: Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. *Et mutuum date, nihil inde sperantes.* Hoc est, etiamsi nihil ab eo vos recepturos sperabitis cui mutuum dederitis. Facite ergo aliquid plus quam peccatores solent, qui nolunt cuiquam mutuum dare nisi ea spe ut recipiant τὰ ἴσα. Vos æquo animo ad mutuum dandum cuicunque accedite, etiam citra spem sortis recuperandæ. Hæc omnino vera est illius loci interpretatio, nec alia quærenda est. Μηδὲν ἀπελπίζοντες, id est, μηδὲν ἐλπίζοντες ἀπ' αὐτοῦ, nihil ab eo, cui mutuum dederitis, sperantes recipere. Sic ἀπέχειν est ἔχειν ἀπό τινος, *habere ab aliquo, accipere*, ut ad locum ipsum pluribus sumus dicturi. Hæc Domini verba jugulum usuræ petere, non nemo ex veteribus patribus & ex recentioribus Theologis existimavit. Tertullianus inter antiquiores, ne alios nominem, in hac fuit sententia, vetitam usuram Hebræis fuisse, Christum autem ne de crediti quidem summa suos esse voluisse sollicitos cum crederent. Præceptum Mosaicum de usura non accipienda præludium quasi fuisse voluntatis Dominicæ de sorte perdenda, qui jusserit etiam dari mutuum his à quibus nihil se recepturos sperarent. Ita enim scribit lib. IV adversus Marcionem: *Heic nunc de fœnore cum interponit, & si fœneraveritis à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis? Percurre sequentia de eodem viro justo. Pecuniam, inquit, suam fœnore non dedit, &, quod abundaverit, non sumet: fœnoris scilicet redundantiam, quod est usura. Prius igitur fuit ut fructum fœnoris eradicaret, quo facilius assuefaceret hominem ipsi quoque fœnori, si forte perdendo, cujus fructum didicisset amittere. Hanc etenim dicimus operam legis fuisse procurantis Euangelio. Quorumdam tunc fidem paulatim ad perfectum disciplinæ Christianæ nitorem, primis quibusque præceptis balbutientis adhuc benignitatis informabat.*

Hæc

Hæc summa est Tertulliani sententiæ suprascriptis verbis comprehensæ, mutuationem in lege usura caruisse, cum salvum mutuum semper ad dantem rediret, in Euangelio perfectiore disciplina imbutos Christi discipulos posse & ipsam sortem crediti, si usus sit, amittere, nedum aliquid in mutuando requirant ultra summam capitis sibi reddi. *Fœnus*, ut jam ante observavimus, pro ipsa credita pecunia posuit, & pro ipso mutuo gratuito. Ita & vulgaris interpres accepit apud Lucam, cum vertit: *Et peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia.* Καὶ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσιν τὰ ἴσα. Hæc fœneratio quæ recipit tantum τὰ ἴσα, prorsus est sine usura, & accipi proinde debet pro simplici mutui datione. Basilius porro inter Græcos Domini sermonem in Matthæo contra usuram facere interpretatus est, & componit eum cum præcepto Mosaico, τὸ ἀργύριόν σου οὐ δώσεις ἐπὶ τόκῳ, ut doceat, tam veteri lege, quam nova, usuras prohiberi: Μήτε τὸν θέλοντα δανείσασθαι ἀποστραφῇς, καὶ τὸ ἀργύριόν σου οὐ δώσεις ἐπὶ τόκῳ. ἵνα ἐκ παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης τὰ συμφέροντα διδαχθῇς, μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος πρὸς θεὸν ἀπίῃς ἐκεῖ τοὺς τόκους τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀπολημψόμενος. Usuram quasi mercedem bonorum operum, quæ in terra fecerimus, in cælo apud Deum nos recepturos affirmat, quam pro beneficio pecuniæ mutuo datæ heic exigere non debemus. Certe ut apud Lucam concepta sunt Dominici præcepti verba, longe etiam magis usurarum latus transverberant. Nam qui de perdenda crediti summa laborare vetatur, quis credat ei concedi pactiones pro credito usurarias facere? Longe est ab eo qui nihil speraturus de sorte etiam egentissimis credere jubetur, ut ultro paciscatur aliquid ultra sortem sibi reddi, de qua melius & præcepto convenientius periclitaretur. Illud quidem certum est, Dominum non de alio mutuo loqui quam quod Judæis permissum lege fuit, Judæo

Judæo daturis mutuum. Cui præcepto ad pleniorem disciplinæ perfectionem hoc de suo velut auctarium mensuræ addidit, ut etiam non reddituris τὰ ἴσα mutuum credatur, quomodo & aliis firmandis, ut districtior eorum esset observatio, majori ea severitate constrinxit. Etenim qui in difficilioribus regulam tenet, in facilioribus rarius excidit. Qui potest libenter, mutuo quod dedit, perdere, dum lucro apponit si id servet, aliquid plus vix sibi sperare permittit, & usuris tanto libentius ut careat à se impetrat. Verum enimvero, recte pensitata re, & ex omnibus calculis bene subducta ratione, non magis fœnerationi adversari Dominicum illud dictum reperietur, quam venditioni quod in eodem versiculo dixit, dandum esse omni petenti. Petitor, de quo Dominus intellexit, non redditurus petit, & ille dator, quem designat, non repetiturus dat. Ex vi itaque hujus mandati nemini liceret vendere id quod habet, sed teneretur donare. Nullus artifex artem suam venditaret, nemo operarius, ob operam, mercedem posceret, mercatores nulli esse deberent, quia emunt ut vendant. Petenti cuilibet, panem sine pretio pistor dare necesse haberet, vinum gratis præbere omnibus copo, agricola frumentum urbanis gratuitum admetiri, nummularius pecuniam requirentibus adnumerare sine permutatione. Præterea legibus injuriam persequenti imputaretur quod in maxilla percussus alteram non ultro obtulisset percutiendam. Raptum sibi pallium in jure conquerenti objiceretur à judice quod super tunicam pallio quoque non cessisset. Cupita oculis tenus mulieris forma pro adulterio plecteretur. Juramentum quodlibet perjurii nomen & pœnam subiret. Hæc omnia certe eodem spectant, quæ si ad solam usuræ prohibitionem valent, in ceteris irrita sunt, censura veniam corvis dabit ut merulas æque nigros vexet. Cur enim mercaturam patietur

 esse

esse ἡ πολιτεία quæ fœneratores non tolerabit? Tantum abest ut petenti dent quod habent, ut, quod hac ipsa hora vili emerint, è vestigio vicino suo non dubitent, si queant, vendere pretio longe majore. Hæc eorum ars est, hæc vita est. An caritatem proximi sic minus offendere existimandi sunt quam fœnerator, qui ob usum pecuniæ suæ, quamdiu ea caret, interusurii nomine mercedem à volente pactus fuerit?

CAP. XXI.

Christum adventu suo nihil mutari voluisse in ejus reipublicæ regimine sub qua nasci voluit. Regiminis politici partem facere usurarii mutui contractus. Si in orbe Romano ii liciti ante Christum, Christi adventu non illicitos esse factos. Christum, cum ad Judæos loqueretur, mutui gratuiti mentionem tantum facere solitum. In parabolis, quas cum discipulis habebat quos ad gentes erat missurus, fœnus non improbavit. Βαλεῖν ἀργύριον τραπεζίταις *quomodo intelligendum. An illi à Domino damnati ac proinde ab republica Christiana exterminandi quia eorum mensas everterit. Negotiatores similiter ejiciendos fore è republ. quia & Christus eos simul è templo cum nummulariis ejecit. Quomodo id accipiendum, utrum allegorice, an ad litteram. Si allegorice, ad solos Ecclesiasticos pertinere prohibitionem fœnoris & omnis negotiationis. Apostolicis Canonibus soli Episcopi & presbyteri fœnerari vetantur. An illi canones Apostolorum genuini. Concilium Nicænum solis Clericis fœnus interdixisse, item Laodicenum, item Carthaginense & Arelatense. Paulus* ἀφιλάργυρον *Episcopum debere esse præcipit, Diaconum* αὐχροκερδῆ *esse vetat. Quomodo hæc intelligenda. Quid sit* πραγματεία, *in verbis Pauli. Negotiatio omnis etiam Episcopis Diaconisque prohibita.*

Cur à veteribus Canonistis nulla fœnerantibus indicta publica pœnitentia. Avaritia omnium malorum radix & mater. Primi Christiani Apostolorum tempore in Ecclesia Hierosolymitana bonis in medium datis in commune vivebant. Alia instituta & aliam vitam fuisse Ecclesiæ sub persecutione positæ, & pacificæ. Quod dominus circa habitum victumque Apostolis suis præscripsit, non omnibus fidelibus de plebe injuncta videri. In omnibus sectis extitisse qui austerius ceteris vixerint. De differentia apud Theologos Græcos σαρκικῶν, ψυχικῶν, & πνευματικῶν. *Apud philosophos gentilium totidem genera hominum describi. In prima classe ponendi improbi fœneratores &* μισοπῶλαι. *Secunda, qui mercaturam & fœnus agitant ex legum præscripto. In tertia nullos inveniri neque negotiatores, neque fœneratores. Ad spiritales solos pertinere Dominica præcepta de bonis vendendis, & alia austeriora. Spiritales nec fœnore dare, nec accipere. Patres veteres etiam reddendam cum mutuo usuram, si quis possit, præcipere. Non posse omnes esse spiritales, sed nec debere. Aliam & majorem exigi virtutem ab Episcopis quam à plebeiis, à duce quam à militibus. Vt diversæ in cælo mansiones, ita in terra diversæ viæ ad beatam vitam ferentes, & diversi gradus eo tendentium. Episcopi in primitiva Ecclesia, presbyterique, habitu victuque austeriore quam ceteri. Vix potuisse fœnus interdici plebi, ut nec negotiationes artesque quæstuarias. Ideo solis presbyteris & Episcopis hæc interdicta. Cur posteriores pontifices contra antiquorum conciliorum auctoritatem eam prohibitionem ad Laicos etiam extenderint. Quia non vetita à Christo usura, nec ab Apostolis, ideo fœnerantibus nulla in Ecclesia prisca irrogata pœnitentia. Mitiores fuisse criminum pœnas Ecclesiasticas quam politicas. Fœnoris*

modum excedentis pœnam quadruplum jure civili fuisse, at legitimi nullam. Non ad Ecclesiam pertinere, leges de vetandis usuris sancire quæ jure civili licitæ sint, præcipue quas expresso verbi divini mandato vetitas esse non liqueat. Quæ patres adversum fœnus in scriptis suis declamitant, non derogare veterum conciliorum sanctionibus quæ eas plebi permittunt. Christianos imperatores omnes, excepto Basilio, eas permisisse. Leonem ejus filium coactum easdem restituere multis de causis. Quæ causa pontifices Romanos adegerit exæquare Laicos clericis in usuræ interdictione. Ante Nicænum concilium etiam Episcopi fœnerari soliti. Patres ejusdem concilii in vetanda Clericis usura non alia auctoritate uti nisi veteris testamenti. Regulam fuisse generalem, permissionem fœnoris Iudæis cum gentibus ceteris datam, exceptionem à regula, quod suis vetiti fœnerari. Vt Iudæus omni Iudæo frater, ita & Christianus Christiano. Vnde illa appellatio inter Christianos. Tertullianus explicatus, qui omnia inter Christianos sui temporis præter uxores indiscreta esse dixit. Non omnia inter eos fuisse communia, bonis in medium collatis. De collectis ipsorum, & arca honoraria. Communionem bonorum in Ecclesia tantum Hierosolymitana fuisse usurpatam. De sectatoribus Pythagoræ, qui omnia inter se communia habuerunt. Eam κοινωνίαν improbatam Epicuro, quia diffidentiam testaretur, quæ nulla inter amicos esse debet. Hoc communionis genus etiam probatum veteribus Christianis. Christiani nec negotiatores olim, nec mercatores, sed suarum duntaxat artium & opificiorum venditores. Tertullianus correctus, & expositus. Quales fuere sub persecutionibus, & quales post pacem Ecclesiis universis redditam, orbemque factum Christianum. Cur tam diversi hi ab illis. Primi Christiani pro fratribus omnes

omnes homines habuere. Arnobius emendatus. In orbe Christiano non posse obtineri, tot in gentes diviso, lingua & moribus diversas, ut fraternum nomen cum re ipsa invalescat. Vbi mercatura admissa, ceteræque negotiationes quæstuosæ, non posse inde fœnus exulare. Vbi bella justa habentur, nec fœnus injustum haberi inter Christianos debere. An verum sit, ubi jus belli sit, ibi jus usuræ esse. De utilitate & necessitate fœnoris multa disputata. Muhammedi cur vetitum. Ab omni ævo mercatores Arabes fuisse. An & fœneratores. Aliæ sectæ Arabum usuram etiam vetuerunt. Ipse Muhammed, in rebus ad victum necessariis, eam admisisse quæ pondere & mensura non constarent. Si fœnus malum sit, malum esse necessarium. Alia multa.

PErsequamur quæ in superiori capite præstruximus, & adstruere jam cœpimus. Ut id facilius fiat, altius paulo res arcessenda est. Sic enim melius constabit quam pravo præjudicio damnentur usuræ, quasi à Christo vetitæ & proinde in republica Christiana non permittendæ. Servator noster, ad redemptionem generis humani venturus, carnem humanam assumere eo tempore voluit, quo Judæa suis non amplius regibus neque legibus in civilibus parebat, sed imperio gentilium erat subjecta. Gentes porro ut servaret, venisse eum certum est, non solum Judæos, sed & gentes magis quam Judæos. Cum adveniisset igitur, atque innotescere cœpisset, homines ad salutem & regni cœlestis acquisitionem invitans, statim professus est, regnum suum non esse ex hoc mundo. Quo dicto maxime testatus est, nihil se immutatum velle in ea reipublicæ ac regiminis forma sub qua naturam induere humanam dignatus est. Pluribus deinde ac certioribus argumentis & signis id ostendit, dum, quæ Cæsaris sunt,

Cæsari reddenda præcipit, dum censum & ipse solvit, & à suis solvi jubet, dum magistratui parere omnes ac subjici debere per apostolos suos pronuntiat. In quibus omnibus longe maxima pars & portio politiæ consistit. Eam igitur cum in majoribus convellere noluisse eum satis constet, nec in minoribus quicquam ei detractum voluisse censendum est. Etenim cum legibus imperii Romani ex naturæ suæ humanæ conditione obnoxius sit natus, vimque illarum legum & auctoritatem vel morte sua crucisque supplicio sancire non refugerit, nihil in ea parte, quæ civilem administrationem attinet, innovandum censuisse, credendus est. Ita ergo omnia, sicut ante adventum ejus agi gerique solebant, ex legum jurisque civilis præscripto agenda ac gerenda reliquit, circa mercaturam, negotiationes omne genus, artium quæstuariarum professiones, commercia, contractus, obligationes, & alia hujusmodi, sine quibus vita humana ac civilis non constat. In his locum habere & rerum permutationes, venditiones, emptiones, mutuationes tam gratuitas quam fœnebres, nullum est dubium. Illud magis proprie in quæstione de orbe Romano, an, postquam ex gentilitate Christianitatem cœpit profiteri, aliis legibus aliisque moribus, quam quibus antea utebatur, quantum ad regimen attinet politicum, debuerit uti, & an aliis usus sit. Nam certe si Resp. Romana non alias leges accepit, nec alias consuetudines post fidei acceptum sacramentum, Christiana ex gentili facta, nec circa usuras quicquam demutari in ea regenda debuit, ut neque quicquam mutatum est super mercatura & aliis artibus professionibusque quæstuariis. Quod si porro in generali administratione post orbis ad fidem conversionem nihil innovatum est circa hæc quæ diximus, nec circa singulorum professiones & actiones aliquid innovandum fuisse patet, quin, quæ antea licitæ erant gentilibus, Christianis postea factis manserint licitæ. Si hoc enim poneretur, ut fœnerator post fidem Christi acceptam fœnerationi renunciare deberet, negotiator negotiationi suæ, & artis quæstuosæ professor artificio suo; consequeretur inde, & in orbe Christiano nullos mercatores esse admittēdos, nullos artifices, & nullos fœneratores. Quæ tria ut junxit Aristoteles ad χρηματιστικὸν omnem comprehendendam, ita licita ante Christi adventum in Imperio Romano semper fuisse certum est, nec vetita fuisse postquam ad religionem conversus fuit orbis. Verum quomodo hæc stare possint cum abnegatione sui & mundi fuga & odio, divitiarumque contemptu quæ Dominus suis sectatoribus mandavit, in sequentibus explicabitur. Nunc videndum est, an legitimas usuras quæ ante Christum in imperio licitæ fuerant, illicitas suo adventu Christus fecerit. Atqui id non est verisimile, nisi nobis liqueat expresse verbi ejus mandato fuisse vetitas. Quod cum nullo possit testimonio probari, & contrarium ex his, quæ ante diximus, appareat, hæc assertio nostra magis magisq; inde confirmanda est, Christum non vetuisse usuras. Certe in Euangelio, cum ad Judæos loquitur, & præcepta iis dat, non alterius mutui mentionem facit, quam gratuiti, quale fuit Judæis inter se usitatum, in quo πὰρ ἴσον tantum recipiuntur, ut Lucæ VI. Alibi vero ubi privatim cum discipulis sermonem habet, quos ad gentes mittebat, quibus usuræ, jure quo utebantur, erant permissæ, in parabola ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον λαβόντων, sub domini persona servum eum laudat qui domini pecuniam fœnore exercuerat, & ex quinque talentis decem confecerat, forte duplicata. Alterum vero, qui talentum à Domino acceptum defoderat, & sterile retulerat, servi nequam nomine increpat. Ἔδει οὖν σε βαλεῖν, inquit, τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. *Oportebat te meam pecuniam*

niam collocare trapezitis, & ego veniens eam recepissem cum usura. Ita illud βαλεῖν vertendum erat, id est, *collocare argentariis*, vel, *ponere apud argentarios*, non *committere*, ut interpretes. Βαλεῖν ex idiotismo illius ævi idem quod *ponere*, vel *locare*, quo sensu & *mittere* sequior Latinitas dixit. Βαλεῖν θεμέλια, *ponere fundamenta*, etiam melior Græcia novit. Quo sensu & βαλεῖν ἀργύριον dici posse, ex his quæ supra notavimus capite VII, constat. Hi τραπεζίται publici fuere fœneratores, ut sunt in Hollandiæ urbibus *Longobardi* appellati, apud quos pecunia fœnore ponebatur, qui otiosam domi manere in arca nollent, & à quibus qui mutuaticia opus habebant sumpta, sumere solebant. Horum mensas evertisse dicitur Christus cum in templo sedentes eos deprehendisset, & pecuniam, quæ in his erat exposita, effudisse. Quo argumento statim evincere volent qui fœnori sunt iniquiores, à Domino id esse damnatum. Quod frustra volent. Hi in locis publicis, ut in basilicis, in foro, in templorum porticibus, mensas suas habere consueverant, & patere omnibus, qui mutuum ipsis sub usura dare aut ab iisdem accipere erant parati, præter nummorum cum nummis permutationē, quam etiam exercebant. Non aliam causam inde eos ejiciendi videtur Dominus noster habuisse, quam quod in loco sancto & orationi destinato sederent. Nam cum hoc dicto eos expulit: Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ποιεῖτε σπήλαιον λῃστῶν. Ubi & fœneratores cum latronibus comparat, sed nec minus mercatores, ementes ac vendentes, quos etiam simul cum fœneratoribus inde ejecit. Καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε. Si ad litteram hæc accipiuntur, ut certe debent, non dicendum, noluisse Christum esse omnino nummularios, sive fœneratores, nec mercatores, sed in loco tali eos versari & quæstum exercere

exercere non pati potuisse. E templo quidem eos exire jussit, quia domus est orationis, non, ut forum, locus nundinationis ac fœnerationis. In foro autem aut alio quolibet orbis loco deprehensos non ita acceptus illos fuit. Si vero allegorice id accipitur, quia de templo tantum ut facesserent imperavit, non è civitate, solis templi ministris interdictum fœnus omnemque negotiationem, verissima interpretatione inde colligere licebit & concludere. Et sane non aliis quam Episcopis presbyterisque primitiva Ecclesia & temporibus Apostolorum propior usuras esse vetandas censuit. Quinimmo vel ipsi Apostoli, si modo eorum Canones sunt qui hoc nomen inscriptum præferunt, non aliter judicarunt. Ut germanos esse non præsto, ita possum vetustissimos asserere. Theodoretus Cyrri Episcopus in Canonum compilatione ἀνεκδότῳ pro geminis agnovit. Si non omnes sunt Apostolici, quosdam forte esse existimari potest. Intra eorum numerum, qui legitimi à quibusdam habentur, Canon est XLIV, qui sic sanxit: Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. Non esse tamē Apostolicum, discretio ordinis episcopalis & presbyterici, Apostolis incognita, facile probat. Quodcunque sit, ad Laicos fœnoris prohibitio non extenditur hoc canone, ut nec in definitione XVII Concilii Nicæni, quæ solos, τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους, id est, clericos, centesimas exigere & sesquicentesimas à suis debitoribus vetat, aut omnino aliquid tale comminisci turpis lucri gratia, nisi deponi velint. Ἑκατοστὰς καὶ ἡμιολίας. Eæ usuræ fuere tunc temporis legitimæ, ut in sequenti libro dicemus. Laodicena Synodus Nicena posterior idem etiam constituit, decreto IV περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς ἱερατικοὺς δανείζειν, καὶ τόκους τοὺς λεγομένους ἡμιολίας λαμβάνειν. Hæ sunt usuræ sesquicentesimæ, illo ævo lege permissæ, quas solis in ordinem allectis

ſacrumEccleſia decrevit eſſe inconceſſas.SextaSynodus inTrullo idem'quoq; ſanxit circaClericos,iiſdem fere verbis quibus Canon Apoſtolorum ſupra ſcriptus. Laicis non idem onus impoſitum, quale & Clericis Codex Eccleſiæ Africanæ imponit, ſed ſolis, ut abſtineant ab uſuris, Canon.XVI: *Item placuit, ut clericus, ſi commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat: ſi ſpeciem, eamdem ſpeciem, quantam dederit, accipiat.* Quod quantum dederit, accipere tantumdem modo jubetur, tam in pecunia, quam in alia ſpecie quacunq;, uſuram excludit, nec Laicos eadem prohibitione includit quos non nominat.Ejuſdem collationis Canon V ſolos Clericos arcet à fœnore,non etiam Laicos: *Avaritiæ cupiditas, quam rerum omnium malarum matrem eſſe, nemo qui dubitet, proinde inhibenda eſt, ne quis alienos fines uſurpet, aut per præmium terminos patrũ ſtatutos tranſcendat, nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet re fœnus accipere.* In fine decreti, quod in Laicis reprehendendum eſt, in clericis damnari oportere dicunt patres Carthaginenſes: *Proinde quod in Laicis reprehenditur, id multo magis debet in Clericis prædamnari.* In Laicis reprehenſionem tantum mereri ajunt,non damnationem, ἐπιλήψιμον eſſe,non καθαιρέσιμον, τόκον. Certe & gentilium philoſophi uſuram ἐπονείδιστον καὶ μισητὸν χρηματισμὸν, tametſi admittendum cenſeant, eſſe pronuntiarunt,*inviſum & inhoneſtum quæſtum.* Quod præcipue in illam fœnerationem convenit, quæ modo caret, & finem non alium ſibi proponit niſi lucrum ſine fine. Non propterea tamen in Laicis condemnata eſt,ut in Laicis. Arelatenſe quoque concilium primum Nicæno æquale, *Miniſtros, qui fœnerantur, juxta formam divinitus datam à cõmunione* ſanxit *abſtinere.* Negotiatio & mercatura non minus his interdicta à veteribus conciliis quam fœneratio, cum tamen mercaturam in ordine Laico nulla unquam

quam damnaverit Synodus. Canon III Synodi Chalcedonenſis edicit, ne Epiſcopi & alii de clero aliena prædia conducant, aut ſe immiſceant negotiis ſæcularibus, aut patrimoniorum adminiſtrationes ſuſcipiant. Ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία συνόδος, μὴ ἐπίσκοπον, μὴ κληρικὸν, μὴ μονάζοντα ἢ μισθώσεις κλήματα, ἢ πραγματείαν, ἢ ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν ταῖς οἰκονομικαῖς διοικήσεσιν. Codicis Eccleſiæ Africanæ Canon XVI, non ab uſuris debere tantum abſtinere ſancit Epiſcopos, presbyteros, & diaconos,ſed etiam vetat eſſe conductores,aut procuratores,aut illa negotiatione turpi victum quærere.Gelaſius Papa, ad Epiſcopos Lucaniæ & Siciliæ ſcribens, clericos monet, *ut in quocunque gradu poſiti ſint,noverint, ab indignis quæſtibus abſtinendum, & ab omni cujuſlibet negotiationis ingenio.* Paulus ipſe in Epiſtola ad Timotheum I, cap.III, Epiſcopum præcipit oportere eſſe ἀφιλάργυρον, & diaconos non debere eſſe αἰσχροκερδεῖς. Vetuſtiſſima quippe exemplaria in Epiſcopi admonitione qualis eſſe debeat, vocem αἰσχροκερδὴς non habent. Inde ſequitur, ut, qui ἀφιλάργυρος eſt & pecuniæ cupiditate non tenetur, nullum omnino genus quæſtus affectare debeat, etſi honeſtioris,ex quo videri queat avidus & avarus. Hoc ergo in Epiſcopo,eodemque tunc & presbytero,monet Apoſtolus, ut ne honeſtam quidem lucri faciendi rationem captet. At diaconos ſecundi illa ætate gradus in Eccleſia miniſtros ſatis habet inſtruere, ut ne ſint αἰσχροκερδεῖς, hoc eſt, turpis lucri cupidi. Lucroſa ergo omnis negotiatio Epiſcopum non decet quem ἀφιλάργυρον eſſe oportet. Turpis & inhoneſta diaconum dedecet. Clarius idem Paulus in II ad Timoth. cap.II Miniſtros Eccleſiæ, ut veros Chriſti milites ab omni ſæculari negotiatione, cohibet prohibetque. Οὐδεὶς, inquit, στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ubi πραγματεῖαι fortaſſe non ſunt negotia quælibet, vel occupa-

ſacrum Eccleſia decrevit eſſe inconceſſas. Sexta Synodus in Trullo idem quoq; ſanxit circa Clericos, iiſdem fere verbis quibus Canon Apoſtolorum ſupra ſcriptus. Laicis non idem onus impoſitum, quale & Clericis Codex Eccleſiæ Africanæ imponit, ſed ſolis, ut abſtineant ab uſuris, Canon. XVI: *Item placuit, ut clericus, ſi commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat: ſi ſpeciem, eamdem ſpeciem, quantam dederit, accipiat.* Quod quantum dederit, accipere tantumdem modo jubetur, tam in pecunia, quam in alia ſpecie quacunq;, uſuram excludit, nec Laicos eadem prohibitione includit quos non nominat. Ejuſdem collationis Canon V ſolos Clericos arcet à fœnore, non etiam Laicos: *Avaritiæ cupiditas, quam rerum omnium malarum matrem eſſe, nemo qui dubitet, proinde inhibenda eſt, ne quis alienos fines uſurpet, aut per præmium terminos patrũ ſtatutos tranſcendat, nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet re fœnus accipere.* In fine decreti, quod in Laicis reprehendendum eſt, in clericis damnari oportere dicunt patres Carthaginenſes: *Proinde quod in Laicis reprehenditur, id multo magis debet in Clericis prædamnari.* In Laicis reprehenſionem tantum mereri ajunt, non damnationem, ἐπιλήψιμον eſſe, non κατακρίσιμον, τόκον. Certe & gentilium philoſophi uſuram ἐπονείδιστον καὶ μισητὸν χρηματισμὸν, tametſi admittendum cenſeant, eſſe pronuntiarunt, *inviſum & inhoneſtum quæſtum.* Quod præcipue in illam fœnerationem convenit, quæ modo caret, & finem non alium ſibi proponit niſi lucrum ſine fine. Non propterea tamen in Laicis condemnata eſt, ut in Laicis. Arelatenſe quoque concilium primum Nicæno æquale, *Miniſtros, qui fœnerantur, juxta formam divinitus datam à cõmunione* ſanxit *abſtinere.* Negotiatio & mercatura non minus his interdicta à veteribus conciliis quam fœneratio, cum tamen mercaturam in ordine Laico nulla unquam

quam damnaverit Synodus. Canon III Synodi Chalcedonenſis edicit, ne Epiſcopi & alii de clero aliena prædia conducant, aut ſe immiſceant negotiis ſæcularibus, aut patrimoniorum adminiſtrationes ſuſcipiant. Ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, μὴ ἐπίσκοπον, μὴ κληρικὸν, μὴ μονάζοντα ἢ μισθοῦσθαι κτήματα, ἢ πράγματα, ἢ ἐπεισάγειν ἑαυτὸν κοσμικαῖς διοικήσεσιν. Codicis Eccleſiæ Africanæ Canon XVI, non ab uſuris debere tantum abſtinere ſancit Epiſcopos, presbyteros, & diaconos, ſed etiam vetat eſſe conductores, aut procuratores, aut illa negotiatione turpi victum quærere. Gelaſius Papa, ad Epiſcopos Lucaniæ & Siciliæ ſcribens, clericos monet, *ut in quocunque gradu poſiti ſint, noverint, ab indignis quæſtibus abſtinendum, & ab omni cujuſlibet negotiationis ingenio.* Paulus ipſe in Epiſtola ad Timotheum I, cap. III, Epiſcopum præcipit oportere eſſe ἀφιλάργυρον, & diaconos non debere eſſe αἰσχροκερδεῖς. Vetuſtiſſima quippe exemplaria in Epiſcopi admonitione qualis eſſe debeat, vocem αἰσχροκερδὴς non habent. Inde ſequitur, ut, qui ἀφιλάργυρος eſt & pecuniæ cupiditate non tenetur, nullum omnino genus quæſtus affectare debeat, etſi honeſtioris, ex quo videri queat avidus & avarus. Hoc ergo in Epiſcopo, eodemque tunc & presbytero, monet Apoſtolus, ut ne honeſtam quidem lucri faciendi rationem captet. At diaconos ſecundi illa ætate gradus in Eccleſia miniſtros ſatis habet inſtruere, ut ne ſint αἰσχροκερδεῖς, hoc eſt, turpis lucri cupidi. Lucroſa ergo omnis negotiatio Epiſcopum non decet quem ἀφιλάργυρον eſſe oportet. Turpis & inhoneſta diaconum dedecet. Clarius idem Paulus in II ad Timoth. cap. II Miniſtros Eccleſiæ, ut veros Chriſti milites ab omni ſæculari negotiatione, cohibet prohibetque. Οὐδεὶς, inquit, στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ubi πραγματεῖαι fortaſſe non ſunt negotia quælibet, vel occupa-

occupationes ſæculares, ſed mercaturæ ſive negotiationes. Nam Græcis πραγματεία id etiam ſignificat. Quod ſexcentis ſi liberet auctorum teſtimoniis liceret confirmare. Gloſſæ veteres: *Negotiatio*, πραγματεία. Aliæ Græco-Latinæ: πραγματεία, *negotiatio, nundinatio*. Inde πραγματευτὴς, *negotiator, mercator*, μεταβολος, μεταπράτης Græcis, & κάπηλος. De milite loquitur, cui legibus militiæ non licuit negotiari. Lex enim militaris fuit, οἱ στρατιῶται μήτε γεωργίαις ἀποσχολείσθωσαν, ἢ ἐμπορίαις, μήτε πολιτικὴν φροντίδα εἰς ἑαυτοὺς λαμβανέτωσαν, ἢ τῆς στρατείας καὶ τῶν στρατιωτικῶν προνομίων ἐκβάλλοντ). Immo ut multorum canonum ſanctionibus conſtitutum eſt, ut ne Epiſcopi, presbyteri & Diaconi conductores ſint, aut procuratores, vel adminiſtratores alienorum bonorum, nec fidejuſſores, idem etiam militibus interdictum olim fuiſſe legimus: Οἱ στρατιῶται οὔτε διοικηταὶ, οὔτε μισθωτοὶ, οὔτε ἐγγυηταὶ ἀλλοτρίων πραγμάτων γίνονται. Proinde & πραγματεία hic accipi etiam poſſet apud Apoſtolum de negotioſa, laborioſa & actioſa quacunque ſollicitudine, ut certum eſt, eam vocem apud Græcos uſurpari. Sed quocunque tandem modo ſumatur ſpecialiter de negotiatione mercimoniorum, aut generalius de omni occupatione, βίον vocat Apoſtolus aliorum hominum vitam, quos à militibus diſtinguit. Sic privati, pagani, paſſim de ceterorum hominum vulgo, qui à militibus diſcernebantur. Militaris itaque vita diverſa ac diſtincta à communi, quæ βίος Græce appellatur, Latine *ſæculum, mundus, vita*. *Negotium* porro etiam pro negotiatione ſive καπηλείᾳ, ut apud Melam de Ægyptiis: *Forum ac negotia fœminæ, viri penſa ac domos curant*. Ubi negotia ſunt αἱ καπηλεῖαι, αἱ πραγματεῖαι. Ita & in Canone XVI Codicis Africani: *Placuit, ut Epiſcopi, presbyteri, Diaconi, non ſint conductores, aut procuratores, neque ullo turpi negotio & inhoneſto victum quærant*. Τῇ πραγμα-

πραγματείᾳ, τῇ καπηλείᾳ ἐπονειδίστῳ. Quam hujus vocis notionem alibi pluribus confirmamus. Ut ſoli igitur olim Eccleſiæ miniſtri & paſtores ab negotiatione omni arcebantur, & ſpeciatim uſura, quæ ſpecies eſt negotiationis, atque ita etiam vocata eſt, nunc etiam quæſtuoſum omne negotium iis interdici qui Eccleſiæ curam gerunt, ſummopere probarem. Avaritia quemlibet è grege Chriſti non decet, multo minus deceat paſtorem, qui ceteris præire exemplo debet. Quo enim ore increpabit avaros, ac redarguet, qui aliquam ejuſmodi artem pertractabit ad quæſtum & lucrum lata via pergentem? Viæ, quæ eo tendunt, maxime compendiariæ ſunt, fœneratio, & mercatura. Nec minus hæc, quam illa Clericis prohibita, Laicis etiam Chriſtianis utraque permiſſa, cum tamen exceſſus in utravis in his quoque damnandus ſit. Exceſſus ille avaritia eſt, in quem facile deflectunt omnes profeſſiones quæſtuoſæ, ſed illæ duæ præcipue. Hinc toties & tam acerbe in eos declamitant Eccleſiæ veteris patres Græci ac Latini, & magis quidem adverſus fœnerationem, quia hæc in exceſſum & avaritiam pronior ac declivior, quam mercaturæ. Canoniſtæ antiqui Græci, quærentibus cur avaritiæ, quæ mater eſt & radix omnium malorum à Paulo merito nuncupatur, nulla pœna ab Eccleſia, nulla pœnitentia publice agenda eſſet propoſita, reſpondent, ei malo mederi poſſe conciones quæ in Eccleſia ad populum haberentur. Nec igitur apud illos inter vetita fœnus, ut nec mercatura, niſi ſolis miniſtris, quibus ἡ καθαίρεσις indicta, ſi alterutrum pertractarent. Inde eſt, quod nec unquam legimus quemquam publice olim in Eccleſia primitiva pro fœnoris exceſſu, pro monopolio, nedum pro ſimplici fœnore, vel licita mercatura, pœnitentiam egiſſe, & exomologeſim feciſſe. Sane nec in Epiſtolis Canonicis Græcorum, quæ hodie extant, pœna ulla irrogata, aut ullum

ullum pœnitentiæ agendæ tempus præſcriptum legitur fœneratori etiam ultra modum legitimum fœneranti. Chriſtus in Eccleſia ſua fundanda, cum Apoſtolos ad eam rem per univerſum orbem mitteret, ut avaritiam maxime condemnabat, ita paupertatem in primis & divitiarum contemptum commendabat iiſdem Apoſtolis, qui & ipſi porro illis, quos Chriſto acquirebant, idem inculcare ſoliti. Dicebat ſuis Chriſtus, difficile eſſe ſervire duobus dominis, Deo, & Mammonæ. Inde & juveni, interroganti, quo pacto poſſet lucrari vitam æternam, mandata ſervanda eſſe, primo reſpondit. Sed cum ille regeſſiſſet, omnia à ſe ſervata, tum eidem præcipit, ut omnia quæ haberet, bona divenderet, ac pauperibus daret; ſiquidem vellet eſſe perfectus. Hic cum multa poſſideret, non lætus hæc accepit, & abiit. Tum Chriſtus ad diſcipulos converſus dixit, divitem difficulter admodum introiturum in regnum cælorum. Immo & inſuper addidit, facilius fore, camelum per foramen acus trajicere, quam ut dives in regnum illud æternum admitteretur. Id eo tempore & poſtea, quamdiu Eccleſia Chriſti ſub perſecutionibus fuit, maxime apparuit. Cum enim nihil aliud ante oculos haberent qui Chriſto nomen dabant, niſi bonorum amiſſionem, ſupplicia, & cruces, fruſtra laboraſſent de quærendis quæ ſtatim erant cum vita amittenda. Tanto etiam magis ab his conquirendis averſum habuere animum, qui pactam Chriſto ſemel fidem deſerere nollent, quia maximum videbant in his profectus ad ſalutem & ſalutis impedimentum. Quam multi enim tunc, qui abundabant bonis, ne illa amitterent, ei ſe ſectæ verebantur addicere, cui quotidie impendebat fortunarum excidium & everſio? Quam multi etiam porro jam Chriſtiani facti, quia divites erant, metu perdendarum opum, perſecutione inſtante, à fide potius defecerunt ne bonis deficerentur? Nullas plu-

res

res aut frequentiores apoſtaſias & lapſus prima vidit Eccleſia quam ob has cauſas. Bona enim multis vita ipſa cariora ſunt. Recte itaque Paulus in Epiſtola ad Timotheum prima, & convenienter illis temporibus: *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum, & deſideria multa & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, ἡ φιλαργυρία, quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* Eadem ſententia & proverbii Arabici. حب الدنيا والمال راس كل خطيئة. *Amor mundi & divitiarum, fons omnis peccati eſt.* Inde primi fideles Chriſto acquiſiti in Hieroſolymitana Eccleſia ab Apoſtolis ipſis gubernata in commune vivebant, nemo erat inter eos egenus; qui prædia aut ædes poſſidebant, ea vendebant, ut iis, qui indigebant, victus ſuppeteret. Quod haud ſcio an & aliis locis factitarint, primo præſertim ſæculo. De quo paulo poſt. Alii tamen mores, alia vita eſſe debuit Eccleſiæ oppreſſæ & liberæ: latentis & manifeſtæ: ſub perſequutionibus denique poſitæ, & pacificæ. Præterea quæ Dominus injunxit diſcipulis ſuis, miſſurus eos ad verbum ſuum prædicandum, non omnibus è populo fidelibus æque cuſtodienda præſcripſit, ut calceamenta non haberent, unicam tantum indutui tunicam haberent, peram ſecum non ferrent, neque baculum. In omni denique ſæculo, & in omni ſecta extitere homines, qui non contenti feciſſe quæ fieri liceret, & his abſtinere quæ vetita eſſent, ea obſervare quæ mandata forent, ad majus virtutum ac pietatis ſpecimen ſe vocatos rati, auſteriorem, velut perfectiorem eamdem, vitæ formam elegerunt. Quod eorum more affectaſſe videntur qui aliquo curſum deſtinantes, compendia viæ ſectantur per ſpineta plerumque & vepres, quaſi citius eo ſic evaſuri quo tendunt,

dunt, quam si regia & communi, sed longiore circumagerentur. Vel potius ut abjectis mundanis bonis, quasi sarcinis & impedimentis, succinctiores & securiores, quo vellent, pervenirent. Tales inter Judæos Naziræi & Esseni: Inter Christianos Monachi & Ascetæ. Inter Græcos philosophi, inter philosophos Stoici & Cynici. Inter Persas qui *Deruis* vocantur. Habent & Turcæ suos monachos. Hi omnes, quæ licita omnibus, sibi solis illicita volunt esse. Recte itaque Græci Christiani patres, tres hominum status, veluti per classes, constituunt, ac distinguunt, σαρκικῶν, ψυχικῶν, & πνευματικῶν. Quos appellant σαρκικοὺς, eos esse ajunt qui contra naturam vivunt, hoc est, contra juris naturalis æquitatem, qua societas humana conservatur. Hi ex alienis incommodis sua comparare commoda non verētur, & jus sibi faciunt ex aliorum injuria. Rapere, clepere, occidere, mœchari, dum suo indulgeant genio & libidini serviant, etiam cum proximi detrimento ac pernicie, nihil pensi habent. Hæc est σαρκικὴ κατάστασις, quæ brutorum animantium vitæ propior est quam hominum ratione utentium. Sub hanc classem redigere possis & mercatores monopolia vetita exercentes, & fœneratores ultra licitum ac legitimum modum fœnus agitantes. Secundus status est τῶν ψυχικῶν, qui secundum naturam vivere existimantur, quia neminem lædunt ut sibi boni aliquid faciant, atque ita rem familiarem augere festinant, ut sine cujusquam injuria ac damno eam amplificent. Eas solas voluptates consectantur, quæ nemini futuræ sunt noxiæ & exitiosæ. Ad summam præceptum illud observant, quo plenitudo legis continetur, ut nemini faciant quod sibi fieri nolint. In quo præcepto & alia pars subintelligitur quam posuit Lucas: Καὶ καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. Ex hoc genere sunt & qui mandata omnia custodiunt. Nihil enim admittunt

tunt quod legibus sit vetitum, nec tamen abstinent ab illis omnibus quæ concessa vident, ac licita. Quo pertinet & Domini responsum ad juvenem interrogantem quid facere deberet, ut adipisceretur vitam æternam, *servato mandata*, τήρησον τὰς ἐντολάς. Cum rursus ille quæreret, quænam illa essent mandata, dixit ei Christus: *Non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices.* Sub hanc ψυχικὴν κατάστασιν reduci debent, qui negotiantur, qui fœnerantur, qui artes quascunque exercent quæstuarias, dummodo intra fines legibus præscriptos id faciant. Omnia quippe quæ à juris naturalis ac gentium æquitate descendunt, commercia, contractus & alia negotia quæ citra proximi noxam agitari possint, agunt. *Psychicos* Tertullianus in libro de Monogamia vocat, quos non admodum probat, utpote qui de genere Spiritalium haberi vellet. *Hæretici*, inquit, *nuptias auferunt, Psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt.* Psychici enim, qui nec secundas, nec tertias, non etiam quartas nuptias, à Christo prohibitas videbant, toties nubebant, quoties eos usus aut necessitas vel occasio ad hoc vocaret. Tertius ordo est πνευματικῶν, qui *spiritales* ab eodem Tertulliano appellantur, ut ψυχικοὶ sunt *animales*. Hanc πνευματικὴν κατάστασιν Græci definiunt ita, ὅταν καὶ βλάπτειν βούλοιτο διὰ τὸ καλὸν, καὶ κακοῦχεῖν. Primi, qui secundum carnem tantum sapiunt, lædere volunt, lædi nolunt. Secundi, *animales*, nec lædi, nec lædere. Tertii, *spiritales*, lædi quam lædere malunt. Ita & Socrates præcipiebat; præstare ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν, injuriam acceptam ferre quam inferre melius esse. Addunt iidem Græci, ὅτι ἡ μὲν πρώτη κατάστασις κατὰ φύσιν, ἡ δὲ μέση κατὰ φύσιν, ἡ δὲ τελίτη ὑπὲρ φύσιν. Philosophi totidem gradus hominum faciunt. Qui Theologis σαρκικὸς dicitur, illis homo est ὁ πολὺς καὶ χοϊκὸς, ὁ συμπεφυρμένος τῇ ὕλῃ, καὶ ὑπ' αὐτῆς καταπεπονημένος,

μένος, qui partem sui corpus esse credit, non magis in censum rationalium animalium quam ratione carentium referendus, μηδὲν μᾶλλον λογικὸν ἢ ἄλογον ζῶον ὑπάρχων, atque hominis nomine indignus. Hæ sunt Satyrici *pronæ in terras animæ ac cælestium inanes.* Quem ψυχικὸν Theologi vocant, hunc verum hominem isti esse dicunt, καὶ τὸν κατὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν οὐσιωμένον, qui corpore tanquam instrumento utitur, non tanquam parte altera animalis rationalis. Hunc ex præscripto legum vivere ajunt, cui & conveniunt morales civilesque virtutes, quem & κατὰ φύσιν τῆς λογικῆς ζωῆς agere ajunt: *secundum naturam vitæ rationalis.* Ergo priores παρὰ φύσιν τῆς λογικῆς ζωῆς agunt, ut quod sequitur genus ὑπὲρ φύσιν animæ rationalis vitam instituit. Hi sunt quos in tertio gradu & perfectionis summa collocant, qui ipsis θεωρητικοὶ appellantur, qui respondent τοῖς πνευματικοῖς Theologorum Christianorum. Οὗτοι, inquiunt, τὴν αὐτοῦ λογικὴν ζωὴν ὑπερτρέχοντες, ὅλοι εἶναι βούλονται τῶν κρειττόνων: *qui rationalem naturam vitamque supergressi, toto impetu ad Deum tendunt, eique se applicant.* In prima illa classe carnalium, ut aptemus eam divisionem ad nostrum hoc argumentum, invenies negotiatores & fœneratores omnes improbos. In secunda bono more modoque, nec ultra legum præscripta id agitantes. In tertia quæ supra naturam sapit, nulli neque negotiatores, neque fœneratores reperientur, nec ullus omnino artis quæstuosæ professor aut opifex. Si quis ex hac secta cogitur arte quam didicit vivere, eatenus tantum eam exercet ut in diem vivat, non ut aliquid lucretur, quod abscondat & in thesauris reponat. Ita Paulus Apostolus se tuebatur artificio suo. Ita antiqui Monachi in Cœnobiis agebant, in quibus neminem recipi moris erat nisi qui artem aliquam teneret, & manibus suis operari posset. Ad hunc tertium gradum pertinet, quod Dominus

minus secundo respondit juveni quærenti qua via vitam æternam posset ingredi. Cum enim mandata primo servare jussus, ea se omnia implesse à primis annis dixisset, &, quid adhuc faciendum superesset, interrogaret, hoc responsum à Domino nostro accepit. Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes omnia, daque pauperibus, & thesaurum in cælo habebis.* Hæc est plane vita Apostolica discipulorum Christi, qui omnia reliquere ut ipsum sequerentur. Hoc est mundo renuntiare. Hic est perfectus vitæ Christianæ modus. Hæc spiritalium sive πνευματικῶν vita, ex Christi præcepto agenda. Injuria malle affici quam afficere, maxillam præbere alteram percutienti post alteram percussam, pallium auferenti insuper & tunicam eripiendam offerre. Hi nec pecuniam fœnore dare possunt quam nullam ad hoc sibi reliquerunt. Sed nec vellent si haberent, qui ab omni quæstu abhorrent, etiam licito ac legitimo. Nec fœnore accipere iidem sustinerent, qui ideo pecunias cum earum amore abjecerunt, quia habere nolunt. Si egeant qui tales sunt, & artem unde vivant, nesciant, mendicato potius pane vitam sustentabunt, quam mutuo accipiant quod non possint reddere. Qui enim ipsi offendi satius ducunt quam offendere, multo minus in referenda pro beneficio gratia cessarent, etiamsi nulla lex pro vicis relatione usuras in mutuo præstandas sanxisset. Nam qui dant inviti beneficium, etiam inviti reddunt. Ipsi quinetiam patres Ecclesiæ docent, reddendum esse cum usura mutuum, si quis abundet. Theologus: Ἀποδώσομεν τοίνυν σὺν τόκῳ τὸ χρέος, ἂν ἄρα τοσοῦτον εὐποροῦντες φανῶμεν. Si, qui potest, tenetur crediti usuram præstare, an male facit qui ab eo qui potest eam exigit? Immo certum est, recte facere. Nollet enim sanctus ac spiritalis, qui usuram solvit, eam ultro proximo suo pendere,

dere, si sciret, eum in accipiendo peccare. Ad hoc perfectionis specimen quis hodie adspirat? Ne monachi quidem, quamvis id affectent, hodierni, eo possunt contendere; adeo multa sunt, quæ eos à veteribus ascetis ἀοφίστῳ τῷ μίστῳ discernant. De quibus alius erit dicendi locus. Profecto, qui de toto Orbe unum cœnobium facere vellet, aut omnes homines sub regulam Pachomii redigere, frustra laboraret. Non haberent quibus sua bona venderent, si omnibus idem propositum foret paupertatis vovendæ & mundo renunciandi. Nemo quippe esset qui emeret, in pari universorum studio & voluntate vendendi & nihil habendi. Non minus verum est quam elegans hoc Arabicũ Proverbium: لو كان الناس كلهم عقال خربت الدنيا. *Si omnes homines sapientes essent, mundus in solitudinem ac vastitatem redigeretur.* Quod non solum de continentia accipiendum est, deque abstinẽtia à conjugio, & licitis voluptatibus, sed etiam de omni vitæ genere à quo abhorrent sapientes, qui nec negotiantur, nec fœnerantur, nec aliud quidquam eorum agunt quę ad humanam societatem conservandam conducunt. Pleriq; eorum sibi vivunt, nec ad rempub. capessendam accedunt, quales Græcis θεωρητικὲς, aut Theologis πνευματικὲς appellari, ante diximus. Certe ut non omnes possunt ad hanc normam sapientes esse, ita nec fortasse debent, si ratio habeatur societatis inter homines tuendæ, sine qua nec mundus hic potest subsistere, qui si ex solis sapientibus constaret, vix consisteret. Sed profecto, si non alia ex causa mundus est interiturus, semper mansurum qui affirmabit, non falsus erit opinionis. Ceterum, ut in cælo stella differt à stella magnitudine & claritate, ita & in hoc inferiore mundo homo ab homine virtute ac pietate. In domo Dei ut diversæ sunt mansiones, sic in terris, diversæ viæ ad beatam vitam

vitam tendentium, immo & varii perfectionum gradus. Non eadem virtus militem gregarium decet & ducem aliosque milites principales. Major ab his & pluribus numeris absolutior requiritur quam ab illis. Non par itaque sanctitas vitæ & austeritas morum à vulgo debet exigi, quam ab Ecclesiæ præsidentibus, ut eos vocat Tertullianus, qui Græcis etiam sunt οἱ πρωτεύοντες. Hi sunt Episcopi, Presbyterive, & Diaconi. Quemadmodum locum Apostolorum in Ecclesia tenebant, qui in primo ordine presbyterii locati, ita ad exemplum eorum primis Ecclesiæ sæculis vitam suam mores & opera habitumque componere nitebantur. Et quia vestitum sibi fingere abnormem & inusitatum ne ridiculi essent, nolebant, eum eligere consueverant quo utebantur maxime austeræ inter gentiles sectæ philosophi. Pallium nempe detritum, hoc est, τρίβωνα, cum una tunica, qui fuit Cynicorum habitus. Nam & Dominus, cum Apostolos mitteret ad prædicandum Euangelium, unica tunica jussit esse contentos, cui pallium superinjectum. Hinc Tertullianus, non cum Christianus factus est ad pallium secessit, relicta toga, sed cum in ordinem presbyterorum allectus est, ut olim ad librum ejus de Pallio observavimus. Fuere & qui ex eo quod voluntatis erat, necessitatis regulam facere voluerunt omnibus tenendam, qui austerius propositum capessere destinarent, τὴν νομιζομένην ἄσκησιν, ut Eustathius ille, quem propterea condemnarunt Synodi Gangrensis patres. Episcopi præcipue, ut dixi, presbyterique, ad illam ἄσκησιν severioris ac perfectioris disciplinæ primis Ecclesiæ temporibus contendebant. Quæ austeritas in paupertate voluntaria & divitiarum contemptu in primis consistebat, & ab omni quæstus, etiam liciti & honesti, abstinentia. Hoc unum ante omnia omni studio affectabant, ne essent aut videretur φιλάργυροι, cujusmodi eos nec esse nec videri vult Apostolus in

ea ad Timotheum, qua, qualis esse debeat Episcopus sive presbyter, ei præcipit. Cum in secunda ad eumdem monet eos abstinere debere ab omni negotiatione sæculari, omnem illis ansam causamque φιλαργυρίας sic præcidi voluit. Inde & antiquiorum conciliorum patres, Græci, Gallicani, Africani, & Itali, nominatim fœnerationem & mercaturam, quæ duæ sunt præcipuæ βίοι πραγματείας, & maxime quæstuosæ, avaritiæque latissimam aperientes fenestram, ordini sacro interdixerunt, non etiam plebi, hoc est, Episcopis, presbyteris, & diaconis. Videbant enim, non posse interdici & populo has duas negotiandi professiones, fœnus & mercaturam, quin simul etiam omnes artes quæstuariæ eliminandæ essent ab Ecclesia Dei. Satis visum est, ea non tractare Ecclesiæ ministros & pastores, quæ eos abducere possent à cura gregis cui præerant, & ab instituto vitæ perfectioris, cui se dediderant, avocare. Quo magis miror posteriores Pontifices veteribus non sanctitate pares, quamvis potestate superiores, laicis etiam illicitum omne fœnus voluisse. Quid eos movit, ut jugum hoc importabile plebis Christianæ cervicibus imponerent? Quid eorum assecias recentiores canonistas adegit, ut tam multa colligerent argumenta huic prohibitioni asserendæ? Plusne viderunt quam antiquorum conciliorum patres, qui soli clero non usurpandas usuras statuerunt? An majore pietate adducti id fecerunt? Nonne & hoc fuit potestatis, quam ad temporalia usque extenderunt, argumentum? Nam politica plane res est, usuris modum imponere, aut prorsus eas vetare. Ex jure quidem gentium descendit generatim usuras pro re mutuaticia paciſci. At modus earum accipiendarum ex jure civili est uniuscujusque reipublicæ. Quod enim gravissimum in uno regno fœnus videri posset, in alio pro leviſſimo haberetur. Hanc differentiam facit rei nummariæ inopia, vel copia. Sed

Sed nec in eadem civitate idem semper modus esse potest aut debet usurarum. Prout pecunia in ea vilis aut cara est, ita oportet minui aut augeri usurariam rationem. Ex temporibus igitur & locis ut ea res variat, ita magistratus est, videre, quando & quis modus ei rei figi debeat. Si prohibitas esse à Christo constaret in novo testamento, tum sane ad eos spectare deberet earumdem prohibitio qui in foro interno jurisdictionem exercent. Immo ne necesse quidem esset eas ab illis in vetitum devocari quas jure divino illicitas esse omnibus constaret. Satis illi haberent contra vetitum nitentibus pœnas Ecclesiasticas infligere, & pœnitentiæ tempus statuere, ut in homicidio, adulterio, furto, & aliis. Hæc enim præcepto divino interdicta non prohibet Ecclesiastica jurisdictio fieri, sed si fiant, sciunt quomodo castiganda sint. At nusquam legimus, ne improbissimo quidem fœnori, ullam pœnitentiam indictam per canones & sanctiones juris Ecclesiastici, ut ante diximus. Nec sane video quousq; procedere potuissent in castigatione fœneratorum sancienda in cõscientiæ foro. Homicidia, adulteria, furta, & si quæ alia, mortis pœna plectunt leges civiles; quæ Ecclesiasticis legibus nullo capitis supplicio puniuntur. Qui crimen publice confitebatur, accepta pœnitentia, eaque ad certum tempus acta, reconciliabatur altari. Hæc olim cum severissima esset Ecclesiastica disciplina, nunc, cum ex auriculari & privata confessione introducta sit mitior ac remissior, tanto major peccandi est libido, quanto venia paratior est. Nam peccant ut absolvantur, absolvuntur ut iterum peccent. Cum igitur in omnibus delictis puniendis leges civiles longe sint acerbiores canonicis, ecquod supplicium potuere canonicæ cõstitutiones fœneratoribus decernere minus ac mitius quam id quod erat civili jure constitutum? Atqui ne legem quidem, quæ fœnori modum posuit, violantes ultra

quadruplum condemnare placuit. Nullas autem adversus eos pœnas Ecclesiam statuisse, ante demonstravimus. Multo minus pœnitentiam ullam agendam decreverit iis qui intra præscriptam legibus normam fœnus exercerent licitum, eoque minime puniendum. Etsi enim & permissa quædam jure civili, ut secundas nuptias, aliqua pœnitentia dignas judicaverit aliquando vetus Ecclesia, de fœnore tamen nunquam tale quidquam censuit nisi in Presbyteris & Episcopis. Nec enim attendendum est quod plerique patrum Latinorum & Græcorum in scriptis suis crebro in usuras & fœneratores declamitant. Πλεονεξίαν omnem insectantur, αἰσχροκέρδειαν damnant, & φιλαργυρίαν. Sane id merito. Ergo & in fœnerationem invehi debent, & alios quæstus quos avaritia ad divitias properans ut maxime compendiosos aucupatur. Ita & in mercaturã & alias negotiationes quæstuarias persæpe de suggestu detonarunt. Non tamen hoc satis esse debuit Canonistis, quod arriperent ad condemnandam omnem usuram, usumque ejus è republica Christiana tnllendum. Potius respiciendum fuit, quid maximus patrum numerus in multis antiquioribus conciliis legitime congregatis super ea re definierint. Cum tot concilia solis Clericis fœnerandi licentiam ademerint, laicis reliquerint, cur isti quasi sapientiores sanctioresque omnibus ex æquo eam libertatem sublatum eunt? Ne Ecclesia quidem potuit rem legibus imperii permissam, populo Christiano interdicere, præcipue cum nullum de ejus prohibitione extaret Domini nostri vel Apostolorum ejus mandatum. Nam id permittere vel vetare ad sæcularem potestatem spectat, nullo præsertim, quod contra faciat, existente præcepto divino. Poterat quidem ut dictum est, ex vi disciplinæ suæ, si quemquam noluisset è populo fœnerari, qui deprehensi essent id facere, aliquo pœnitentiæ agendæ spatio emendare. Quod cum non

non fecerit, inde colligi potest, Ecclesiam primitivam in Laicis usuras, præsertim legitimas, nusquam improbasse. Posset dici, sub imperatoribus gentilibus non sui juris fuisse Ecclesiam, nec ausam esse aliquid determinare contra leges imperiales, quæ usuras permittebant. Immo tanto magis tunc eas vetasset quo purior eo tempore fuit, ut fontibus suis propior, & ad extrema quæque pro Christo patienda paratior, si prohibitionem eam Christi verbo consentaneam esse comperisset. Quid de Christianis imperatoribus dicent, quorum cum plurimi extiterint pii ac probi, & verbi divini zelotæ, nemo tamen eorum ad prohibendas usuras processit, excepto Leone, apud Harmenopulum lib. III, Tit. VII. Ita enim veteres codices ibi scribunt: Νεαρὰ τοῦ κύρου Λέοντος τὸν τόκον ἀπαγορεύουσα. Ubi dicit, etiamsi anterioribus principibus Christianis placuerit, usurarum præstationem recipi ac tolerari, se tamen eam, ut indignam τῆς τῶν χριστιανῶν πολιτείας, ἀπευκταίαν εἶναι judicasse, ἅτε παρὰ τῆς θείας νομοθεσίας κεκωλυμένην. Sed per θείαν νομοθεσίαν, non aliam intelligit quam legem Mosaicam, qua vetita Judæis inter se usura. Nam ex novo fœdere nulla poterat talis afferri. Assentior autem doctis Jurisconsultis, non Leonis, sed Basilii fuisse illam constitutionem quæ usuras accipi ex mutuo vetuit. Basilii quippe illius filius Leo, cognomento Philosophus, coactus est Novellam de prohibenda usura paternam abrogare. Quæ ejus constitutio extat hodieque inter Novellas sub ejus nomine editas, numero LXXXIII. In qua fatetur, plus mali dedisse quam profuisse illam patris legem, qua usuras sustulerat. Καὶ ἁπλῶς, inquit, διὰ τὴν ἐπιπολάζουσαν ἐν βίῳ κακίαν ἡ ἀρετὴ τοῦ νόμου οὐ μόνον οὐκ ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ προσεζημίωσεν. Rationes in ea legi licet, cur vetitæ usuræ, non solum nihil juverint, sed etiam nocuerint. Constantinus Magnus, sub quo Nicænum primum concilium congregatum est

est Oecumenicum, primus imperator Christianus, qui & synodo interfuit, nihil de usuris mutavit, nec de modo earum legitimo quidquam statuit præter id quod ab illis qui ante se imperaverant sancitum fuerat, etiam non Christianis. Quinimmo synodus supra scripta, cui adfuit ipse, quæque ipsius jussu fuit convocata, non aliis quam sacri ordinis personis vetandas censuit usuras. Atqui poterant pio ac Christiano Principi persuadere, omnibus esse interdicendas, si quidem existimassent, cum verbo divino eas pugnare, aut si id conducere pietati & caritati judicassent à nemine Christi fidem profesſo fœnus exerceri. Idem Constantinus leg. 1 Cod. Theod. de usuris, statuit, ut, *quicunque fruges humidas vel arentes indigentibus dederint, usuræ nomine tertiam partem superfluam consequerentur.* Hæc erat usura gravissima. Nam qui duos modios frumenti mutuos dederat, unum modium annuum usuræ nomine recipiebat. Constat porro, semper majores in frugibus tam liquidis, quam siccis usuras fuisse admissas propter incertum fructum, ut Jurisconsultis placuit. At Justinianus usuras fructuum redegit ad nonam pro tertia parte superflua quæ lege Constantini solvebatur, & pro octo modiis unum dari præcepit. Valentinianus cum Theodosio & Arcadio legitimas usuras non ultra centesimas servari voluit. Qui modus in usuris usitatus, quasi licitus & legitimus, sub omnibus fere imperatoribus non Christianis & Christianis ab Augusto ad Justinianum usque tenuit, ut in altero libro dicendum erit. Quid ergo movit Pontifices, ut extenderent usuræ prohibitionem, contra legum civilium & Ecclesiasticorum canonum statuta, etiam ad laicos? Si ulla ratione inducti ad hoc sunt, justam tamen non esse, quia pugnet cum antiquis sanctionibus Ecclesiæ, plane etiam licet affirmare. Puduit eos fortasse videre Presbyteros & Episcopos divitias omni modo

modo & via adcumulantes, quibus tamen solis omnes avaritiæ explendæ causas præcidisset antiqua Ecclesia, adempta fœnerandi & negotiandi facultate. Quanti enim pudoris fuit, qui olim se divites esse sponte sua nolebant, quos Ecclesia ipsa noluit fieri tales, curatores nempe suos ac pastores, amputata occasione per quam fierent, eosdem postea opibus superasse omnes, qui ex professo deditaque opera id agerent ut quam maximas opes quærerent, eosque nunc superare? Audius olim ob nullam aliam causam ab Ecclesia recessit ac schisma fecit, nisi quod divites in ea videret, quos ferre non posset, Episcopos. Frustra igitur antiqui canones conciliorum ideo Episcopis aliisque de clero ordinibus mercaturam & fœnus etiam legitimum voluerunt esse illicita, si tamen αἰσχροκέρδειαν his & φιλαργυρίαν, qua nunc cum ipsis mercatoribus & negotiatoribus contendunt, auferre non potuerunt. Quid attinet usuras licitas esse laicis, & clericis illicitas, si tamen hi acquirendi voto & effectu laicos ipsos longe antecedunt? Exæquandi ergo fuere prohibitione, qui cupiditate pares erant, ne dici posset in congerendis opibus minus præstare, qui tamen majora ad id efficiendum & expeditiora haberent instrumenta. Sic placuit & usuram interdici laicis, quia clericis sine rubore non poterat permitti. In simili itaque prohibitione si ab utrisque non servetur, non magis nunc incusandi clerici, qui cum in ceteris paria faciant cum laicis, in parandis per vetita divitiis pari quoque ambulant passu. Nisi hæc causa eos impulerit, nullam aliam scio. Sed hi sunt nimirum qui culicem eliquant, & camelum deglutiunt. Simoniæ velandæ qua sacra omnia venundantur, nullum non mantelum & colorem quotidie quærunt, ut exerceri possit impune. Rem legibus humanis concessam, nec divinis interdictam, & societati humanæ retinendæ prorsus necessariam, temere damnant.

mnant. Nam divini juris non esse usurarum interdictionem, ex his, quæ diximus, plane compertum est. Ne positivi quidem esse liquet, de omnibus, sed de solis Ecclesiastici ordinis viris. Concilio quippe Nicæno, Canone XVII, prohibentur in posterum, qui in sacrum ordinem allecti fuerint, usuras accipere: Ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἡμιολίους ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔστω. Perspicuum est etiam ex eodem Canone, plurimos antehac Episcopos, & alios è clero solitos non solum leves usuras capere, sed etiam gravissimas, quales erant tunc legitimarum maximæ centesimæ & sesquicentesimæ: Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος, λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν. Non simpliciter eos dicit δανείζειν, eoque nomine reprehendit, sed quod fœnerantes accipiant centesimas & sesquicentesimas. Καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν καὶ ἡμιολίους. Quæ erant, ut in altero dicam volumine, gravissimæ usuræ legitimarum, ac proinde à Justiniano, cum modum usuris poneret, in sola pecunia trajecticia ac nautico fœnore permissæ. Ergo ante hoc decretum Nicæni concilii Episcopi aliique è Clero fœnerabantur, idque illis licitum erat, cum nulla adhuc determinatio generalis concilii usuras interdixisset clericis. Cyprianus certe in libro de Lapsis queritur, plurimos tunc Episcopos, quos & hortamento ceteris esse oporteret & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, & plebe deserta per provincias oberrantes, *quæstuosæ negotiationis nundinas aucupari, usurisque multiplicantibus fœnus augere*. Nondum igitur ullius concilii definitio illo in tempore usuras interdixerat Episcopis.

Nulli

Nulli tum legebantur Canones Apostolorum qui id vetarent, ut inde manifestum sit, non esse Apostolicos qui hodie extant. Paulus ad Timotheum I Episcopum tantum hortatur ne sit φιλάργυρος, & Diaconum monet ne sit, αἰσχροκερδὴς, de usura vetanda nihil expresse meminit. Atqui dicat quis, in fœnore haberi posse pecuniam levissimis usuris sine φιλαργυρίας, aut αἰσχροκερδείας crimine. Pone, centesimas tum fuisse, ut erant, legitimas, ac licitas usuras; qui trientibus usuris fœnus exercebit, non erit φιλάργυρος, nec αἰσχροκερδής. Ante Concilium igitur Nicænum nulla extitit Ecclesiastica sanctio generalis aut particularis quæ fœnus Clericis interdixerit. Nam Laodicena Synodus Nicæna posterior fuit. Notabis, & patres Nicæni concilii in illo decreto, quo usuras Clericis, & maxime centesimas sesquicentesimasque, prohibent, nullum è novo testamento præceptum ei sanctioni firmandæ allegare, sed è veteri duntaxat, hoc est, è Psalmo XIV. Quod magnum argumentum est, nullum ipsis è novo testamento in promptu fuisse testimonium quo usuras vel ministris Ecclesiæ vetandas esse liqueret, nedũ plebeiis. Quinimmo, si & ullos scissent tunc extare veros ac genuinos Apostolicos Canones super usura Ecclesiasticis prohibenda, eorum potissimum auctoritate usi essent ad eam prohibitionem, nõ tum primum sanciendam, sed renovandam. Restat ergo, ut prohibitio fœnoris Christianis facienda, si modo facienda, ex veteri lege & Judæorum exemplo trahi debeat. Sed nullo argumento evinci potest legem qua vetita Judæis usura, Christianos obligare, nisi quis etiam inde & χρεοκοπίαν septimi anni, & Jubilæum, & alia, eodem pertinentia instituta, in usum quoque revocanda & observanda Christianis evincere contenderet. Docuimus ante ex jure naturali, usuras apud gentes esse introductas. Id etiam probat, quod Judæis lege divinia permissæ sunt cum

ceteris

mnant. Nam divini juris non esse usurarum interdictionem, ex his, quæ diximus, plane compertum est. Ne positivi quidem esse liquet, de omnibus, sed de solis Ecclesiastici ordinis viris. Concilio quippe Nicæno, Canone XVII, prohibentur in posterum, qui in sacrum ordinem allecti fuerint, usuras accipere: Ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἡμιολίους ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔστω. Perspicuum est etiam ex eodem Canone, plurimos antehac Episcopos, & alios è clero solitos non solum leves usuras capere, sed etiam gravissimas, quales erant tunc legitimarum maximæ centesimæ & sesquicentesimæ: Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος, λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν. Non simpliciter eos dicit δανείζειν, eoque nomine reprehendit, sed quod fœnerantes accipiant centesimas & sesquicentesimas. Καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν καὶ ἡμιολίους. Quæ erant, ut in altero dicam volumine, gravissimæ usuræ legitimarum, ac proinde à Justiniano, cum modum usuris poneret, in sola pecunia trajecticia ac nautico fœnore permissæ. Ergo ante hoc decretum Nicæni concilii Episcopi aliique è Clero fœnerabantur, idque illis licitum erat, cum nulla adhuc determinatio generalis concilii usuras interdixisset clericis. Cyprianus certe in libro de Lapsis queritur, plurimos tunc Episcopos, quos & hortamento ceteris esse oporteret & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, & plebe deserta per provincias oberrantes, *quæstuosæ negotiationis nundinas aucupari, usurisque multiplicantibus fœnus augere.* Nondum igitur ullius concilii definitio illo in tempore usuras interdixerat Episcopis.

Nulli

Nulli tum legebantur Canones Apostolorum qui id vetarent, ut inde manifestum sit, non esse Apostolicos qui hodie extant. Paulus ad Timotheum I Episcopum tantum hortatur ne sit φιλάργυρος, & Diaconum monet ne sit, αἰσχροκερδὴς, de usura vetanda nihil expresse meminit. Atqui dicat quis, in fœnore haberi posse pecuniam levissimis usuris sine φιλαργυρίας, aut αἰσχροκερδείας crimine. Pone, centesimas tum fuisse, ut erant, legitimas, ac licitas usuras; qui trientibus usuris fœnus exercebit, non erit φιλάργυρος, nec αἰσχροκερδής. Ante Concilium igitur Nicænum nulla extitit Ecclesiastica sanctio generalis aut particularis quæ fœnus Clericis interdixerit. Nam Laodicena Synodus Nicæna posterior fuit. Notabis, & patres Nicæni concilii in illo decreto, quo usuras Clericis, & maxime centesimas sesquicentesimasque, prohibent, nullum è novo testamento præceptum ei sanctioni firmandæ allegare, sed è veteri duntaxat, hoc est, è Psalmo XIV. Quod magnum argumentum est, nullum ipsis è novo testamento in promptu fuisse testimonium quo usuras vel ministris Ecclesiæ vetandas esse liqueret, nedũ plebeiis. Quinimmo, si & ullos scissent tunc extare veros ac genuinos Apostolicos Canones super usura Ecclesiasticis prohibenda, eorum potissimum auctoritate usi essent ad eam prohibitionem, nõ tum primum sanciendam, sed renovandam. Restat ergo, ut prohibitio fœnoris Christianis facienda, si modo facienda, ex veteri lege & Judæorum exemplo trahi debeat. Sed nullo argumento evinci potest legem qua vetita Judæis usura, Christianos obligare, nisi quis etiam inde & χρεοκοπίαν septimi anni, & Jubilæum, & alia, eodem pertinentia instituta, in usum quoque revocanda & observanda Christianis evincere contenderet. Docuimus ante ex jure naturali, usuras apud gentes esse introductas. Id etiam probat, quod Judæis lege divinia permissæ sunt cum

ceteris

ceteris omnibus gentibus. Hæc lex & regula generalis fuit. Exceptio ab illa regula hæc illis data est, ut qui cum omnibus fœnus exercebant, solis fratribus mutuo darent sine fœnore. Hanc eamdem sibi exceptionem præscribunt hodie plerique, & sponte quidem sua, à lege & more communi, qui ignotis & extraneis omnibus pecuniam fœnebrem dant mutuo, notis & amicis ac parentibus gratuitam. Quod in Græcia olim & Romæ moris fuisse inter amicos, supra ostendimus. Noluit Deus, ut jam ante notavimus, ullum reperiri egētem in populo suo, sed omnes tanquam fratres inter se vivere, ut erant ab uno parente omnes. Hæc fratrum appellatio inter Christianos etiam aliquandiu viguit, nec solum tantisper dum intra Hierosolymitanam civitatem sub Apostolis Ecclesia Christi stetit, sed etiam aliis si forte in quibus propagata est locis, præsertim quamdiu fuit persequutionibus vexata. Nec fratres modo invicem se appellabant, *quod unius Dei parentis homines, quod consortes ejusdem fidei, & spei coheredes*, ut ait Minutius, sed etiam quia fraterno inter se more viverent, ut solent fratres qui pro indiviso paternis bonis una fruuntur. In commune quod quisque habebat, conferebant, convivia communia agitabant dilectionis nomine vocitata, nihil indiscretum denique habebant, præter uxores, ut ait Tertullianus in Apologetico, qui hanc etiam fraterni nominis inter Christianos communicati causam adfert. *At quanto*, inquit, *dignius fratres & dicuntur, & habentur, qui unum patrem Deum agnoverint, qui unum spiritum biberint sanctitatis, qui de uno utero ignorantiæ ejusdem ad unam lucem expaverint veritatis. Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quæ penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos, præter uxores.* Hæc rei familiaris communicatio inter Christianos, & fraternitatis appellatio mutua, simul mansit, simulque etiam abolita est. Ceterum quod idem Tertullianus omnia inter Christianos tunc temporis fuisse indiscreta præter uxores dicit, non ita accipiendum est, quasi omnia omnium bona communia inter eos fuerint, ut fuisse certum est Apostolorum tempore in Ecclesia Hierosolymitana. Talis bonorum communio Tertulliani ævo non amplius in usu erat, cum ex his, quæ ab unoquoq; erant divendita, pecunia redacta in medium conferretur, eamdem fidem profitentibus communis futura. Huic universali fortunarum, quas quisque haberet, collationi & communicationi adversatur quod in eadem pagina apud eumdem auctorem legitur de conferendæ stipis ratione quæ tunc Christianis usurpata. *Etiamsi quod arcæ genus est*, inquit, *non de honoraria summa quasi redemptæ religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit, &, si modo velit, &, si modo possit, adponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt.* Si, quantum quisque vellet, conferebat, idque singulis mensibus, non universorum bonorum fiebat collatio, sed stipis tantum modicæ. Genus ἐρανίου plane hoc fuit, in singulis Christianorum Ecclesiis per singulos menses colligi soliti. Ad quem usum dispensaretur, statim subjicit, ad egenos nempe alendos, & humandos. *Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis, humandisque, & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, jamque domesticis senibus.* Justinus Martyr in II Apologia ejusdem collaticiæ stipis sive ἐρανίου à Christianis fieri soliti meminit, nisi quod nihil habet de menstrua die. Οἱ δυνάμενοι δέ, inquit, καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τοῦ ἰδίου, ὃ βούλεται, δίδωσι, καὶ

καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε, καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. Quomodo igitur, si hoc genere tantum collationis usi, indiscreta omnia apud ipsos dicere potuit idem Tertullianus? An non hæc inter se pugnant? Nam generalis collatio universorum bonorum pauperes divitibus exæquat; & præstat, ut in eo cœtu, in quo singuli omne, quod habent, conferunt, nemo dives sit aut pauper, sed omnes invicem æquales. Atqui vel ex Tertulliano liquet, alios tum fuisse pauperes in Ecclesia, alios divites. Nam ad alendos pauperes, conferebant divites. Quæ æqualitas nescio an unquam in Ecclesia Christiana obtinuerit, ne ætate quidem Apostolorum. Hujusmodi enim collectas etiam sub Apostolis ex eorum præscripto frequentatas constat ex Paulo Epist. I ad Corinth. cap. XVI: Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. Quomodo faciendas instituerit, ibidem legere est. Ab eo tempore collectarum ille mos, de quibus Justinus & Tertullianus, in Ecclesiis servatus est. At quid opus hujusmodi collectis, si bonorum à singulis facta universorum collatio? In Ecclesia Hierosolymitana illa communio locum tantum videtur habuisse, in qua, ut Lucas refert in Actis IV, οὐκ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν, ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. Quod & ipsum tamen liberum cuique fuit facere, & non facere, ut Petrus capite sequenti ad Ananiam dixit, qui pretii partem ex divenditis bonis subtraxerat, & reliquum ad Apostolorum pedes abjecerat, οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; Sed quomodo conciliabitur quod auctores scribunt de communicatione rei

rei familiaris inter Christianos fieri consueta, si communio illa abfuit, quam plerique fuisse imaginantur. Certe & Justinus, qui collectæ illius meminit, qua quisque arbitratu suo in arcam communem conferebat, in eadem Apologia tradit hoc Christianorum disciplinæ fuisse proprium, ut in commune conferrent quæ haberent. Χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους πάντες μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φερόντες, καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες. Ostendit quæ differentia fuerit ea in re gentilis & Christiani. *Olim*, inquit, *cum gentiles eramus, quæstum lucrumque ante omnia sectari soliti, nunc quæ habemus in commune conferentes, omni indigenti ea communicamus.* Toto certe cælo deerrarunt, qui sibi persuasere ex illis testimoniis, veteres Christianos omnia revera bona inter se habuisse communia, quibus pro indiviso in medium collatis unusquisq; frueretur. Vt æqualitas dignitatum inter ipsos non in ipsis personis fuit, sed in animo, quo se major parem minori ferebat, & dominus servum non aliter tractabat quam si frater esset, ita & communio bonorum apud eos non in re ipsa fuisse dignoscitur, sed in voluntate sola communicandi, quam & effectus sequebatur si usus veniret. Qua de re extat præclarus apud Lactantium locus in lib. de Justicia, cap. de officiis viri justi: *Dicet aliquis; Nonne sunt apud vos alii pauperes, alii divites, alii servi, alii domini? Nonne inter singulos aliquid interest? Nihil. Nec alia causa est, cur nobis invicem fratrum nomen impertiamur, nisi quia pares esse nos credimus. Nam cum omnia humana non corpore, sed spiritu metiamur, tametsi corporum sit diversa conditio, nobis tamen servi non sunt, sed eos & habemus & dicimus spiritu fratres, religione conservos.* Sequitur de divitiis: *Divitiæ quoque non faciunt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariores. Divites sunt enim non qui divitias habent, sed qui utuntur illis ad*

opera justiciæ. Et qui pauperes videntur, eo tamen divites sunt, quia & non egent, & nihil concupiscunt. Ita igitur hæc communio quæ inter Christianos tunc temporis fuit, intelligenda est, ut qui divites erant, semper parati essent indigētibus suas facultates communicare, æque facile ac si non suæ sed ipsorum quoque forent. Inde & idem Lactantius versum Poëtæ interpretatur, quo ille cecinit sæculo aureo omnia fuisse communia & in medio posita, non de hac communione quæ pro indiviso possidenda cuncta dat, sed de liberalitate divitum, qui, quæ sibi sunt propria, ea egentibus reddunt communia.

Ne signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant.—

Quod poëtæ, inquit, *dictum sic accipi oportet, non ut existimemus, nihil omnino tum fuisse privati, sed more poëtico figuratum, ut intelligamus, tam liberales fuisse homines, ut natas sibi fruges non includerent, nec soli absconditis incubarent, sed pauperes ad communionem proprii laboris admitterent.* Non alia plane fuit communio veteribus Christianis præter hanc, qua divites opum suarum usum, cum proprietatem retinerent, omnibus indigentibus haud secus patere volebant, quam si essent communes. At quam instituit Pythagoras inter suos discipulos ac sectatores, cum κοινὰ τὰ τῶν φίλων debere esse pronuntiaret, alterius erat generis. Deponebant in medium facultates singuli, & in unum redactas, omnium communes statuebant. Quod κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας καὶ εἰς ἓν ποιεῖσθαι dicebant. Diogenes in ejus vita: Καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ κατετίθεντο τὰς οὐσίας εἰς ἓν ποιούμενοι. Id erat simile illi consortio quod Romani appellabant *Hercto non cito*, quo omnium ejusdem hæreditatis consortes eam possidebant pro indiviso. Agellius lib. I, cap. IX: *Sed id quoque prætereundum non est, quod omnes, simul atque à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quod quisque familiæ pecuniæque habebat, in medium dabant, & coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuit antiquum consortium quod jure atque verbo Romano appellabatur Hercto non cito.* Hoc est, bonis non divisis. Talem κοινωνίαν primis Christianis nunquam fuisse usurpatam, nisi si forte in Ecclesia Hierosolymitana, alibi ostendam pluribus, contra doctissimorum virorum sententiam, qui id opinantur. Pythagoricam porro illam κοινωνίαν magnopere improbabat Epicurus, qui τῶν ἀπιστούντων eam esse dicebat, hoc est, diffidentium. Diocles apud Diogenem, τόν τε Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ τὸν Πυθαγόραν κοινὰ τὰ φίλων λέγοντα, ἀπιστούντων γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον, εἰ δ' ἀπίστων, οὐδὲ φίλων. Hanc diffidentiam male interpretatus est vir doctissimus in Notis ad Porphyrii Pythagoram. Volebat nimirum Epicurus, ita omnia inter amicos haberi communia, ut tamen unusquisq; proprietatem ac possessionem retineret, usus tantum promiscuus esset petentibus amicis qui eo egerent. Qui vero postularet ab singulis ea in medium dari omnibus profutura, bonæ voluntati amicorum videretur diffidere, quasi aliter de suo erga amicos liberales esse non possent nisi coacti per collationem. Nam qui semel in commune contulit quod suum erat, non amplius ejus est dominus, ac, velit nolit, alii, ad quos ea nihil pertinebant, bona ejus participant. At tales amicos esse oportet, ut de eorum benevolentia & liberalitate æque securi sint amici ac si bona eorum cum his pro indiviso possiderent, in necessitatibus suis non aliter iis usuri quam si essent propria, vel saltem communia. Hæc κοινωνία placebat Epicuro, quæ parem habet fiduciam voluntatis amicorum, quam si societas & consortium inter eos omnium bonorum intercederet. Sic ergo, & non alio modo, indiscreta fuisse inter Christianos sui temporis Tertullianus affirmat;

Propter quam voluntariam & mutuam omnium rerum communicationem, fraterni inter se nominis appellatione merito gaudebant. Quamdiu igitur frater Christianus Christiano, & vere quidem frater, non inani titulo tenus, certe nec fœnerabatur alter alteri, cum ne mutuo quidem quisquam fratri aliquid daret repetiturus. Si fœneratores tum inter Christianos nulli, certe nec negotiatorem ac mercatorẽ fuisse ullum eo tempore Christianum, satis certum est. Emebant quæ sibi ad victum essent necessaria, vendebant artes & opera sua, ut haberent unde viverent, sed nemo aliquid emere solebat, ut carius fratri aut etiam ulli alii venderet. Quod est mercatorum ac negotiatorum, id ex professo agitantium, proprium. Tertullianus in Apologetico id diserte adstruit, ubi ostendit, Christianos tunc temporis non adeo inutiles & infructuosos fuisse negotiis, ut eos esse calumniabantur gentiles. Insignis est locus, quem ideo totum hic subjiciemus: *Meminimus, gratiam debere nos Domino Deo creatori. Nullum fructum operum ejus repudiamus, plane temperamus ne ultra modum aut perperam utamur. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, stabulis, nundinis vestris, ceterisque commerciis, cohabitamus in hoc sæculo. Navigamus & nos vobiscum, & militamus, & rusticamur, & mercatus proinde miscemus, artes, opera nostra publicamus usui vestro. Quomodo infructuosi videmur negotiis vestris, cum quibus & de quibus vivimus, non scio.* Ita legenda hæc verba sunt ex antiquissimo Codice Bibliothecæ Puteanæ. Nam vulgo editum est: *rusticamur & mercamur, proinde miscemus artes.* Quibus ex verbis, mercaturam etiam exercuisse primos illos Christianos, constaret. Quod esse falsum, alibi plenius ostendam. Αὐτοπώλας fuisse indicat, non μεταβόλους vel καπήλους. *Rusticamur,* inquit, *vobiscum, & mercatus proinde miscemus.* Rustici enim in mercatum deferebant quæ habebant venalia ex agrorum, quos colebant, reditu. Artes quoque & opera sua artifices Christiani, publicabant usui gentilium, dum ea venderent, ut inde se tuerentur. Lactantius lib. v, cap. XVIII, de Christianis sui temporis: *Scilicet peregrinis mercibus, aut humano sanguine delectabitur, qui nec lucrum sciat appetere, cui sufficit victus?* &c. Quidquid dicat, constat tamen, vel eo tempore fuisse multos qui ad hoc exemplum non viverent, ut soliti priores. Ceterum mirum non est, ita vixisse primos Christianos, cum fieri Christianum nihil aliud esset quam mundo renunciare & rebus humanis, atque, ut loquitur idem Tertullianus in Exhortatione ad castitatem, *semetipsum de sæculo exhæredare.* Tum innocentiorem & austeriorem longe vitam egisse laicos constat quam postea clericos, ubi una veluti conversione totus orbis Christianus est factus. Ab eo tempore fraternum nomen cum re ipsa evanuit. Et sane cum res ipsa stare amplius non posset, aboleri etiam nomen oportuit, quod vim inde accipiebat, & quod convivium faciebat aliter cum fratre quam fraterna caritate viventibus. Exinde de acquirendis bonis cogitare cœperunt Christiani ubi de iis amittendis nihil amplius metuendum putarunt. Antea nemo Christo nomen dabat, nisi cum sancto proposito & constanti fide. Postea, ut turbam sequerentur, concurrebant homines, non quia meliora se sequi crederent, sed quia plures idem credentes ibi viderent. Hi vitia sua vitamque pristinam in religionem, quam erant sectaturi, adferebant. Illi omnia prius exuebant quæ scirent cum fide, quam erant professuri, non congruere; eo certe animo ad eam accedebant, ut, antiquum hominem deponerent, ac novum induerent. Tempore persequutionum nemo Christianus fuit nisi verus. Nam qui non essent tales, nec diu manebant. At pace Ecclesiarum

 fundata

fundata per orbem ſub Imperatoribus jam Chriſtianis, verſis vicibus, quod antea erant Chriſtiani, id cœperunt eſſe pagani, ut numero pauciores, ita ſæculo & reipublicæ odioſiores. Ergo & Chriſtiani facti plures ea omnia agere aggreſſi ſunt quæ antea, pagani cum eſſent, exercebant, præſertim in more poſita & legibus permiſſa; mercaturis inſtare, negotiari, fœnerari, artes quæſtuoſas operari, nec curare honeſtæ eſſent an turpes dum lucrum adferrent; omni denique modo divitiis accumulandis invigilare. Mutata porro religione, mutari ſimul regimen civile, quod antea obtinuerat, non potuit, nec fortaſſe debuit. In tanta hominum multitudine, ut omnes recta capeſſere ſponte ſua non poſſunt, ita nec à malo abſtinent niſi coacti, præſertim cum tam multos in gregem fidelium compuliſſet non amor veritatis, ſed aliæ cauſæ humanæ. Hi reprimendi legum metu à facinoribus fuere. Alios, quæ maxima turba fuit, ea agere æquum fuit quæ legibus permitterentur, & humanæ ſocietati conſervandæ conducerent. Stare quippe non poteſt reſpublica, niſi ſint negotiatores, fœneratores, & artifices. Homines itaque etiam eſſe oportuit qui talia curarent, vel ob hoc ipſum quia meliora curare non poſſent. Hi non ſunt, licet Chriſtiani, quos ad majora virtutum ſpecimina vocatos dicere poſſimus. Nam ut ad ſalutem omnes vocati, pauci tamen electi, cum non volentis ſit, aut currentis, ut aliquis eligatur, ſed Dei ſit munus; ita nec ad altiores virtutes aſpirare poſſunt omnes qui ad eas invitari videntur. Deberet quidem id fieri; verum non quærimus jam quid debeat, ſed quid poſſit. Et recte Leo ille Philoſophus, cum uſuras reſtitueret, à patre Baſilio ſublatas, eam rationem earum denuo permittendarum adfert; ἐπεὶ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ πνεύματος οὐκ ἐστὶ παντὸς ἐπαρθῆναι, οὐδὲ τοῦ θείου νόμου τὸ ἀπήχημα δέξασθαι, ἀλλ' εὐαρίθμητοι οὓς ἐκεῖ ἄγει τῆς ἀρετῆς ἡ ἀνάβασις, ἀγαπη-

ἀγαπητὸν εἰ καὶ κατὰ νόμους ἀνθρωπίνους βιώσειε. Pauci, quos æquior amavit Deus, eo poſſunt contendere, ut elevato ad ſublimia ſpiritu, terrena hæc conculcent, & divinas leges meditentur. A cæteris nihil amplius requirendum, ſi modo id recte poſſint præſtare, quam ut legibus ſe accommodent, & ex eorum præſcripto vitam inſtituant. Fateor & ipſe quoque, quæ officia olim homini Hebræo præſtari juſſit lex Moſis, ea nunc præſtanda eſſe homini cuivis, omni populorum diſcrimine per Euangelium ſublato, & latius porrecto proximi intellectu, ſi id poſſet obtineri. Ita quidem & primi Chriſtiani factitarunt; non fratres tantum ſuos ad benefaciendum putabant qui ejuſdem eſſent fidei conſortes, ſed etiam omnes. Tertullianus in Apologetico ad Nationes: *Fratres autem etiam veſtri ſumus, jure naturæ matris unius, etſi vos parum homines, quia mali fratres.* Sed clarius Arnobius lib. IV Adverſus eaſdem Gentes, de conventiculis Chriſtianorum: *In quibus nihil auditur, niſi quod humanos faciat, niſi quod mites, verecundos, pudicos, caſtos, familiaris communicatores rei, & cum omnibus quos ſol videt, germanitatis neceſſitudine copulatos.* Ita legendum eſſe hunc locum, ex veſtigiis antiquæ ſcripturę in editionibus vulgo corruptiſſimum, Notæ noſtræ docebunt. Diſcipulus ejus lib. V, cap. X, de Chriſtianis: *Nimirum apud eos, qui bella neſciunt, qui concordiam cum omnibus ſervant, qui amici ſunt inimicis, qui omnes homines pro fratribus diligunt.* Si Chriſtiani tunc omnes homines, quos ſol videret, cujuſcunque religionis eſſent, ſuos fratres ducebant, omniaque in eos humanitatis & benignitatis officia exercere ſemper parati erant; quid nos nunc facere oportet Chriſtianos Chriſtianis? An non eos ſaltem habere pro fratribus & amore fraterno diligere, ſi Turcis id præſtare non poſſumus? Faceſſat ergo jam uſura; & Gallus Hiſpano, Chriſtianus utpote Chriſtiano, fra-

no, frater fratri, jam non ſolum mutuum det abſque fœnore id recepturus, ſed etiam ſi recepturus id omnino non ſit. Faciamus hoc, ſi pote fieri. Si rex eſt ullus tam potens ut ad hoc ſuos poſſit ſubditos cogere, ut non dicam hoſti ſed civi ita ſe benignos velint præbere, per me licet, lex quæ id jubeat, ſanciatur, & in ære æternum manſura figatur. Nec is ſum qui meliora tantum videnda ac probanda, non etiam ſequenda cenſeam. Sed eſſe oportet qui legi pareant, aliter fruſtra, quod rectum eſt, imperaturæ. Quædam bono fine inſtituta primo, poſtea experientia, ut ait ille, magiſtra, meliori fine abrogari debuerunt. Quod dictum olim de presbyterorum conjugio, melius etiam de fœnore dicatur ſi prohibeatur. Is enim plerumque conſequi ſolet ex vetitis abuſus, ut minorem liqueat ex conceſſis futurum. Idcirco prius interdicta iterum permittenda. Leo certe coactus legem patris tollere quę uſuram tollebat, id etiam aperte confeſſus eſt, vi veritatis adigente, bonam eſſe legem quæ uſuras vetuerat, ſed meliorem ſibi viſam quæ reſtitueret, propter hominum malitiam, διὰ τὴν ἐπιπολάζουσαν ἐν τῷ βίῳ κακίαν. Deinde addit, nihil ſe habere quamobrem carpat aut incuſet legem paternam, quod eam abolere cogatur, ſed quia ad eam perfectionis ſublimitatem, qualem lex illa ab hominibus exigebat, humanum genus adſpirare non poſſet: Οὐκ ἔχοντες αἰτιᾶσθαι τὸν νόμον ἐκ τῶν οἰκείων, μὴ γένοιτο, διὰ τὸ, ὥσπερ εἶπον, μὴ ἐφικνεῖσθαι τοῦ ὕψους αὐτοῦ τὸ ἀνθρώπινον, τὸ καλὸν παύομεν ὅρισμα. Profecto, quantum ad nomen proximi attinet extendendum ad omnes Chriſti lavacro imbutos, vix id obtineri poſſe videtur in orbe Chriſtiano tot in ſectas ſciſſo, etiamſi ex una gente conſtaret, eadem lingua, iiſdem inſtitutis ſub eodem domino utente. Nunc vero cum & Chriſtianitas in tot ac tam diverſos populos ſit diviſa, lingua, habitu, moribus, regimine; nec religio ubique, quamvis ab uno fonte

& ca-

& capite, uniformis & concors habeatur; ea conjunctio animorum dari inter Chriſtianos non poteſt, quæ fratres & proximos inter ſe faciat univerſos. In parvo populo, & regione non magna, qualis Judæa fuit, cum omnes eadem lingua uterentur, iiſdem legibus, ab una origine omnes deſcendiſſent, id facile fuiſſe, nemo non videt. Fingamus, unum idemque de fide ſentire quotquot in orbe ſunt Chriſtiani, & uno eodemque imperio regi, quaſi ſi eſſet una civitas. Si in eo imperio regnove diſtincta privatorum dominia ſimul admittas, ſi *Tuum Meumque* agnoſcas, ſi mercaturam permittas & artium negotiationem, alioſve quærendi modos; non poteris efficere quin ſint in ore omnium hæ dicta, facto etiam ac re confirmanda, *proximus ſum egomet mihi.* Μοῦνος γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμοὶ φίλος. *Tunica propior pallio. Caritas bene ordinata à ſemetipſa incipit.* Quæ omnia indicant, hæc tempora non longius abeſſe à priorum Chriſtianorum ævo, quam mores ipſos abeſſe ſentimus ab eorumdem æquitate, pietate, & caritate. Hi numero pauci in ſingulis plerumque urbibus, & indiſcreta pæne habentes omnia, haud paulo melius quam ipſi Judæi, fraterna inter ſe dilectione jungi poterant, & reipſa non minus eſſe fratres, quam mutua hujus appellatione gaudere. Nunc fruſtra quis poſtulet ad eam vitam revocare Chriſtianos. Ubi enim Chriſtiano Chriſtianus hoſtis eſſe legitimus, jure quo utimur, poteſt: Ubi bella juſta inter duos reges ac populos eamdem fidem ac religionem profeſſos cenſentur: Ubi Romani Pontifices, qui ſe Chriſti vicarios in Eccleſia Dei dici volunt, ea comprobant ac fovent, ſæpius etiam concitant, ipſique belligerant: Ubi civilium diſſenſionum arma prætextu non carent, & colore juſticiæ ſe tuentur qui ea inferunt: Ubi denique privati, non cives modo, ſed vicini, nec vicini tantum, ſed affines & propinqui, immo & fratres, de limitibus

agro-

agrorum inter se jure litigant, odiaque exercent legitima, vanum est disputare an usura faciat contra caritatem proximi & Christiano sit prohibenda. Dicit Ambrosius in libro de Tobia, ab illo usuram exigendam cui merito nocere desideras: *Cui jure*, inquit, *inferuntur arma, huic legitime indicantur usuræ: quem bello vincere potes, de hoc cito potes centesima vindicare te. Ab hoc usuram exige quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat qui usuram flagitat. Sine gladio se de hoste ulciscitur qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi jus belli, ibi etiam jus usuræ.* Hæc plane declamatoria sunt. Quod ubi jus belli est, ibi etiam jus usuræ esse vult, significat, non cum aliis exerceri fœnus debere quam quos jure belli possumus occidere, & cum quibus justum habemus bellum. Quidam hodieque certe opinantur, Judæos non cum aliis gentibus olim fœnus agitare permissos, quam quas impune interficere poterant, quasque adeo internecione delere jussi erant. Non ita mihi videtur. Certe in regulis juris Muhammedani simile est, quod sancitur licitum esse fœnus Muslimo cum inimicis مسلم وحربي. Ita vocant Christianos & omnes alias gentes quæ sectam Muhammedi non sequuntur, cum quibus, donec aut exciſæ sint, aut se dediderint, belli sempiterni jus habent. Nam bellum ipsis est حرب *harb*. Et دار الحرب *dar elharb*, regionem vocant Christianorum, quasi *hosticum* dicas, quia cum his perpetuum justumque habent bellum ex lege Muhammedis. Ergo Muhammedano cum Christiano non est vetitum fœnus. Sed addit eadem regula, في داره *in ejus territorio*, hoc est, si Muhammedanus inter Christianos versetur, posse illi fœnerari. Si contra Christianus inter Muhammedanos agat, usuram ab illo accipere non licere, non magis quam

quam ab ullo Muhammedano vel Muslimo, ut sese vocant. Profecto nec à Christianis exigi licitæ, qui se illis subjicere coacti sunt, & tributum solvunt. Qui apud ipsos quoque vivunt, etsi è regione venerint quæ nondum ipsis pareat, quia tamen in fide eorum & clientela quodammodo sunt, ideo æquo jure videntur cum subjectis. Rationem addunt, cur cum hoste in hostico permissa sit Muhammedano usura, لانه مال مباح فيجوز اخذه باي طريق كان, *quia facultates eorum patent veluti ad prædam, & direptio earum licita est quacunque via.* Quæ plane eadem ratio est qua Ambrosius vult, *ubi jus belli, ibi etiam jus usuræ esse.* Quod verum sit apud Muhammedanos, apud Christianos locum habere non potuit quales primis Ecclesiæ sæculis fuere. *Nimirum apud eos*, ut ait Lactantius, *qui bella nesciebant, qui amici erant etiam inimicis, qui omnes homines pro fratribus diligebant.* Apud Christianos hujus ævi ne id quidem locum habeat, quo more ac jure inter se aut vivunt, aut vivere eos oportet. Neminem quippe eo modo persequi bello debent, quo Muhammedani solent quicunque diversæ religionis sunt. Si bella justa aliqua sunt Christiano adversus Christianum, non perpetua esse debent, nec eo fini ut alter alterum regno expellat, sibiq; subjiciat, sed eo modo duo reges bello ob controversias inter se ortas disceptare convenit ut privati litigant. Bellum ad tempus sumitur ut deponatur, mox pace facta, ac discordia composita. Quamdiu bellum inter duas gentes Christianas, non magis tum inter eas fœnus potest exerceri quam rerum aliarum agitari commercium. Ut negotiatio omnis inter utrasq; redit finito bello, ita & fœnus. Inter amicos igitur, non inter inimicos & hostes, reciprocatur fœneratio. Quis enim sustineat inimico credere quod nunquam sit recepturus, quodque sit ipsi periturum

sin

sine bona gratia? Reddere quippe inimicus quod deberet inimico, non magis posset in animum inducere, quam inimicus id commodare quo juvari suum inimicum à se posse existimaret. Hoc vix amici faciunt hodie ut appellati libenter quod debent solvant. Ut fœnus negotiationis est genus, ita non potest cum aliis populis exercerī quam inter quos aliorum quoque negotiorum commercium intercedit. Quod inter cives & amicos exercetur, etiam id exercendum, & exerceri vero tantum potest cum amicis gentibus. Si à civibus & amicis exigi nullo modo debet, nec ab inimicis quidem esset exigendum Christiano, eo jure & modo quo ab hostibus accipiendum censent Muhammedani. Nam Christianus ex Christi lege amicus esse debet inimico, & omnes, quibus etiam odio est, pro fratribus diligere. Nullibi igitur locum habere poterit quod dixit Ambrosius; *ubi jus belli sit ibi jus usuræ esse:* nisi si forte, ut diximus, inter Muhammedanos. Ceterum si tollendum omnino est fœnus ut caritati contrarium, prohibeantur prius & cetera omnia quæ caritatis illius exercitium impediunt, &, quam decet esse inter fratres gratiam, dissuunt ac discindunt, tum veniatur ad fœnus, quod non est Christianę dilectionis maximum obstaculum, removendum. Pellant Simoniam de Ecclesia Canonistæ, tum solliciti sint de usura pellenda. E medio abjiciatur mercatura, hoc est, fallendi fraudandiq; ars, & comes simul ei facessere jubeatur fœneratio, sine qua vix potest subsistere. Maneat hæc, si illa relinquitur. Si quis porro reducere velit frigore jam intermortuam illam caritatem antiquam, reducat & omnia quæ illam calfaciebant, Agapas priscorum Christianorum, bona inter fratres communia, divitiarum & mortis contemptum, zelum pro Dei gloria, & alias virtutes Christianas, quæ jam pridem exulant, solo tantum nomine cognitæ. Quamdiu divites erunt & pauperes,

peres, non poterit pauper amare divitem nihil sibi largientem, nec dives pauperem cum importunitate petentem. Quamdiu artes illæ erunt in pretio quæ paupertatem fugientes ad divitias conquirendas avide currunt, nusquam locus esse poterit caritati quam quærimus, cum nemo sit artes eas profitentum, quin sibi melius esse malit quam alteri, & bona sua ex proximi malis augere omni modo velit. Quod cum fit, id fieri non posse certum est sine exitio & pernicie dilectionis illius qua proximum amare tenemur. Sublevare inopem, caritatis esse officium, nemo nescit, sed pauci sciunt id facere quod sibi faciendum esse norunt. Ut diversi gradus inopiæ sunt, ita & modi varii ejus sublevandæ. Prorsus egenus, non mutuum petit quod reddere nequit, sed eleemosynam, id est, id beneficium quod nunquam sit redditurus. Mutuum frustra talibus daretur. Est genus inopiæ temporalis, quæ petit sibi succurri tantisper, dum ex angustiis, quibus premitur, emergat. Immo ad hoc opem rogat quo facilius possit inde liberari. Hæc est quæ mutuum poscit, id redditura ubi facultas reddendi ipsi suppetierit. Si nunquam suppeteret, nunquam repeti volebat caritas prisca Christianorum ex Christi præcepto ordinata. Si eæ facultates sint, ut possit præter mutuum & usurā vice gratiæ persolvere, ingratus est, nisi eam præstet juxta eamdem caritatis normam quæ gratiam referri pro beneficio jubet. Is cui refertur, ut accipere eam potest sine caritatis offensione, ita sine ejus damno non potest acerbe nec præter modum exigere. Propter ingratos, qui non reddebant mutuum cum accessione cum id possent, lege jubendæ usuræ fuere: propter acerbos exactores, qui immodicas sibi persolvi cogebant, easdem vetari, æquum rursus visum est. Iniquum tamen erat paucorum gratia, qui modum excederent, excludi multos ab illo levamine, quod in temporaria sua inopia

spera-

ſperabant, mutui inveniendi, conditione reddendi appoſita cum uſura. Plerique enim, hac ſpe ſublata, ex pecunia, quam mutuo dediſſent, gratiæ ſive mercedis pro uſu ejus, quo privabantur ipſi, recipiendæ, vel ſane lucri ex re ſua faciendi, nolebant gratuito mutuum dare, in tam abundante præcipue ingratorum annona. Sic medium Chriſtiani non minus quam Ethnici legiſlatores tenuerunt, inter diſtrictam vetandi ſeveritatem & effuſam permittendi licentiam, ut eas licitas vellent, ſed cum modo ex circumſtantiis locorum, rerum, perſonarum temperato. Cum Baſilius Macedo eas lege prohibuiſſet, nemo reperiebatur qui gratis pecuniam ſuam cõmodare cuiquam vellet. Ea de cauſa plerique inopes ad incitas redigebantur, & bonis evolvebantur. Sic eam legem abrogare coactus eſt Leo Philoſophus ejus filius, & uſuras, quæ ad id locorum, niſi per patrem, non fuerant vetitæ, iterum, ſicut antea erant, inter permiſſa reponere. Οἱ γὰρ πρὶν, inquit, ἐλπίδι τῶν τόκων πρὸς τὸ δάνειον πρόθυμοι, τεθέντος τοῦ νόμου, τὸ μηδένα δυνάσθαι κέρδος ἐξάγειν ἐκ τοῦ δανείσματος, ἀφιλάνθρωποί τινες καὶ ἀμείλικτοι πρὸς τοὺς δεομένους τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας καθίστανται. Alia incommoda & mala ibidem recitat ex interdictione fœnoris nata, ὅρκων προβλήσεις καὶ ἀθετήσεις. Jurabant enim multi in judicio, ſe non accepiſſe uſuras quas acceperant, aut juramentum fœneratores à debitoribus exigebant de non repetendis uſuris, ſi quas ſolviſſent, & ſuper his non movenda apud judicem quæſtione. Qui id juraverant creditori ſuo, plerumque pejerati eas repoſcebant & in jus vocabant fœneratores. Nec ſine cauſa porro in ſingulis Hollandiæ urbibus conſtituti publici fœneratores, *Longobardi* vulgo dicti, quales erant olim ſub Imperio Romano & in Græcia trapezitæ vel argentarii, qui inopibus pecuniam dant mutuam ſub pignoribus. Abſque quo eſſet, plerique bonis vili pretio

tio venditis everterentur, aut vertere ſolum foroque cedere cogerentur, qui reſpirandi inde laxamentum nacti res ſuas iterum in ſolido locant, & pignora recipiunt à fœneratore, perſoluto cum uſuris pactis debito. In Gallia noſtra ſi idem mos obtineret, melius ageretur cum ruſticis & artificibus inopibus, qui à tributorum exactoribus appellati ubi ſolvendo non ſunt, ſupellectili omni ſtatim divendita, idque viliſſimo pretio, lectis etiam, in quibus cubant, excutiuntur. Quæ poſtea magno utpote ad vitam neceſſaria emere iterum coacti, paulo poſt iterum minimo addici pro tributi ſolutione vident, donec tandem ad ultimas egeſtatis metas, nunquam in poſterum emerſuri, compellantur. Audio de quodam veſtifice Middelburgenſi, qui prædicare ſolet, abſque ope *Longobardi*, & opera unius poculi argentei octo vel decem circiter florenis æſtimandi, renuntiaturum ſe ſuæ ſæpius arti fuiſſe, ſibique inde nihil futurum aliud ſuper, quam gnaviter eſuritioni operam dare. Sartoriis operis, quas habet conductas, in fine ſingularum hebdomadum ſolvenda eſt penſio. Defertur ad fœneratorem poculum. Ubi pecuniam ipſe accepit ab his qui debent pro factura veſtium, quia non ſemper ad diem ſolvunt, ad redimendum poculum properat. Mox iterum oppignerat ubi opus habet, iterumque liberat. Sic totus ipſi annus it obliganti & redimenti vaſculum ſuum, cum uſura quidem ſatis grandi, utpote quæ ternas centeſimas in annum conficiat, ſed quæ maximam ipſi afferat utilitatem & grande compendium, dum à maximo eum diſpendio prohibet, immo à certo omnium fortunarum exitio. Quæ hactenus de fœnore & uſuris diximus, fœnerandi morem ſpectant, qualis apud veteres Græcos Romanoſque receptus fuit, qualiſq; hodie inter mercatores & trapezitas exerceri ſolet. Eo enim omnia referri debent quæcunque docuimus de uſura permit-

permittenda, & permissa semper in Imperio Romano ab Imperatoribus æque Christianis, ut paganis. Quod ad reditus nostros annuos attinet, qui successerunt in locum antiquis usitati fœnoris, longe minus dubitandum reor, an inter licita sint recipiendi, si modum à lege & rege præscriptum teneant. In commercio sunt, ut res cæteræ. Venduntur, permutantur, in dotis dictione traduntur, ut ædes, agri, & alia bona. Quinimmo & consuetudines sunt quædam in Gallia, ut Francica, quæ eos inter immobilia reputant. De quibus nos in sequenti libro de modis Usurarum, ubi etiam declarabimus unde originem ceperint. Nimis scrupulosas & infirmas esse conscientias judico quæ verentur illo genere usurarum uti. Quæ apud veteres autem permissæ fuere, quæque hodie sunt impermissæ, quas tamen multi privatorum clam exercent, ab his omni Christiano abstinendum censeo, non alia de causa quam quia princeps eas non admittit, & lege vetitæ sunt. In his enim omnibus quid à Principe & republica concessum sit, spectandum est, idque pro legitimo ac licito habendum, ut moneta, non quæ optima, recipienda, sed quæ cursum habet in foro rerum vænalium, cum pretio lege præscripto. Usuras quippe in genere à jure naturali sive gentium permissas esse supra demonstravimus. Sed modus earum jure civili, id est, lege temperandus est, isque à privatis observandus. Si quis eam rem exigat ad regulam caritatis quæ proximo à Christianis debeatur, triplex ejus exhibendæ gradus est. Primus ac summus, in dando consistit quod non sis recepturus. Hæc eleemosyna est vel ἔρανος Græcorum, non mutuum. Secundus in mutuo dando quod recipias, par pro pari, sine ulla accessione. Quod Dominus dixit τὸ ἴσον ἀπολαβεῖν. Tertius & infimus in eo genere mutui est quod repetas cum usura. Quo genere sæpe juvantur non minimum, qui pecuniam ad præsens

sens non habent, & quærunt unde agros emant, aut ædes, aut pecora, vel alias merces ex quibus multum lucri faciant. Primus locum habet in prorsus egeno. Secundus in eo qui temporali inopia pressus est, qui habet aut habebit unde solvat. Tertius in divite, sed non satis nummato, & lucrum ex eo mutuo captante, ut solent mercatores à mercatoribus mutuari. In hoc postremo & infimo gradu etiam caritas multis modis potest elucere, si libenter des, si sine pignoribus, si expectes dum debitori tuo commodum sit solvere, si non acerbe appelles, si datum hoc beneficium quasi inopi & egenti non exprobres. Adeo autem fœneratio affinis est mercaturæ ut & ipsa sit negotiationis species, & mercatura sive ἐργασία pecuniæ, & mercatoribus ipsis præterea summopere necessaria. Cum Muhammed in Alcorano suo eam vellet interdicere, nonnulli obstrepebant, qui dicerent, non eam magis esse vetandam quam mercaturam. Dicebant quippe, انما البيع مثل الربا, quod permutatio rerum similis esset fœnerationi. Respondet eis Muhammedus, Deum permisisse permutationem, at vetuisse usuram, واحل الله البيع وحرم الربا, in Surata Corani secunda. Nec resurrecturos porro ibidē asserit qui fœnus exercerent, nisi quomodo resurgent quos Sathanas obsessos dementaverit. Sed falsum, quod planus ille affirmat, simpliciter à Deo in veteri testamento fœnus Judæis interdictum, quod ipsis permissum fuit agitare cum omnibus peregrinis. Quid ille igitur Dei osor spectavit, cum Arabibus suis mercaturam rerumque permutationem licitam esse voluit, usuram illicitam? Ismaëlitæ ab omni ævo mercaturæ dediti, præcipue illi generi quod Græci ἐμπορικὸν appellant, estque πλανητικὸν & vagum, ut ipsi πλανῆται sunt & errones. Gene-

feos XXXVII Ismaëlitis, qui è Gilhad, quæ Saadiæ Γέρρα Syriæ urbs, varias merces in Ægyptum camelis deportabant, venditur Josephus è cisterna, in quam eum dimiserant fratres, extractus. Ismaëlitæ illi mercatores sunt Arabes omnibus interpretibus Chaldæis, Arabibus, & Persæ. Alter ex Chaldæis *Saracenos* interpretatur, סרקאי. Tavosius Persa *Arabum Caravanam* appellat, ut hodieq; nomen habent, كروني عربان. Quos ab antiquo mercatores fuisse constat, an non etiam fuere fœneratores? Hæc enim affinia sunt & conjuncta, & vix alterum sine altero reperitur. Quatenus & fœneratio etiam negotiatio est pecuniæ, & nulli frequentius mutuari sub usura habent necesse quam mercatores. Huic generi hominum quales Arabes fuere, ultro citroque discurrenti mercium causa, ac subinde sedes mutanti, minus fortasse convenit fœneratio hujusmodi qualis apud Græcos Romanosque exercebatur. Stataria quippe & sedentaria forensisque hæc negotiatio. Plinius *quæstuosam segnitiem* appellat. Ideo fortasse Muhammed, quia minus accommodata esset ingenio suæ gentis ac moribus quam mercatura, hanc permisit, illam vetuit. Nec enim in ea suis interdicenda videtur respectum habuisse quod & Judæis similiter à Deo fuisset interdicta. Cum enim Deus usuram cibi æque prohibuerit ac pecuniæ, Muhammed usuram rerum edulium permisit quæ non in pondere & mensura darentur. Earum vero quæ in pondere & mensura consisterent, quod vocat معيار الشرعي, id est, νομικὼ μέτρησιν, non admisit mutuationem, sive permutationem, nisi سوا بسواء, par pari, absque incremento nimirum & accessione. In ceteris licitam esse voluit, ut duos olerum fasciculos pro uno paciscì, duo ova pro uno, duos dactylos, & similia.

Hoc

Hoc enim fundamentum usuræ vetitæ sibi posuit, ut res ejusdem generis, quæ pondere & mensura continerentur, fœnoris accessionem in mutuo dando vel permutatione facienda non reciperent, ut jam ante notavimus, & in sequenti libro latius exposituri sumus. Si alterutrum itaque abesset, hoc est, si res ejusdem generis reddenda foret, non in pondere vel mensura, aut ejusdem quidem ponderis vel mensuræ reddi deberet, sed non in eodem genere, tum id licere cum augmento reponi. Quinimmo & pecuniæ etiam numeratæ ut follium & drachmarum admisit usurariam mutuationem, quia non in pondere & mensura constarent, sed in numero. Qua de re nos in sequenti tractatu plura. Aliæ sectæ Arabum, ut Xaphienses, & Malichenses, etiam ciborum, quam permiserat Muhammed, non in pondere, aut mensura dandorum, fœnebrem mutuationem prohibuerunt, rigidiores hac in parte ipso Muhammede, ut infra dicturi sumus. In toto oriente fere ab omni ævo credendi consuetudo minus frequens fuit quam inter Europæos. Non nisi de rebus certis ac præsentibus præsentes ipsi contrahere inter se ferme solent, & venditiones emptionesque raro aliter fiunt nisi præsentaria pecunia. Græci quoque olim hunc morem habuere. Unde proverbium, *Græca mercari fide.* Ἐκ χερὸς ἐις χεῖρα, hoc dicebant, &, δὸς, λάβε. Arabes similiter, يدا بيد, *de manu in manum.* Quod & Phœnicibus in more fuisse testatur Sophocles, his versibus quos Grammatici citant:

— οὔτοι Φοίνιξ γίνομαι,
Τῇ μὲν δίδωμι χρεὼ, τῇ δ' λαμβάνω.

At fœnus non potest esse nisi in diem credatur. Apud quos autem credendæ pecuniæ, aut alterius cujuslibet rei mos inolevit post præstitutum tempus reddendæ, ibi æquum etiam fuit jus introduci interusurii præ-

ſtandi pro commodo medii temporis quo quis alienam rem, quam utendam accepit, retinuit. Ut emptor, qui rei emptæ pretium non repræſentavit, pro mora pretii ſoluti naturaliter tenetur uſuram præſtare. Quæ uſura Arabibus نسيئة *neſia* dicitur. Quo caſu ea apud illos recepta ſit, in ſequentibus docebo. Alii eam mercem, cujus ſciunt ſibi pretium non eſſe repræſentandum, eo carius diſtrahunt quam facerent ſi id in continenti perſolveretur, ut quaſi in anteceſſum hoc modo uſuram ſuæ pecuniæ apud emptorem remanentis percipiant. Quod an licitum, dubitarunt Canoniſtæ. Tandem tamen pronuntiarunt illicitum, ex dicto illo Dominico, *date mutuum, nihil inde ſperantes.* Cujus præcepti vi non uſura tantum recuſari deberet pro mora ſolutionis tardius factæ, ſed & ipſum pretium pro re vendita nullum à venditore recipi oporteret. Ceterum quamcunque habuerit rationem Muhammed uſuræ prohibendæ, id ad nos parum attinet quibus conſiderandum eſt, quid reipublicæ Chriſtianæ forma, ut nunc eſt, requirat, aut ferre poſſit, & quid in ea re ſit verbo divino non repugnans. Neceſſitatem mutui fœnebris inter omnes gentes, quæ mercatura utuntur, & commercia cum exteris vel cum ſuis habent, id etiam maxime teſtatur, quod contra adeo expreſſam & exertam fœnoris prohibitionem hodieque gentes illæ, quæ Muhammedis ſectam ſequuntur, non poſſunt eo abſtinere. Quia vero lege non eſt permiſſum, jus non dicitur adverſus eos qui rei creditæ fœnus abjurant. Mutuo tamen contrahentium conſenſu recipitur ſub uſuris mutuandi conſuetudo. Præſtaret, non eſſe vetitum, cum lex, quæ vetuit, obtinere non poteſt ne contra vetitum eatur. Quæ ratio perſuaſit Leoni philoſopho, ut legem à patre Baſilio latam de fœnore non exercendo aboleret, ut paulo ante docebam. Multa alia dici poſſent

poſſent pro fœnore aſſerendo contra verſuræ everſores, quæ libenter omittimus, quia jam ab aliis eruditis viris occupata ſunt. Accuratiſſime nuper, ut omnia, doctiſſimeque hoc argumentum tractavit Reverendus & clariſſimus vir, celeberrimuſque Theologus, Andreas Rivetus, in Explicatione Decalogi. Nonnulla etiam adhuc eodem pertinentia in ſequenti commentario, de modo uſurarum, ſparſim erunt inſerenda, quandoquidem, ut modus in omnibus rebus optimus eſt, ita ad uſuras, ne noxiæ ſint, moderandas in primis habetur neceſſarius. Jam ergo videmur veriſſime poſſe concludere, ſi malum ſit fœnus, malum eſſe omnino neceſſarium, quo carere πολιτεία hodierna vix queat, ut nec aliis multis, quæ melius fortaſſe abeſſent, ſi ad meliorem aliquam perfectioremque regiminis civilis ideam Chriſtianis, ut nunc ſunt, adſpirare daretur, reique publicæ ſtatum habere poſſent melioribus temperatum & inſtitutis & legibus. Quod optare, proclivius multo eſt quam ſperare. Id vero conſequi, ut hominum ſunt vitia, prorſus ἀδυνάτον eſſe, nemo non videt. Sed quantumvis malam fateamur verſuram, ſola neceſſitate excuſandam, confeſſio vel invitis ejus adverſariis hæc extorquenda, ita jure civili, quo veteres uſi ſunt Chriſtiani, in Imperio Romano, ſub Imperatoribus Chriſtianis, approbatam eſſe ac receptam, ut nec cum jure naturali nec cum divino pugnet. Quod ubi confeſſi fuerint, nec illud negare poterunt, eam & juri gentium, quod etiam naturale eſt, ſed ſolorum hominum ratione utentium, & ſitum eſt in humani generis ſocietate, maxime eſſe conſentaneam, utpote à quo orta ſit atque introducta.

Δόξα τῷ Θεῷ.

OMISSA,

Quæ addenda ſunt & ſuis locis inſerenda ſic.

PAg. 6, lin. 31, *poſt illa verba*, manifeſtum eſt, *adde:* Lactantius in Epitome cap. 11 : *Ne quis arbitretur, aut victimas, aut odores, aut dona præſentia deſiderari à Deo.* Ἀναθήματα intelligit.

Pag. 16, lin. 18, *poſt* γεγάμηκας, *adde:* Sed ſæpe apud Græcos, tã in verbis quam in nominibus ει diphthongus pro iota ſimplici longo reperitur, & contra. Hinc & in antiquis ſaxis & libris quibuſdam δανειστὴς & δανείζειν ſcriptum invenitur, cum rectum ſit δανίζειν, atque etiam multi codices antiquiſſimi ita ſcriptum habeant.

Pag. ead. lin. 28, *pro illis*, ut à τέλος τέλειον, *lege & adde:* ut à γάνος γάνειον, unde Latinis *ganeum*, ſic à δάνος δάνειον. Quod non eſt ὑποθετικὸν. Nam τὸ δανίον diceretur. Nec ea forma factum eſt ut παμῆον, & ſcribi deberet δανῆον. Sed eſt adjectivum vice ſubſtantivi, ut τὸ τέλειον pro τέλος, ita τὸ δάνειον pro δάνος, & ſubintelligitur χρέος, τὸ δάνειον χρέος, pro δανειακὸν. Sic τὰ τέλεια eadem quæ τέλη. Heſychius: Τέλεια καὶ τέλη, τὰ ἀναλώματα καὶ τὰ συνέδρια ἢ ἀρχῆ. Ita ergo δάνειον idem quod δάνος. Nam & δάνος primitivum, non tantum pro dono, ut Euphorion poſuit, ſed etiam pro mutuo accipitur apud Græcos. Sirachides cap. XXIX : Πολλοὶ, ὡς εὕρημα ἐνόμισαν δάνος. Ammonius: Λαμβάνων ἐν δάνῃ, ἵνα ἀποδῷ. Quod & alibi reperitur.

Pag. 49, lin. 7, *poſt*, ponunt, *adde:* Heſychius tamen πληρωτὴν ἐράνου interpretatur συναγωγὸν. Sic enim apud eum diſtinguendum eſt; πληρωτὴς ἐράνου, συναγωγός. Videtur, eum plane intelligere, non qui ſtipem debitam confert ac ſolvit, ſed qui cœtum ipſum complet,

complet, & conventui vel convivio intereſt, nec præſentiam in eo ſuam patitur deſiderari. Nam συναγωγὸς, is eſt, qui conventui participat, ut contra ἀσυνάγωγος vel ἀποσυνάγωγος qui à conventu ſeparatus eſt ac ſegregatus. In his eraniſtarum epulis συνάγειν dicebant *una bibere*, vel *ad bibendum coire*. Heſychius: Συνάγειν, μετ' ἀλλήλων πίνειν. Ergo & συναγωγὸς, qui unus eſt ex illis & inter illos præſens qui ſimul compotant. Pollux tamen πληρώσαι ἔρανον pro *ſolvere* ac *inferre ſtipem* poſuit lib. VIII, cap. XIII: Ἔρανος φορὰ, ἐράνου καταβολή. καλενεγκεῖν τ' ἔρανον, πληρώσαι τ' ἔρανον, ἐλλιπεῖν φοράν. Contraria enim heic videtur poſuiſſe, πληρώσαι τ' ἔρανον, & ἐλλιπεῖν φοράν. Sed hæc omnia eodem recidunt quoad ſignificationem. Semel in menſe coibant ad epulandum, ſemel etiam ſtipem conferebant. Et videntur quoties coirent ad epulas communes, etiam ſolitos menſtruam inferre ſtipem quam quiſque eraniſtarum tenebatur penſitare. Igitur ἐράνου πληρωτὴς tum dicebatur qui aderat, & cœtum convivientium complebat, ſimulque debita collatione fungebatur, eamque implebat. Nam qui ἐλλιπεῖν φοράν volebant, hoc eſt, ſolutioni renuntiare, nec ſe præſentes convivio ac conventui ſiſtebant, nec συναγωγοὶ erant. Utroque ſenſu πληρωτὴς ἐράνου dici poteſt, & qui adeſt convivio ſive compotationi, & qui, quod debet, ſolvit. Nam & vox ἔρανος *convivium* pariter ſignificat, & *ſtipem* quæ confertur. Sic & πληρώσαι, utrumque etiam deſignat, *implere promiſſum* ac *ſolvere*, & *cœtum*, cujus pars eſt dum ſe præſentem ſiſtit, *complere*. At collatio illa, quæ publice penditur à civibus, vel amicis præſtatur ἐράνου nomine, ad hanc ἐράνου πλήρωσιν, de qua hic quæſtio eſt, non pertinet.

Pag. 51, lin. 4, *poſt illa*, à conferendo, *adde:* Ἔρανος etiam fuit illa collatio, & quidem menſtrua, quam Chriſtiani primis Eccleſiæ tẽporibus in arcam quam-

dam mittebant, ut pauperes inde alerentur & humarentur. de qua Tertullianus in Apologetico: *Etiam si quod arcæ genus est, non de honoraria summa quasi redemptæ religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit, & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt.* Vide quæ sequuntur. Sed de eo Christianorum erano nos alibi. Xenophon alter in Κυνηγετικῷ, qui nondum est editus, ἔρανον appellat collationem Gallis veteribus venatoribus usitatam, arcæ ad hoc destinatæ, quam θησαυρὸν appellat, stipem inferentibus, prout esset fera quam in venatu ceperant. Ex qua summa collecta annua die sacrificium Dianæ facere soliti. Qui leporem ceperat, duos asses in thesaurum injiciebat: qui vulpem, drachmam: qui capream, quattuor drachmas. Titulus capitis est, περὶ τοῦ Κελτῶν νόμου, καὶ τοῦ ὑπ' αὐτῶν γινομένου ἐράνου τῇ Ἀρτεμίδι.

Pag. ead. lin. 8, *post* infundendis, *adde:* Omnes enim sodalitates arcam habuere communem ad stipem, quam inferebant singuli ex collegio menstruam recipiendam. Sed & collegiis licitis, quibus coëundi jus à senatu vel principe concessum erat, ut pistorum, naviculariorum, & aliorum, arca communis fuit, quia tes etiam inter se habuere communes. Lex I. D. Quod cujuscunque: *Quibus autem permissum est corpus habere collegii, societatis sive cujuscunque alterius eorum nomine, proprium est ad exemplum reipubl. habere res communes, arcam communem, & actorem sive syndicum, per quem tanquam in republica, quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat.* Et *collegia* quidem ea corpora negotiatorum, quæ societatis causa coëunt & omnia habent communia, magis dici solent, *sodalitates* autem eorum sunt proprie qui religionis vel delectationis gratia coëuntes nihil habent commune nisi arcam cui singuli ex collegio sodales stipem

stipem menstrua die inferre tenentur. Nullus fere Deorum cultus apud veteres absque hujusmodi sodalitatibus. Cicero de Senectute: *Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt, sacris Idææ magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus.*

Pag. 53, lin. 25. συμβολῶν appellata, *adde:* Ita apud Terentium in Andria: *Symbolam dedit, cœnavit.*

Pag. 54, lin. 7, cœtu, *adde:* Sed melius, συμβολὴν hic pro collatione accipere, ut idem sit quod καταβολή. Quo sensu & apud Pollucem legitur lib. VIII, cap. ultimo: Καὶ τὸ πρᾶγμα, συντέλεια, συνεισφορὰ, συμβολὴ, ἔρανος. Cicero in II de Oratore *collectam* vocat: *Ego vero,* inquit ille, *quoniam collectam à conviva Crasse exigis, non committam, ut, si defugerim, tibi causam dem recusandi.* Incertum est, cum de convivii collecta loquatur, utrum de symbola intelligat, quæ ab unoquoque exigebatur in conviviis, quæ de symbolis ἀπὸ τῶν συμβολῶν fiebant, an de collatione ab singulis in cœtu eranistarum facienda ęque ad convivandum. Sed præstat intelligi debere de eranistica collatione.

Pag. 56, lin. 6, ut hinc apparet, *adde:* Quod & egregie confirmat Cicero in Catone, his verbis, quibus liqueat non valde sumptuosa vulgo fuisse hæc sodalium convivia: *Primum habui semper sodales. Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt, sacris Idææ magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat quidam fervor ætatis qua progrediente omnia fiunt in dies mitiora.*

Pag. 60, lin. 2, fœnore, *adde:* Quæ præcedunt apud Plautum, de amicorum ἐράνῳ, sive mutuo, suadent eum versum accipiendum: (*copia.*

Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni
Supplicabo, exobsecrabo, ut quemq; amicum videro.
Dignos, indignos adire, atq; experiri certum est mihi.
Nam si mutuo non potero, &c.

Pag. 141, lin. 20, debitor, *adde:* Sed contrarium plane habetur apud Harmenopulum lib. III, Tit. VII, ex libro Magistri cui titulus τὸ Ῥωμαϊκόν. Sic enim scribit: Πολλή ἐστι διαφορὰ ἐπερωτήσεως ἐπὶ τόκων καὶ συμφωνίας. Εἰ μὲν γὰρ περιέχει τῷ ὁμολόγῳ, ὁμολογεῖς παρέχειν μοι καὶ τοὺς τόκους, τοῦτο ἰσχυρόν ἐστι πρὸς ἀπαίτησιν. εἰ δὲ οὕτως ἁπλῶς γέγραπται, ἐδανεισάμην ἀπό σου τόδε, καὶ συνεφώνησα δοῦναί σοι καὶ τοὺς τόκους, τοῦτο οὐ πάνυ ἰσχυρόν ἐστι πρὸς ἀπαίτησιν. Sane in plerisque Chirographis, quæ occurrunt apud Jurisconsultos, ipsa etiam stipulationum verba sollemnia posita reperiuntur. *Stipulatus est Manius, ego Lucius spopondi.* Verum de his alibi.

Pag. 155, lin. 25, præcipitium, *adde:* De mendo tamen ne suspicari possimus, obstat quod apud Harmenopulum lib. I, Tit. III legitur, ex libro Ῥωμαϊκῷ Magistri, Tit. XXX, cap. VII: Ἐπὶ τριάκοντα χρυσίου λίτρας καὶ δύο ἀρκοῦσι πρὸς μαρτυρίαν, καὶ μέχρι δὲ πεντήκοντα τρεῖς ἀρκοῦσι. Usque ad triginta duas libras vult duos testes sufficere: à triginta duabus libris usque ad quinquaginta, tres adhibendos esse. Atqui ipse Justinianus in ea lege Codicis ult. Si certum petatur, ita demum instrumenta Chirographaria sine trium testium subscriptione valida haberi prohibet, si summa, quæ his cavetur vel reddenda, vel reddita, excedat libras quinquaginta. Ergo usque ad quinquaginta libras auri licuit tum chirographa valitura conscribere quæ à tribus testibus non essent subscripta. Verum de his adhuc in altero Volumine de Usurarum modo plura.

Pag. 165, lin. 27, post *commodare*, *adde:* Inde & ἀντίχρησις commodatio est mutua, non mutuus usus, ut in sequentibus dicam, ubi de Antichresi erit disserendum.

Pag. 167, l. 30, non accipit, *adde:* Hesychius: ἔκμισθοι, οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες. Idem significat & ἀπόμισθος, *mercedis* nimirum *expers.* Et tamen ἐκμισθοῦν & ἀπομισθοῦν verba eamdem habent cum simplici μισθοῦν signi-

significationem, quibus respondent Latina *elocare* & *ablocare.* Apud Aristotelem in Politicis, lib. I, cap. XI: ἐκμισθοῦν est *elocare:* Καὶ ἐξαίφνης ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἐβούλετο. Eodem sensu positum legi & apud Xenophontem in libro de Vectigalibus: Ἐκτήσατο χιλίους ἀνθρώπους οὓς ἐκεῖνος Σωσίᾳ τῷ Θρᾳκὶ ἐξεμίσθωσεν: *quos ille Sosiæ Thraci elocavit.* Idem est & ἀπομισθῶ. Glossæ: ἀπομισθῶ, *eloco.* Apud Pollucem lib. IX, cap. V, qui vectigalia elocant, ea dicuntur ἀπομισθοῦν: qui conducunt, μισθώσασθαι. Nihil igitur plus significat ἀπομισθοῦν quam μισθοῦν. Sed omnino, quod dixi, ἐκμίσθωσιν proprie, pro locatione si ponatur, non esse Græcum, id verum est. Nam æque conductionem potest significare. Nulla quippe differentiæ ratio inter μίσθωσιν & ἐκμίσθωσιν, ut hæc locatio sit, illa conductio, cum utraque eamdem habeat notionem. Quale enim discrimen est inter μισθῶσαι & μισθώσασθαι, idem plane est inter ἐκμισθῶσαι, & ἐκμισθώσασθαι, ἀπομισθῶσαι & ἀπομισθώσασθαι, ut prius de locatione, alterum de conductione usurpetur. At μίσθωσις & ἐκμίσθωσις idem, sive pro locatione, sive pro conductione accipiatur, cum æque ductum videri possit ἀπὸ τοῦ μισθῶσαι quam ἀπὸ τοῦ μισθώσασθαι.

Pag. 168, lin. 26, *post* Appianus, *adde:* ita loquitur.

Pag. 289, lin. ult. *post* aut, *adde:* quam.

Pag. 304, lin. 8, *post*, fuit, *adde:* Talis est quæ hodieque in usu apud plerasque Americanas gentes, eas præcipue quæ non vagantur. Serunt ac colligunt frumenti id genus quod vocatur Indicum. Quod mulierum apud eos munus est. Ligonibus ligneis suo modo factis terram, quo possunt modo, movent, & quotannis renovant. Singula grana in singulis scrobibus vel foraminibus, ut fabæ apud nos solent, defodiunt. Nihil pote simplicius. Nec operosior aut artificiosior esse potuit agri cultio ante usum ferri proditum.

Pag. 307, lin. 9, *post* constant, *adde:* Ita & Latinis mensura

mensura æque lato significatu aliquando accipitur. Frontinus in expositione Formarum: *Ergo ne quid nos præteriisse videamur, omnium mensurarum appellationes conferamus. Nam mensura non tantum ista, de qua loquimur, appellatur, sed & quidquid pondere, aut capacitate, aut animo finitur.*

Pag.442, lin.7, *post* æstimatio, *adde:* si formam accipimus pro charactere ipso vel nota qua signatus est nummus. Alias formæ nummariæ etiam appellantur ipsi τύποι quibus hac vel illa magnitudine formantur nummi, & cuduntur. De his formis intelligenda verba Lampridii in Alexandro Severo: *Formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam, atque amplius, usque ad bilibres quoque, & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit.* Hac ratione ex forma æstimatio nummi procederet, quia ex pondere. Prout enim major forma, ita pondus quoque majus, & perinde pretium. Sed nos per formam hic intelligi volumus notam ipsam qua signatus est nummus.

Pag.460, lin.34, *post* quo, *adde:* pretio.

Pag.53[illegible], lin. 3, post *prædicaverit*, *adde:* Pollux lib.VI, cap.XXXI, ἐπονειδίστους βίους appellat, & enumerat omnes artes quæ suis sunt professoribus probrosæ & infames. Quænam sint, ibi videre licet. Certe fœneratores inter eas non recenset. Ἀλλ' οἵγε, inquit, τοιοῦτοι βίοι τὸ ἐπονείδιστον ἐπ' αὐτοῖς ἔχουσιν, εἴ τις ἐπιμένῃ τῇ τέχνῃ. Ita legenda illius verba.

Pag.557, lin.2, *post* conficitur, *adde:* Non ignoro, officinas eas dici in quibus operantur artifices, quæ distinguuntur à tabernis, in quibus opificia tantum & aliæ merces ac species venduntur, non etiam fiunt. At in officinis plerisque ars simul exercetur, &, quod ex arte fit opificium, vænale habetur. Officinæ illæ *tabernæ* etiam simul sunt & dici possunt. Græci ἐργαστήρια appellant utrasque. Unde in Glossis ἐργαστηριάρχης

ριάρχης *tabernarius* & *institor* exponitur. In vino & oleo aliud est. *Tabernam vinariam* Latini dicunt in qua vinum venditur: non dicerent *officinam vinariam*, quia ibi non fit vinum. Sed nec officina est vinaria, nec sic dicitur in qua vinum solet fieri. Idem omnino est de oleo. Tabernæ sunt oleariæ, vel mensæ in quibus venditur, nec tamen sunt officinæ in quibus premitur & fit, sed *trapeta* vel *præla*.

Pag.581, lin.22, *post* pecuniam, *adde:* Quæ ἱστάμενα hic appellavit Pollux, ac distinxit ἀπὸ τῆς ῥοπῆς, paulo post ἀριθμὸν vocat: Τὸ γὰρ ἐν τοῖς βατράχοις ἀμφίβολον, σωτηρίας τετραστατήρου, εἴτε ῥοπὴν, εἴτε ἀριθμὸν λέγει.

Pag.589, lin.ult. *post* voluntariæ, *adde:* Certe voluntarium non dicitur, nisi ut distinguatur ab eo quod non est voluntarium. Si qua actio voluntaria vocetur, sic certum est eam nuncupari, quo discernatur ab ea quæ in eodem genere non sponte suscipitur. Voluntarium est exilium quo sponte quis secedit, quia ut plurimum solet esse non voluntarium. At jus aliquod aut lex aliqua vix dici queant voluntaria, quoniam, ut ait Cicero, nemo quidquam invitus decernit. Si qua lex foret, quam legislator aliquis per vim ferre coactus esset, cum aliam quamdam sponte ac sine vi tulisset, hæc voluntaria diceretur, ad alterius distinctionem, ad quam ferendam non voluntate sua, sed vi compulsus fuisset. Nullum igitur jus voluntarium, nisi quis ponat aliud esse involuntarium, & invito conditore factum. Quod dari vix potest, certe hic locum non habet.

Pag.593, lin.4, *post* hodieque sunt, *adde:* qui homine vescuntur.

Pag.597, lin.11, *post* eripiam, *adde:* Si naufragium fecero, non equidem alium, qui tabulam prior occupaverit, quem facile possem deturbare, utpote viribus imbecilliorem, deturbabo ut salvus enatem & ille pereat qui tabulam ceperat, sed si ego prior eam conscendero,

ſcendero, alteri æque naufrago, qui ſine ſpe ſalutis natabit, non eam tradam, ut meo periculo ſervetur. Quin & acie fuſa, hoſtibus inſequentibus, ſi ipſe in fuga, pedibus ſalutem quærens, alium eumque ſaucium equo inſidentem ac pariter fugientem deprehendero, caritas me vetat illum ex equo dejicere ut ipſe hoſtes effugiam. Verum eadem caritas, quam pro ſe debet quiſque naturaliter habere, non hoc mihi injungit, ut, ſi ipſe ſaucius fugiens equo inhæream, eum alteri pediti cedam fugienti quo celerius aufugiat, & interim me ipſum hoſti capiendum aut occidendum ſponte præbeam.

Pag. 613, lin. ult. *poſt φρονῆξαι, adde:* Quidquid amarum eſt, & acerbum, non ſolum guſtui, ſed etiam animo, Latini cum Græcis id *mordere* dicunt. Unde apud Ciceronem, *morſus doloris*. Et in Quæſtionibus Tuſculanis, *momordit paupertas*. Ita ergo & uſura diceretur mordere, quæ gravis eſſet. Sic Græci δηκτικὸν appellant quidquid acri dolore animum tangere ſolet, atque ad vivum pungere & fodicare.

INDEX AVCTORVM EMENDATORVM.

Acro. 498
Ariſtoteles. 561
Arnobius. 663
Athenæus. 566
Boëthius. 213
Callimachus. 427
Cicero. 187
Codex legum. 528
Columella. 411.412
Duodecim tabulæ. 210
Epicharmus. 245
Etymologici author. 427
Eupolis. 565
Feſtus. 316.317
Firmicus. 564
Gloſſæ veteres. 498
Homerus. 579
Iſidorus. 165
Iuſtinianus. 533
Iuvenalis ſcholiaſtes vetus. 529
Lampridius. 277
Lucas Euangeliſta. 353
Manilius. 489.490
Marcellus Empiricus. 563
Novellarum vetus interpres. 155
Pauli apoſtoli locus in epiſt. ad Tim. 635
Petronius. 345.346.527.528
Plato. 320.321.481.483
Plautus. 345
Plinius. 342
Plutarchus. 410.547.548
Pollux. 161. 310. 311. 331. 334. 355. 364. 370. 373. 423. 495. 566. 572. 684.
Polyænus. 458.459
Proclus. 275
Sophocles. 430
Stobæus. 297
Suetonius. 351.360.507
Suidas. 495
Tacitus. 162
Tertullianus. 660
Theodoſii Novella. 505. 506
Theophilus. 241.242
Varro. 215.302.374

INDEX AVCTORVM NOTATORVM.

Accurſius. 363.364
Adrianus Iunius. 572
Alamannus. 503.504
Ambroſius. 666.667.668
Ammonius. 568
Andronicus. 20.57.166.474.475
Andronici interpres. 56.57.166.476.
Ariſtides, & ſcholiaſtes. 464

Ariſtoteles. 237. 255. 280. 282. 287. 294. 332. 358. 381. 383. 384. 388. 389. 394. 396. 397. 398. 400. 401. 402. 403. 407. 408. 410. 412. 417. 418. 428. 434. 435. 436. 462. 468. 469. 470. 480. 484. 485. 515. 520. 521. 524. 525. 539. 540. 554. 568.
Ariſtotelis interpres. 281. 306. 307. 308. 340. 436. 439. 516. 517. 535. 556. 557. 560.
Auctor anonymus de re militari. 466. 467.
Auctor interpretamenti ad leg. XII tab. 210
Auctor vetus apud Iſidorum. 467
Baſilicorum interpretes. 377. 533. 537.
Biblia vulgata. 438
Budæus. 442. 572
Caſaubonus. 49. 54. 55. 63. 128. 129. 360. 361.
Cato Cenſorius. 541. 545
Cicero. 558. 559
Cornarius. 563
Cujacius. 137. 145. 209. 245. 514
Decretaliũ Compilator. 600
Diogenis Laërtii interpres. 559
Duarenus. 442. 445
Epiphanius. 324
Euſtathius. 53
Feſti abbreviator. 30. 260. 261
Gloſſæ veteres. 498
Gothofredus. 131. 533
Harmenopulus. 70
Heſychius. 495
Hieronymus. 616
Hottomannus. 81. 82. 84. 99. 100. 101. 108. 111. 113. 115. 117. 209. 271. 445. 543
Inſtitutorũ Iuris auctor. 247
Ioannes Antiochenſis. 465. 466
Iſidorus. 127. 332
Michaël Epheſius, Ariſtotelis interpres. 472
Molinæus. 81. 94. 221
Muhammed. 673
Paulus IC. 120. 375
Plato. 520. 521
Plinius. 540. 559. 571
Plutarchus. 549. 551
Pollucis interpres. 48. 80. 512
Procopii interpres. 496. 497. 511
Proculus. 358. 364. 365. 368. 380
Scaliger. 238. 437. 490. 573. 577. 578. 582. 566. 571.
Seneca. 410
Servius. 574
Solinus. 31
Suidas. 465. 466
Sylburgius. 475
Theophilus IC. 139. 141. 144. 149. 242
Theophraſti interpres. 581
Torrentius. 360. 361. 490. 491. 509
Tribonianus. 76. 141. 142. 145. 149. 272
Turnebus. 214
Varro. 87. 206. 332
Vetus interpres in ſynod. Gangr. 438
Vlpianus. 363
Vulcanius. 498

INDEX GRÆCVS.

A.

Ἀγελαστικὸν animal, homo, natura. 250
Ἀγεννέσταται τέχναι, καὶ δουλικαί. 538
Ἀγορὰ, Ariſtoteli quid? 340. 343. quoſnam mercatores cõprehendat? 536
Ἀγοράζειν· ἐν ἀγορᾷ περιπατεῖν. 339. emere. 343
Ἀγοραία. καπηλεία. 338. καπηλική. 536
Ἀγοραῖοι, βάναυσοι. 536. κάπηλοι. 20. 338. 339. 341. 342. 343. 344. tabelliones, & mercatores. 155. τέχναι. 341
Ἀγοραστικῆς ſumma genera. 334
Ἀγραυλεῖν. 298
Ἀγώγιμα. φορτία. 376
Ἆθλα. 5
Ἀθώωσις, acceptilatio. 132
Αἴγυπτος, Κέφτ. 324
Αἴθε, Dorice, pro εἴθε, & εἴκε. 575
Αἴρειν, & ἀφαιρεῖν. 621
Αἴρειν τράπεζαν, παρατιθέναι. 621
Αἴρεσθαι, ferre ad, & ferre ab. 629
Αἶς, Dorice, pro εἷς. 575. as, æs. 576
Αἶσα. 53
Αἴσακος, quid? 324
Αἰσχροκερδεῖς, & ἀφιλάργυροι. 635
Αἰσχροκερδία clericorum notata. 651
Αἰσχροκερδίαν damnans, nõ ob id & fœnus damnat. 648
Αἰτεῖν σῖτον· δανείζεσθαι. 275
Αἰτεῖν, & αἰτεῖσθαι. 619
Αἰτεῖσθαι, δανείζεσθαι. 620
Ἀκκεπτιλατίων· ἀποχή. 132
Ἁλατικὸν, ſalarium. 150
Ἁλιεὺς, de mari ſumptum, quei ad ποταμίους referatur? 576
Ἁλιευτικὸς, vivendi modus. 288. 296. 300
Ἀλλαγή. 489. 490
Ἀλλαγὴ, & ἀμοιβὴ, diverſa. 359. 364
Ἀλλαγὴ, vox, quam μεταβολὴ, vel ἀμοιβὴ, generalior. 365. quid? 366
Ἀλλαγὴ ante nummum, ſed impeditior. 480. plane neceſſaria. 515

Ἀλλαγὴ νομίσματος, κόλλυβος, cambium, commutatio. 367.380.507
Ἀλλαγῆς principium ac finis, nummus. 515
Ἄλλαγμα, pretium. 12
Ἀλλάξασθαι πρὸς ἀργύριον. 365
Ἀλλάξιμα ἱμάτια. 364
Ἄλλος, Fᾶλλος, ἧλος. 466
Ἄλσεα, saltus. 302
Ἀλφεσίβοιαι, bene dotatæ. 310
Ἁλιώνητα ἀνδράποδα. 370
Ἀμείβειν ἐσθῆτας. 364
Ἄμειψις, permutatio, sitne venditio? 359. ἀλλαγὴ, & μεταβολὴ, non ἀμοιβή. 364
Ἀμοιβαῖα loqui, & canere. 360
Ἀμοιβαῖον, mutuum. 359
Ἀμοιβή. 23
Ἀμοιβὴ, & μεταβολὴ, diversa. 359
Ἀμοιβὴ, mutuatio, remuneratio. 359. 360. non ἀλλαγὴ, non μεταβολή. 364. 366. permutationis species. 366. mutua donatio. 379.380
Ἀμφιφορεύς. 431
Ἀναδασμὸς Lycurgi. 397
Ἀναγκαῖα, & περιττὰ, quomodo eædem res esse possint? 392
Ἀναθήματα. 6.678
Ἀνδραποδοκάπηλοι, mangones. 334
Ἄνεγμα, αἴνιγμα. 575
Ἀνταπόδοσις, mutuum. 61
Ἀντέρως. 7
Ἀντίδοσις, emptionis species. 370.371.375
Ἀντιδωρεὰ, & ἀντίδωρον. 8. 379
Ἀντιφορτίζεσθαι. 376.457
Ἀντίχαρις. 7
Ἀντίχρησις. 682
Ἀπελπίζειν. 131. ἐλπίζειν ἀπό. 623
Ἀπέχειν, & ἀπέχεσθαι. 131
Ἀπέχειν, ἔχειν ἀπό. 623
Ἀποθηρίωσις hominũ. 595
Ἀποκοπαὶ χρεῶν. 608
Ἀπόμισθοι, & ἀπομισθοῦν. 682.683
Ἀπομισθῶσαι, & ἀπομισθώσασθαι. 683
Ἀποστῆσαι, ἀποστήσασθαι. 580
Ἀποστῆσαι χρέος, ἀποδοῦναι σταθμῷ. 429.579
Ἀποσυνάγωγος. 679
Ἀπουσία, defectus. 182.183. 186
Ἀπὸ φάκτου, de facto, contrahi. 230
Ἀποχή. 131
Ἀργυραμοιβὸς, nummularius. 364. κολλεκτάριος. 500
Ἀργυραμοιβοί. 490. sunt etiam

etiam auri exploratores. 512
Ἀργυρεψηταί. 489
Ἀργύρια, pro omni nummorum genere. 377. 426
Ἀργύριον, & ἄργυρος, uti differant? 424
Ἀργυρογνώμονες. 512
Ἀργυροπράται. 490. 491. nummularii, argentarii. 502
Ἀργυροπρατῶν privilegia. 534
Ἀργυροπώλης. 490
Ἀργύρου τράπεζα, de omni nummo. 506
Ἀριθμεῖν. 273
Ἀριθμητά. ibid.
Ἀριθμῶν inventor, Palamedes. 430
Ἀριθμὸς, ἱστάμενα, ῥοπή. 685
Ἀριστεῖα. 5
Ἅρπαξ, hurpex. 332
Ἀρτάβη, vox Ægyptiaca. 431
Ἀρτεμίδος ἔρανος. 680
Ἀρχαῖα, sortes. 189.190.
Ἄσημοι nummi, deleti. 492
Ἄσκησις νομιζομένη. 438. 645
Ἀσύμβολος. 52
Ἀσφάλεια, cautio. 131
Ἀσφάλεια· συγγραφή. 233
Ἄτεχνοι, μισθωτοί. 407
Αὐθαίρετον, & αὐθαίρετοι. 589
Αὐρὸς, aurum rude. 393
Αὐτάρκεια Aristotelis prætensa. 396. 397. 398. 399. vera. 404
Αὐτάρκεια in omni arte vitæque genere haberi potest. 409. 410. 411. præcipue in agricultura. 413
Αὐταρκείας conservatio. 484
Αὐτοπώλης, & κάπηλος. 519.520. vel μεταβολος. 535
Αὐτοπῶλαι, artifices omnes. 535
Αὐτοπῶλαι primi Christiani, non μεταβολοι, vel κάπηλοι. 660
Αὐτοπωλικὴ species τῆς ἀγοραστικῆς. 334
Αὐτουργία ad sordidas artes refertur. 414
Αὐτουργοὶ, mercenarii, coloni. 411
Ἀφαιρεῖν, & αἴρειν. 621
Ἀφεδρὼν, forica. 528
Ἄφενος. 396
Ἀφιλάργυροι, & αἰσχροκερδεῖς. 635
Ἀχαριστεῖν. 8

Β.

Βαίνω, βᾶ. 216
Βαλανηφάγοι. 239
Βαλεῖν, collocare, ponere. 632
Βαλλάντιον. 324
Βαναυσία, sellularia. 521
Βάναυσοι, & βαναυσικαὶ τέχναι, ἀνελεύθεροι τέχναι. 337.341.343.536.538. βαναυσώτατοι τέχναι. 538
Βεβαιωτὴς, secundus auctor. 209.210
Βίος, vita hominum, sed non militum. 636
Βίος ἀπολλωνικὸς, Aristoteli, quis? 399
Βίος γεωργικὸς, an cæteris naturalior? 411
Βίος ἐπονείδιστος, πῆς. 684
Βόρβορος, stercus, φορεύς. 528
Βᾶς, an pro numismate? 305. an pro σταθμῷ, & βάρει? 310. nummus qualis? 374. κάλλυβος. 495
Βοώνιζα. 370.374.
Βύσσα, καὶ μύρον. 527
Βυρσοδεψεῖα odiosa, sed necessaria. 527.528

Γ.

Γάνος, γάνειον, ganeum. 678
Γεωργία, Catoni quid? 540.543.
Γεωργικὴ, res per alios operans. 414
Γεωργικὸς βίος. 288.296. 301. an naturalior cæteris? 411
Γεωργοὶ, quinam? 412. μεταβόλοι. 413
Γῆν ἐργάζεσθαι, an de hortorum cultura? 303
Γλαῦκες, nummi. 426
Γράμμα τυπικόν· sollemnis formula. 143
Γράμματα. 138.145
Γραμματεῖον, chirographū. 130.139.140. συγγραφή. 233

Δ.

Δαίνω, δῶ. 17.216
Δανὰ ξύλα, ξηρά. 427
Δανάκη, obolus. 426. unde dicta? 427
Δανείζειν, pro δανίζειν, nulla ratione, usu solo. 678. caritatis officium. 619. absque usura mutui dare. 622
Δανείζειν, & διδόναι. 215. opposita. 620
Δανείζειν, fœnerari. 232
Δανείζειν ἐπὶ σώμασι. 565
Δανείζειν, δανείσασθαι. 13.17. 18.21.25.27.43.44.79. 102. 103.167.168.169. 170.547.550
Δανείσασθαι, αἰτεῖσθαι. 620
Δανεῖσαι, χρῆσαι. 606
Δανείσασθαι, & χρήσασθαι. 60. 163
Δανεῖν, dare. 17.216
Δάνειον. 15.17.18.24.35. 216.231.232. creditum. 65. mutuum. 79. χρέος, & fœnus. 80.123. usura. 180. expensum. 147
Δάνειον, adjectivum, scilicet χρέος. 678
Δάνειον ἔγγυον. 539. ἔνοχον. 232
Δανείου merces, τόκος. 81. genera. 87.174
Δανεῖσαι. Vide, Δανείζειν.
Δάνεισμα. 31.42.79. mutuum; fœnebre, scilicet. 231
Δάνεισμα ἄτοκον, & ἔνοχον, vel ἐπίτοκον. 201
Δανεισμὸς. 35.36.168
Δανεισμὸς, & ὁδαλοσταλικὴ, quales contractus Aristoteli? 539
Δανεισμὸς, & χρῆσις. 166
Δανεισμὸς ἐπὶ τόκῳ. 36
Δανεισταί. 36.79.80
Δανεισταὶ, τραπεζῖται. 512
Δανειστικὴ ἐργασία. 37
Δανειστικὸν, mutuaticū. 107
Δανίζειν, melius quam δανείζειν. 15
Δανοὶ, defuncti, obolo δανάκῃ, seu naulo Charontis instructi. 427
Δάνος. 15.17
Δάνος, ὕδωρ, & δάνειον. 216. mutuum. 678
Δαπάνη, πολυτέλεια. 548
Δαρεικοὶ, nummi. 426.493
Δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν. 52. ἐξ ἐπιδόσεων. 54.55
Δεκάδοια, quid? 310.374
Δεκάλιτος νόμος. 432. denarius. 433
Δέρμα, & σκύτος. 463
Δέσμαι, pugilli, manipuli. 92
Δηκλικὰ, quænam? 613
Δημαρέτοι, nummi. 426
Διαγραφὴ, scriptura mensæ. 513
Διαγραφὴν ποιεῖν, διαγράψαι, numerare ex mēsa. 513.514
Διακερμάζειν. 495
Διάκονοι μὴ αἰσχροκερδεῖς. 635
Δίδραχμα. 5
Διδόναι, & δανείζειν. 215. opposita. 620
Δικαστὴς μέτοικος. 475
Δίκη ἐμπορικὴ, καὶ ἐμπορεμπορική. 42.47.48.49
Δίκη χρέως, actio ex mutuo. 80
Διπάτιον, dupondium. 567

Δοκιμασταὶ, ἀργυρογνώμονες. 512
Δόμα, donum. 215
Δὸς, λάβε. 385.675
Δόσις, & χρῆσις, & datio. 202.203.215
Δουλικώτατ) τέχναι. 538
Δραχμὴ, unde dicta? 310. 325. εἶδος μέτρου. 423. 426
Δυνάμις nummi, quid? 473
Δωρεά. 5.8.17.215
Δωρεὰ, & ἀντιδωρεά. 379
Δωρεῖσθαι, χαρίζεσθαι. 7.17. 60
Δῶρον. 6.8.17.23
Δώς.17. dos, δόσις. 215
Δωτίνη. 17.215
Δῶττις, δώς. 215

E.

Ἔγγυον δάνειον. 539
Ἑδραῖοι τεχνίτ).337.ἀγοραῖοι· βάναυσοι. 341
Ἑδρασθῆναι, quænam pecunia dicatur? 161
Ει pro ι simplici. 678
Εἴδη philosophorum. 88
Εἰκοσάβοιος ποινή. 373.374
Εἶναι φύσει, ἢ νόμῳ. 436
Εἰσαγωγαὶ, εἰσφοραί. 53
Εἰς ἓν ποιεῖσθαι τὰς οὐσίας. 688
Εἰσφορά. 49.51
Ἐννεάβοιον. 371.373
Ἑκατόμβοια, quid? 305.371. 373
Ἐκδανείζειν. 19
Ἐκδιδόναι, & λαβεῖν. 167
Ἔκδοσις, locatio. 161
Ἐκλιπεῖν φοράν. 48 59.679
Ἔκμισθος. 167
Ἔκμισθοι, & ἐκμισθοῦν. 682. 683
Ἐκμισθῶσαι, collocare, locare. 161.163.167
Ἐκμισθῶσαι, & ἐκμισθώσασθαι. 683
Ἐκμίσθωσις. ibid.
Ἑκτεύς. 431
Ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα. 675
Ἐλαιοπωλεῖα, & ἐλαιοτρίβια, vel ἐλαιουργεῖα, vel ἐλαιούργια, diversa. 556.557
Ἐλεημοσύνη. 39
Ἐμπολᾶσθαι, ἐξωνεῖσθαι. 378
Ἐμπορία, & ἐμπορικὴ, mercatura; species μεταβλητικῆς. 281.335.338. 538. & vaga. 339. 385. 519. & species χρηματιστικῆς. 520. & ejus partes. 344.516. 518. inhonesta. 354.355. mercatura navigans. 36. & ante nummum. 418
Ἐμπορικῆς μέρος, ἡ φορτηγία. 376. primi inventores, Phœnices. 339. 404.405.423
Ἐμπορικὸς βίος ab Aristotele perperam prætermissus. 296
Ἐμπορίου μέρη, secundum Pollucem. 350
Ἔμποροι, magnarii. 536. μεγαλέμποροι. 537. mercatores. 344. vagi. 425. μεταβολοι. 405. primi, Phœnices. 339. 404. 405.423
Ἔμπορος. 337. Homero & Hesiodo, quid? 421. 422. proprie quis? 535
Ἐνδελεχὴς, ἐντελεχής. 476
Ἐνέχυρον, ὑποθήκη, fiducia. 69
Ἔνη, ἔννη. 466
Ἐνθήκη, merces. 344
Ἐννεάβοια, quid? 305.310
Ἔννη, ἔνη. 466
Ἐνοίκιον, στεγανόμιον. 481
Ἐντελεχὴς, ἐνδελεχής. 476
Ἔντοκος, & ἐπίτοκος, diversa. 201
Ἕξας, sextans. 316
Ἐξερᾷν, effundere. 50
Ἐξημοιβὰ ἱμάτια. 364
Ἐξωνεῖσθαι, ἐμπολᾶσθαι. 378
Ἐπείσακτος νόμος. 596
Ἐπερώτησις, stipulatio. 127
Ἐπιβάτης, ἔμπορος, vector. 421.422
Ἐπιδιδόναι. 55
Ἐπιδόσιμα convivia. 54.55
Ἐπίδοσις. 41.54.55
Ἐπικάθημαι, non est assideo. 511
Ἐπικαρπία, usura. 96.125
Ἐπικόπτειν, nummo aliud signum imponere. 452
Ἐπίσημοι nummi, asperi. 492
Ἐπίσκοποι ἀφιλάργυροι. 635
Ἐπίτεξ, & ἐπίτοκος fœmina, τοκῶσα. 201
Ἐπιτραπέζια, & ἐπιτραπεζώματα. 511
Ἐπίχειρα. 5
Ἔποικοι, locatores. 481
Ἐπονείδιστοι βίοι. 684
Ἐπωβελία. 310
Ἐρᾷν, fundere. 50
Ἐρανέμπολοι. 63
Ἐρανίζειν, & ἐρανίζεσθαι. 43. 62
Ἐρανισταί. 42.43.44.52.55
Ἐρανιστῶν sodalitas. 51
Ἔρανος. 38. 41. 42.43.44. 45.50.51.52.53.54.55. 56. 58.59. χρῆσις. 60. 61. eleemosyna & stipes. 62. creditum. 65. convivium, & stipes ad convivendum. 55. 679. Hebræorum. 606. Atheniensium in caritate annonæ. 63. Christianorum. 679. 680. τῶν Κελτῶν. 680. Gallicarum urbium. 62. amicorũ. 681. primus caritatis gradus. 672

Ἐράνη arca, ὁ θησαυρός. 680. genus in ecclesiis veterũ. 655. πλήρωσις. 48. 679. πληρωτής. 678. 679. συνεισφορά. 681. συντέλεια. 681. φορά, καταβολή. 679
Ἔργον πληρώσαι. 679
Ἔργον, pecuniæ ulura. 29. 96. 125. 200
Ἔργα, & ἐργάζεσθαι, & ἐργασία, & ἐργάται, de agricultura. 299
Ἐργάζεσθαι. 29. de pecunia, & terra. 200
Ἐργασία νομίσματος. 29. νομισματοπωλική. 489
Ἐργασῆρες, ἐργάται, coloni, μίσθαρνοι. 412. μεταβολοι. 413
Ἐργασία, & ἐργασιάρχης. 684. 685
Ἐργασηριάρχης, institor. 518
Ἔρθοι, coloni. 412
Ἑρμηνευτική, honorarium pararii. 150
Ἑστιᾶν ἀμείβειν. 364
Ἑστιᾶν. 56
Εὐαγγελια. 5
Εὖ ζώειν, quid? 399
Εὐφραίτης, Phrat. 324
Εὐχαριστεῖν. 8
Εὐχρηστεῖν, cõmodare. 164
Εὔχρηστος, cõmodus. 164
Ἔφεδρος τόκος. 583
Ἐφημερίδες, kalendaria. 148. 149

Z.

Ζημία, & κέρδος. 97
Ζυγὸς, statēra. 429

H.

Ἡδονὴ, τέρψις. 548
Ἠθικὸν, & φυσικῶς εἶδος. 596
Ἤλεκτρον. 490
Ἥλιος, ἅλως, Fάλως. 466
Ἡμεροδανειστής. 21. 539. 580
Ἡμιδανάκιον, semiobolus. 426
Ἡμίεκλον. 431
Ἡμίλιτρον. 316
Ἡμιμέδιμνον. 431
Ἡμίσταθμον νομισμάτιον, συμβολα, taleæ. 128
Ἡρακλῆς ἐπιτραπέζιος. 511

Θ.

Θέα νομοθετική, quid Harmenopulo? 649
Θεοὶ σιδήρεοι. 573
Θεωρικὰ, πανηγυρικά. 642. 644
Θηβυλικὴ, an πολεμικῆς species? 255
Θηβυλικὸς βίος. 288. 296. 300. 304
Θησαυροὶ, faviſſæ. 393
Θησαυρὸς, arca & ἐράνη. 680
Θησαυρὸς, thenſaurus, theſaurus. 324
Θιασισμὸς, σύναξις. 44
Θίασος, συναγωγὴ, ἔρανος. 44. 45
Θιασῶται. 43. 44
Θιὸς, θεός. 45
Θρησκευτικὸν, cæremoniale, legalis juris pars. 591. 596. depravatum. 595
Θυμικὸν homini cum beſtiis commune. 250

I.

Ἰατρικὴ, res per alium operans. 414
Ἰδιόχειρον· χειρόγραφον. 139
Ἰδιωτικὸν νόμισμα. 483
Ἰλασήρια. 6
Ἱμάτια ἀναξύρια, & ἐξημβατά. 364
Ἱπποτρόφια. 278
Ἱπποτρόφος, ἱπποτρόφιον, ἱππών. 352
Ἰσοδυάμοι nũmi, an non & ἰσοτρίποι? 453. 454
Ἰσοδυάμων in nũmo, quid? 473. æquilibre. 565
Ἴσαμμα, pecunia numerata. 581. ῥοπὴ, ἀριθμός. 685
Ἰσάναι, ὀφείλειν. 273. & quare? 566. 567. 568. 569. 570
Ἰσάναι, pendere. 323
Ἴσασθαι, mutuari. 568. 581
Ἰχθυοφάγοι. 296

K.

Καθαίρεσις, indicta Clericis fœneratoribus. 637
Καθήμενοι, inſidentes. de menſariis. 511
Καινία ἐπιπολάζεσθαι ἐν τῷ βίῳ. 664
Κάπη. 46. Φάτνη, τροφή. 348. 354. unde dictũ? 353
Καπήλα, macellum. 348
Καπηλεία, & τὸ καπηλεῖον, diverſa. 350
Καπηλεία, pro omni negotiatione. 636. μεταβληλικῇ. 336. 337. 354. vel μεταβολῇ, & mercatura. 355. ἀγοραία. 338. etiam ſellularias apud Xenophontẽ complectitur. 519. quibus inhoneſta? 345
Καπηλείας auctores Lydi. 422
Καπηλικὴ, mercatura forenſis, ante nummum. 418. ἀγοραία. 536. an cauponaria? 535. ἐμπορεική. 385. nundinatoria. 333. 334. 335. 338. 339. 347. 355. μεταβληλική. 280. ſic Ariſtoteli. 519. 520. cui eadem præter naturam. 404. 405. 408. 409. 524
Καπήλιον, καπηλεῖον, caupona, 349. 355. quid? 339. 340. 349. & ἐμπορίας μέρος, Polluci. 350
Καπηλεῖον, & ἡ καπηλεία, diverſa. 350

Καπηλεῖον· πανδοκεῖον. 348. 355
Καπηλεῖα, & πανδοκεῖα, diversa. 351
Καπηλεύειν. 334. cocionari. 339.343
Καπηλεύειν μάχην. 346.347
Κάπηλοι. 20. quinam? 340. 343. 344. late & proprie dicti. 405. ἀγοραῖοι. 334. 335. 337. 338. 339. 340.342.344.349. 354. οἰνοπῶλαι. 333. 347.349. 350. cocionatores. 365. vel cociones. 536. fœneratoribus longe perniciosiores. 554. an necessarii? 555. primi, Lydi. 339. & Phœnices. 404. 405. nulli inter primos Christianos. 660
Κάπηλος, & καπηλεῖον, unde? 354
Κάπηλος, & αὐτοπώλης. 519. vel μεταβολος. 535. ut & Xenophonti. 520.
Κάπηλος, mercator. 636
Κάπητον, pabulum. 348
Καπίθη, vox Ægyptiaca. 431
Καταβολή. 48. φορὰ ἐράνου. 679.681
Κατάγεσθαι, deverti in diversorium. 351
Καταγώγιον, diversorium. 351
Κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας. 658
Κατάκται, an deducticii? 351
Καταλλαγὴ, quid? 377
Καταλλακταί. 512
Κατάλυμα. 353
Καταλῦσαι. ibid.
Κατάστασις παρὰ φύσιν, κατὰ φύσιν, ὑπὲρ φύσιν. 640. 641.642
Κατενεγκεῖν τὴν ἔρανον. 48. 679
Κατερᾷν, infundere.
Κειμήλια, quænam vocata? 375
Κελτῶν ἔρανος. 680
Κεντηνάρια χρυσοῦ. 155. centenæ auri libræ. 454
Κεράτια, siliquæ. 492
Κέρδος. 96.97
Κέρμα. 495. æs. 507
Κερματίζειν. 495
Κερμάτιον, κόλλυβος. 497
Κερματισταὶ, κολλυβισταί. 495. 497. 508. τραπεζῖται. 512
Κέρσα, Ἀσιανὸν νόμισμα. 581
Κεφαλὴ, κεφάλαιον, sors. 189.190.191
Κέφτ, Αἴγυπτος. 324
Κίμβιξ. 582
Κιχρᾷν, & κιχρᾶσθαι. 169. 170.174
Κλῆρος, sors. 189. possessio, fundus. 190

Κοάκτωρ,

Κοάκτωρ, vel κομάκτωρ. 498.499
Κολλεκτάρος, ἀργυραμοιβός. 500
Κόλλυβος. 364. 367. cambium. 495. ἀλλαγή. 507. aspratura. 492. nummi species. 494. non autem ipsa impressa bovis figura. 495
Κολλυβισταί. 494. 495.497. 508. τραπεζῖται. 512
Κόμιστρα. 5
Κόμμα, in nummo quid? 456.458
Κοινὸν ἐρανιστῶν, collegium. 48
Κοινωνία τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις Χριστιανῶν. 654.655.656. 657.659. aureo sæculo. 658. τοῦ Πυθαγόρου, καὶ τοῦ Ἐπικούρου. 658.659
Κόπη, κάπη, φάτνη. 348. 354
Κοπιάται, bispelliones. 529
Κοπροδοχεῖα, foricæ. 528
Κοτύλαι, & κοτυλίζειν. 334. 431
Κτῆσις, & χρῆσις, opposita. 165.202
Κύπαιρον, Dorice, pro κύπειρον. 575
Κύπρος, vox Ægyptica. 431

Λ.

Λαβεῖν, & ἐκδιδόναι. 167
Λεῖον, λήιον, quid. 336
Λεπτοὶ νοῦμμοι, numerata pecunia. 570
Λεπτόν. 324
Λήιον, λεῖον, quid? 336
Λῃστρικὸς, secundum naturam vivendi modus, Aristoteli. 288. 289. 290. 296
Λίβρα, λίτρα, στατήρ. 578. Siculis quid? 315.323. libra, nummus, & librarius assis. 567.577
Λίτραι, oboli ænei. 578
Λιττέρις, litteris. 139
Λογέμποροι. 407
Λογικὸν, vel λόγος, & λογισμὸς, juris gentium principium. 244. 245. homini proprium. 250
Λογιστήριαι τράπεζαι. 557
Λογοθεσίαι. 145
Λόγος ἐνδιάθετος, & προφορικός. 245.246
Λόγος, & λογισμὸς ἀνθρώπινος, & θεῖος. 245.262
Λουτὴρ, lunter. 324
Λυσιτελὴς, commodus. 164

M.

Μάγειρος, μάγερρος, & μαγειρεῖον· Macellus,

lus, coquus publicus, & macellum. 349
Μαλακία, τρυφή. 548
Μάρις, vox Ægyptiaca. 431
Ματαιοτεχνίας libri, Ovidii ars amatoria. 280
Μάχη, & bellum, diversa. 347
Μεγαλέμποροι. 532.537
Μέδιμνος. 431
Μεσεγγυηταὶ, sequestri. 476
Μεσιδιωθῆναι. ibid.
Μεσίδιος, μέσος, anne Latine reddi possit? ibid.
Μεσῖται, μεσίδιοι, pararii. 146
Μεσίτης, sequester, arbitrator. 475.476
Μεσίτιος, μεσίδιος. 476
Μεσοπράτης, interpres. 332
Μεσοπράται, μεσίδιοι, pararii. 476
Μέσος, μεσίδιος, μεσίτης, arbiter, pararius, mediator. 475.476
Μεταβάλλεσθαι, vertere merces. 347.405
Μεταβάλλοντες, & μεταβαλλόμενοι. 405
Μεταβλητικὴ, mercaturæ genus. 516.519. species τῆς ἀγοραστικῆς. 334. Aristoteli quæ? 337. 338. 358. μεταβολὴ, nundinatoria, vel cociatura, seu καπηλική. 334.345. 347.355.405.519.520. & ars permutatoria, 280. an nummi permutatio? 281. an παρὰ φύσιν? 282.285.287.300. μεταβλητικὴ ἐμπορική. 385. καὶ καπηλική. ante nummum. 418. σταδιαία καὶ πλανητική. 535
Μεταβλητικὴ, pro stataria, species χρηματιστικῆς. 520
Μεταβλητικῆς species fœneratio. 564
Μεταβλητικῆς species tres. 281. 335. 516. 519. 531. 538. vetustas. 301
Μεταβολὴ, versura, fœnus. 347.519
Μεταβολὴ, & ἀμοιβὴ, diversa. 359.364
Μεταβολὴ ante nummum inventum quænam? 365
Μετάβολος, μεταβολεύς. 334. μεταπράτης. 337. 338.340. 344. 345. cocio. 347. vox relativa. 413. pro statario negotiatore. 520. mercator. 636. κάπηλος. 405.520. 536
Μετάβολοι, & αὐτοπωλαι. 535
Μετάβολοι nulli inter primos Christianos. 660
Μεταλλευτική. 287. omniũ prima. 297.301
Μεταλλουργοὶ, opifices metallorũ quæstuosi. 281. 282.288
Μεταπράται. 337.338.344
Μεταπράτης, mercator. 636
Μεταστῆσαι. 580
Μετεμψυχώσιος opinio unde orta? 240.248
Μετρεῖν. 568.569
Μετρεῖσθαι· δανείζειν. 273. 274. mutuum accipere sub usura. 568
Μέτρησις, quid? 306.307. de nũmo appenso. 273. 423
Μετρητά. 273
Μέτρον, quid, Aristoteli? 307. τὸ ὁριζόμενον, καὶ τὸ ὁρίζον. 479. de nummo. 479
Μέτρα permutandarũ rerum, naturale, & subsidiarium. 314
Μέτρα Φειδώνια. 423. non στάθμια. 430
Μέτρων auctor, Palamedes. 430. & Phidon. 431
Μικρολόγοι, sordidi avari. 582
Μιλιαρήσια, miliarenses. 493
Μισθαρνευτικὴ, & μισθαρνική· μισθαρνία, & ejus species. 407
Μισθαρνία. 36. & μισθαρνική. 536.538. μεταβλητικῆς species. 281. 517.519. & quid significet? 406. unde dicta? 407
Μισθαρνική. 536.538
Μίσθαρνοι. 531. μετάβολοι. 413
Μίσθαρνοι, & μισθωτοί. 407
Μίσθαρνος σοφιστής. 407
Μισθὸς, δῶρον. 6.22. usura. 96
Μισθῶσαι, locare. 160.166. 167
Μισθοῦν, & μισθώσασθαι. 683
Μίσθωσις, an conductio? 166. χρῆσις. 167
Μίσθωσις, & ἐκμίσθωσις. 683
Μισθωτοί. 531
Μισθωτοὶ, & μίσθαρνοι. 407
Μνᾶ, cujus originis? 426
Μνᾶ, στατήρ. 566
Μνᾶ τῆς ῥοπῆς, mina ponderaria. 566.567
Μοιτᾶν, ἀμείβειν. 4.174
Μοῖτον, mutuum, vox Sicula. 3.35. ἀμοιβή. 220
Μονοπωλία, species χρηματιστικῆς. 564
Μονοπωλία. 555.556. ab Aristotele admissa. 561. 563.

563. 564. fœneratione deterior. 564. Athenis libera. 583
Μονοπωλίᾳ συμπωλία affinis. 562
Μόρος, mors. 190
Μύρον καὶ βύρσα. 527

N.

Ναυκληρία, τῆς ἐμπορίας μέρος. 344. neque est navigatio. 516
Ναύκληρος, navicularius. 516
Ναῦλον, vectura. 83.517
Νομαδικὸς βίος. 288.296
Νόμαια, instituta populorum. 436
Νομαὶ, nemora. 302
Νομὴ, utendi jus. 212
Νομικὴ, legalis, pars juris divini. 590.591
Νομικὴ μέτρησις. 674.675
Νόμιμα ἐθνικὰ, ἤτοι φυσικὰ, jus gentium. 278
Νόμιμα, instituta populorum. 436
Νομίζειν, in more habere, uti vice nummi. 436. 437.438
Νομίζεσθαι, & νομιζόμενα. 438
Νόμισμα, νόμος, consuetudo, mos. 436.437. nũmus, νόμος. 466
Νόμισμα, unde dictũ? 314
Νόμισμα, quid? & cur inventum? 365.479
Νόμισμα privatorũ, nummus signatus; &, νόμισμα civitatis, lex publica. 439
Νόμισμα ἰδιωτικὸν, καὶ δημόσιον, Ἑλληνικὸν, ξενικόν. 483
Νόμισμα μέσον. 475
Νόμισμα χαλκοῦν. 569
Νόμισμα, σταθμός. 310.322. 465.572
Νόμισμα, στατήρ. 579
Νόμισμα ἔχειν· νομίζειν. 436. 437
Νομίσματος ἐργασία. 489
Νομίσματος etymon. 238
Νομίσματος, & νόμου nomen, unde? 485
Νομίσματα σκύτινα. 463. 464.466
Νομισματοπωλικὴ, & νομισματοπώλης. 489.490
Νομοθεσία θεία, Harmenopulo quid? 649
Νόμος ἰδιωτικός. 439. δημόσιος. 440
Νόμος, φύσις, jus naturale. 592
Νόμος φυσικὸς, καὶ ἐπείσακτος. 596
Νόμος, νόμισμα. 466
Νούμμια σκύτινα καὶ ὀστράκινα. 466

Νοῦμ-

Νοῦμμος, nummus sestertius. 323
Νοῦμμος, νοῦμος, νόμος. 466
Νοῦς, λόγος, juris naturalis principium, cur θεῖος? 245

Ξ.

Ξενία, hospitium vel hospitalaria. 352
Ξένια, ξενήια. 379
Ξενόστασις, viatorum stabulum. 351
Ξενὼν, πανδοκεῖον. 352
Ξίφος πρόστομον, & ἐστομωμένον, τομόν· ἄστομον, ἀπρόστομον, μαλακόν. 320
Ξυλικὸν, vel ξύλινον τάλαντον. 510
Ξύλον, τράπεζα, πίναξ. 510. scamnum, sedile. 511
Ξυμβάλλοντες, an exactores? 496

O.

Ὀβελοὶ, ὀβολοί. 310. ὄφελοι. 311.324
Ὀβολός. 426. ὁ τόκος. 581
Ὀβολοστάται. 337
Ὀβολοστάτης, fœnerator. 520. quare? 567. 569. 580.582. 583
Ὀβολοστατικὴ, ars fœnerandi. 35. usuraria. 281.282. fœneratoria; & quare? 567. 580. 583. species χρηματιστικῆς. 520
Ὀβολοστατικὴ, & δανεισμός. 539. ab Aristotele admissa, sed præter naturam illi tamen. 561
Ὀβολοστατοῦντες, οἱ δανείζοντες. 583
Ὄβρυζος, vox Ægyptiaca. 453
Ὀγκία, unde? 315
Ὀθονιοπώλης. 490
Οἰκοδομική. 297.298
Οἰκονομικὴ, quærendæ rei ratio. 280
Οἰκονομικὴ, & καπηλικὴ, rei augẽdæ genera. 524
Οἰκονομικὴ Aristotelis, quo illi gradu? & quæ? 404. 407.408
Οἰνίζεσθαι, vinum emere. 372
Οἰνοπῶλαι, quando κάπηλοι? 333.347
Ὁλκὴ, drachma. 323.426
Ὁλκὸς, sulcus. 190
Ὁμόκαποι. 45.348
Ὁμοσίπυοι. 45
Ὁμόταφοι. 45.46
Ὄνος ἐλαιουργείου, & τράπεζα. 557
Ὀνοστάσεις. 352
Ὀπωροπῶλαι. 558.559
Ὅρος, sors, terminus. 190
Οὐγκία, οὖγκος, ὄγκος. 466
Οὐγκίαι, & οὖγκος. 578.579
Ὀφείλημα. 76. ὄφλημα. 79

Ὀφεί-

Ὀφείλω, an ex ὀφέλλω? 311
Ὀφελοὶ, ὀβελοί. 311.324

Π.

ΠΑλιγκάπηλοι. 338
Πανδοκεῖον. 348.350. ξενών. 352
Πανδοκεῖα, & καπηλεῖα, diversa. 351
Πανδοκεῖα, & πανδοκεῖς. 350.351.355
Πανδοκεύτρια, copa. 351
Πανδοκία, an stabularia? 354. cauponaria. 355
Πανδόκος ξενόστασις, πανδοκεῖον. 351
Πανδοχεὺς, vel πανδοκεὺς, & πανδοχεῖα. 350.351.355
Παραγράψαι, διαγράψαι, numerare ex mēsa. 514
Παρακαταθήκη. 233
Παράστασις, ἐμπορίας pars. 516. quid? 517
Παραστῆσαι, de fidei commissis. 518
Παρατιθέναι τράπεζαν, αἴρειν. 621
Παρὰ τὸ μέλος, & παρὰ τὸ δέον. 56.528
Παρθένοι, nummi. 426
Παριόντες κομῳδοί. 57
Πάροδος. 57
Παρουσία, περιουσία, copia, abundantia. 182
Πεζίδιον, πεζίτιον. 476
Πέλανορ, & πέλανος. 321. 322
Πενταστάτηρος, πεντάλιτρος. 566.567
Πεντόγκιος. 316
Περάσαι, τὸ πέραν διαπωλῆσαι. 376
Περιγενέσθαι. 106
Περιουσία, παρουσία. 182
Περιττὰ καὶ ἀναγκαῖα, ὅπως τὰ αὐτά. 392
Περνᾶν, & περνᾶσθαι. 378
Πήματα αὐθαίρετα. 589
Πικρὸς τόκος. 613
Πίναξ, ξύλον, τράπεζα. 510
Πιστεύειν, de mutuo, & deposito. 99
Πίττις, fides, Æolicum, unde Latinum *fides*. 22
Πιττὸς, ex πιστὸς, fidus. ibid.
Πλανῆται· ἔμποροι. 425
Πλανητικὸν, καὶ σταδιαῖον, μεταβλητικῆς εἴδη. 535
Πλεῖον· τὸ πλέον, usura. 19. 60
Πλεονασμὸς, usura. 181.184. 187. an Judæis vetitus sub usuræ ratione? 611. quid sit? 615
Πλεονεξίας abdicatio. 484
Πλεονεξίαν qui damnat, fœnus non ob id damnat. 648
Πλῆθος, plebs; ejusque partes. 343

Πλη-

Πληροφορία, debiti solutio. 49
Πληρώσασθαι τὴν ἔρανον. 48. 679
Πλήρωσις, ἐράνου. 679
Πληρωτὴς ἐράνου. 678.679
Πλοῦς, navigatio, non ναυκληρία. 516
Πλοῦτος. 396
Πνεῦμα ἄνω ἔχειν. 566
Πνευματικοί. 640.641. perfecti. 642. eorum vita. 643
Ποῖνος, ποινή. 21.22.23. fœnus, merces. 180
Πολιτικὴ, ad φυσικὴν naturalis juris partem refertur. 595.596
Πολυάργυροι. 395
Πολύαρνες. 395
Πολυβοῦται. 395
Πολυλήιοι. 395
Πολύμηλοι. 395
Πολυτέλεια, & πολυτελής. 548
Πολύχρυσοι. 395
Πορνεῖα, τοῦ ἐμπορίου μέρος, secundum Pollucē. 350
Ποτὸς, pondus. 324
Πραγματεῖαι, negotiationes. 635.636
Πραγματεῖαι τοῦ βίου κύριαι. 646
Πραγματεύσασθαι. 564
Πραγματευτὴς, arillator, cocio. 345. 536. 564. negotiator. 636
Πραγματικῶς cōtrahi. 230
Πρᾶσαι, περάσαι, vendere. 376
Πρᾶσις, alienationis modus. 215. an olim absque nummo? 365.366.368. 369.377.378
Πρᾶσις καὶ ἀγορασία, τὸ μεταβλητικῆς ἰδιώτατον ὄνομα, καὶ ἀληθές. 385
Πράτιον, pretium. 332
Πρίασθαι, ὠνεῖσθαι, quam vetusta vocabula? 378
Προαίρειν, αἴρειν. 621
Προεστῶτες τῆς ἐκκλησίας. 645
Προξενητικὸν, merces pararii. 150
Πρόξενοι. 331.349
Προπράται, pararii. 146.
Προπράτορες. 331.332
Προπράτης, interpres. 332
Προπῶλαι, pararii. 146.331. 349
Προσαίρειν. 621
Πρόστιμον, multa. 22
Προχωροῦν ἀργύριον, argent qui a cours. 424. ambulans. 425
Πυξὶς, proprie quæ ex buxo. 575
Πυροκάπηλοι. 334
Πῶλοι, nummi. 426

Ρ.

Ρῆμα τυπικόν· ſollemnis formula. 143
Ρ'οπὴ, ἰσάμμα, ῥοπὴ. 685

Σ.

Σαγηπώλης. 490
Σαμαρεῖται, nummularii, ὑπογραφεῖς. 501
Σαρκικοί. 640.641.642
Σέραπ, ſervus. 256
Σίγλ, σίκλ. 427
Σιδήρεοι θεοί. 573
Σίδηρ πολύκμητ. 394
Σίδηρ, ξίφ. 320
Σιδηρᾶς ſταθμὸς, an de nũmo ſignato? 465
Σίκλον. 324
Σίκλ, genus nummi. 424.427
Σιὸς, θεός. 45
Σιπύη. 46
Σιτηφάγηλοι. 334
Σῖτον αἰτεῖν· δανείζεσθαι. 275
Σκυβάλη, talia. 312
Σκύτ, & δέρμα, diverſa. 463
Σοφαὶ τέχναι, qualis artificiorum claſſis? 538
Σοφιστὴς μίσθαρν. 407
Σπαῦς, σποῦς, ποῦς, pondus. 324
Σταδιαῖον καὶ ναυαρχικὸν, μεγαβολικῆς εἴδη. 535
Σταθμός. 310. νόμισμα. 310. 322. qualis nummus? 572.573.578. pondus. 565
Σταθμὸς χρυσίκ σύμμετρος, modicum auri pondus. 429
Σταθμὸς, τὸ ſταθμιζόμενον, καὶ τὸ ſταθμίζον. 479
Σταθμὸς ſιδηρᾶς, an de nũmis ſignatis? 465
Σταθμοὶ, cauponæ, manſiones. 351.352.354
Σταθμῶν auctor, Palamedes. 430
Στάμνα, pecunia. 581
Στάσιμον, & ſταλικόν. 565. 567.569
Στάσις, ſtabulum, πανδοκεῖον. 351.352.354
Σταλὰ, & ſτάσιμα. 273
Στατὴρ. 323.426.429. nũmus, & pondus. 565. 567. λίτρα, nummus. 578.579
Στατῆρες, debitores ſub uſura, & quare? 567
Σταλικὴ, ponderaria. 324. 429. ars libripendis. 565
Στατὸς, pondus. 324. quinque minæ. 567
Στεγανόμιον, & στεγανόμ. 481
Στῆσαι, ſήσασθαι, mutuum dare, & accipere, ante nummum ſignatum. 579
Στῆσασθαι, δανείσασθαι· & quare? 566.567
Στιππύλον· ἰσχυρόν. 127
Στόμα, στόμωμα, ferri acies. 320
Στρατὴ σιδηρέα, diobolare ſcortum. 573
Στύπ· κέρδ. 127
Στυφελὸν, ſυφλὸν, ſτερεὸν, σκληρόν. 127
Συγγραφεῖς. 133
Συγγραφή. 133.233
Συλλέγασθαι & συλλέγειν. 59
Συλλογεῖς. 43
Συλλογή. 58.59
Σύλλογ. 59
Σύμβολα, taleæ. 128
Συμβόλαιον, chirographõ. 130.139.140
Συμβολή. 53. μεταβολή. 681.
Σύμμετρα, & συμμετρία. 477.478.479
Συμμορία, φρατρία, σύſτημα πολιτικόν. 51
Συμμορῖται, collegæ. 51
Συμπρασία, μονοπωλία affinis. 562
Συμπράσιον, & συμπρᾶσις. 563
Συμπωλία, μονοπωλία affinis. 562
Σωάγιν, ad bibendum coire. 679
Σωαγόμενον. 54
Σωαγώγιμα convivia. 54
Σωαγωγὸς. 678.679
Σωαλλαγμάτων ἐκθέσιον genera. 166
Σωιρᾶν, συμφέρειν. 51.54
Σωιφορά. 61. & ἔρανος. 681
Σωήθειαι, ſolemnia commoda, ſalaria. 97
Σώπαγμα, σύſημα πολιτικόν. 51
Σωτέλεια ἔρανος. 681
Σώπυρ, conforaneus. 341
Συππρασία, ſepplaſia. 563
Συσσιτία· θίασ· ἔρανος. 44
Σύσσιτοι, ἐρανισταί. 44. 45. 46.51
Σύſταθμα, & συſταθμία. 477
Σύſημα πολιτικὸν, collegium. 51
Συſήμαλα ἑταιρικά. 51
Σχεδάρια, averſaria. 147
Σχοινοπώλης, reſtiarius. 490
Σῶρα. 5

Τ.

Τάλαντον. 426.429
Τάλαντον ξυλικὸν, vel ξύλινον. 510. τραπεζιτικόν. 511
Ταλάντ nomen. 322. 323. apud Homerum. 428
Τεταρτικὴ, inventione tertia. 297

Τέλεια. 678
Τέρψις, ἡδονή. 548
Τετράδια, mundum, tabulæ. 148
Τέτρας, quadrans. 316
Τετράσσαρον Ἰταλικὸν, uncia. 317
Τεχνικώτατ) τέχναι, quæ? 538
Τιμὴ, τίμημα, Homero quid? 375. & post eum? 376
Τῖμος, τιμή. 21. 22
Τιμωρία, multa. 22
Τοκίζειν. 102
Τοκισμός. 35. 36. usuraria. 519. μεταβλητικῆς species. 281. 540. ὀβολοστατική. 583
Τοκισταί. 36
Τοκιστικὴ, species μεταβλητικῆς. 538
Τοκογλύφοι. 582
Τόκοι δανειστικοί. 174. oboli usurarii. 581. usuræ. 83. 84. 125, 199. & cur? 282. πλεονασμός. 612. ἐπιλήψιμος, & κατακρίσιμος, in quibusnam? 634. ἔφεκτος. 583. πικρός. 613
Τόκος, & δάνειον. 81
Τόκου vocabulum. 180. 184. 187
Τοκῶσα fœmina, ἐπίτοκος. 201
Τὸ ὑπὲρ μέτρον, accessio, usura. 277
Τράπεζα, ξύλον, πίναξ. 510
Τράπεζαι τῶν ἐλαιοπωλῶν, sunt oleariæ mēsæ. 557
Τράπεζα τοῦ ἀργύρου, de omni nummo. 506
Τράπεζα χαλκοῦ, etiam de argento. 507
Τράπεζα, & φάτνη. 352
Τραπεζῖται. 508. Longobardi. 632
Τραπεζίτης, δανειστής. 512
Τραπεζιτικὸν τάλαντον. 511
Τρίας, triens. 316
Τρίβων Cynicorum. 645
Τρικόλλυβος, nummi species. 495
Τριτεύς. 431
Τροφὴ, μαλακία. 548
Τρώγειν, lucrum facere de alieno. 613
Τρώκτης, κερδαλέος. 613
Τύποι, formæ nummariæ. 684

Υ.

Υ Græcum in E Romanum. 563
Ὑλοτομία. 287. artium secunda. 297. 301
Ὑπερήμεροι. 582
Ὑποθήκη, fiducia. 69
Ὑποκάπηλοι. 338. 537
Ὑποκείμενον, nexum. 206

Ὑπόκρισις, pronunciatio. 246
Ὑπόλοιποι φοραί. 59
Ὑπόσοφοι, altera artificum classis. 538
Ὑποτιθέναι, fiduciare. 69
Ὕραξ, sorex. 190. 332
Ὑφαντική. 297

Φ.

Φαινεράτωρ, fœnerator. 21. ejus etymon. 546
Φαίνω, φῶ. 216
Φάνος, φαίνω. 216
Φάτνη, pars stabuli, & stabulum. 352. 353. 354
Φείδων μέτρον. 430
Φειδώνια μέτρα. 423. non στάθμια. 430
Φέρνη, dos. 215
Φιλάνθρωπον, non φιλανθρώπιον. 150
Φιλαργυρία, quid? 639
Φιλαργυρία clericorū notata. 651
Φιλαργυρίαν damnans, nō ob id quoque fœnus damnat. 648
Φοραίνω, φορῶ. 216
Φοραὶ ὑπόλοιποι. 59
Φορά. 48. καταβολὴ ἐράνου. 679
Φορὰν ἐκλιπεῖν. 59
Φορειά, stercus, foria. 528
Φόρετρον, vectura. 83. 517
Φορτηγία, τῆς ἐμπορίας μέρος. 344. 376. 516. quid non sit? 517. & quid sit? 518
Φορτίον, & φόρτος, merx. 344. 376. 517
Φορτὶς, ναῦς φορτηγηθεῖσα. 376
Φόρτος, φορτίον, merx. 344. 376. 517
Φρὰτ, Euphrates. 324
Φρατρία, collegium. 51
Φυσικὴ, naturalis pars juris divini & civilis. 590. 591. depravata. 595
Φυσικὸς νόμος. 596
Φύσις, jus naturale, νόμος. 592. τὰ πολιτικὰ complectitur. 595
Φώσκω, φαίνω, φῶ. 216

X.

Χάλκεια, argentei nummi. 507
Χαλκίον, ἐπὶ χρυσοῦ καὶ ἀργυροῦ νομίσματος. 377
Χαλκίον, & χαλκὸς, uti differant? 424
Χαλκόκρατος κασσίτερος. 485
Χαλκοῖ νοῦμμοι. 426. 569
Χαλκὸς, & χαλκοῦ τράπεζα, de auro & argento. 506. 507

Χαλκώνητος οἶνος. 370
Χαρίζεσθαι. 8.17
Χάρις, quid? 4. 5.35. ἀντίχαρις. 8
Χαριστήρια. 5.6
Χειρόγραφον. 130.139
Χειροτέχναι, & χειρώνακτες, opifices. 341
Χελωνοφάγοι. 296
Χοεύς. 431
Χοίνιξ. 431
Χόλος, χολή. 21
Χορηγεῖν. 55
Χορηγοὶ, unde dicti? 58
Χοῦς. 53
Χρᾷν, κιχρᾷν, χρῆσαι. 169
Χρᾶσθαι, κιχρᾶσθαι. 174
Χρεία, necessitas, est μέτρον permutandarum rerum. 314
Χρεοκοπία septimi anni. 653
Χρεόκοπος, decoctor. 80
Χρέος. 12. 70.76.79.80. debitum, & creditum. 188
Χρεῶν ἀποκοπαί. 80.608
Χρεῶσται, χρεωστούμενοι. 79. 80
Χρεωφείλημα. 76.79
Χρεωφειλέτης. 79
Χρήματα, Hesiodo, & Homero, quid? 369. 400
Χρηματισμὸς ἐπονείδιστος καὶ μισητός. 634
Χρηματιστῶν tria genera. 520
Χρηματιστική. 339. triplex. 631. ex terra quæstum nata facere. 522. non circa nummum solum; nam eo vetustior. 400. ab Aristotele admissa. 554. 560. est præter naturam illi. 561
Χρηματιστικῆς species, μονοπωλία. 564
Χρῆσαι, de mutuo. 18. 60. 163.166. 167. 168. 174. κιχρᾷν. 169. δανεῖσαι. 606
Χρήσαντες, δανεισταί. 36.37
Χρήσασθαι, & δανείσασθαι. 60
Χρήσιμος, commodus. 164
Χρῆσις. 216. δανεισμός. 166. μίσθωσις. 167. commodatum. 168. usura. 83. usus, & usus datio. 165. 166
Χρῆσις pecuniæ. 60
Χρῆσις, & δόσις. 202
Χρῆσις, & κτῆσις, opposita. 165.202
Χρησμοὶ, sortes. 189
Χρήστης. 21.163.166.168
Χρυσίον, & χρυσὸς, uti differant? 424
Χρυσίου σταθμὸς σύμμετρος, modicum auri pondus. 429

Χρυ-

Χρυσοῖ, νοῦμμοι. 426
Χρυσὸς ἄπυρος. 286. ὄβρυζος, καὶ Κελτικός. 452. 453

Ψ.

Ψυχικοί. 640.641.642

Ω.

Ὠνεῖσθαι, πρίασθαι, quam vetusta vocabula? 378
Ὦνος, ὠνή. 21. τίμημα. 376. vocis antiquitas. 378
Ὠφέλεια, usura. 96

INDEX LATINVS RERVM & VERBORVM locupletissimus.

A.

ABalienatio. Vide, Alienatio.
Abbreviaturæ & cõpendia in scribendo librariis antiquis usitata. 528
Ablocare, elocare. 683
Aborigines Æolum. 348
Abusus in mutuis; non commodatis. 194
Abusus caussa, non est carendum usu. 554
Accessio, usura. 181. τὸ ὑπὲρ μέτρον. 277
Accessio. πλεονασμός. 615. 616
Accessiones, & gradus, ejusdem prædicamenti. 254
Acceptilatio, quid? 143
Acceptilatio, stipulatio, correspondentia. 132. 234
Accipi mutuo, fœnore. 13
Accipiens commodatum & locatum, quid præstet? 222. 223
Accipientis fieri, & non fieri. 219
Aciarium ferrum. 320
Acquirendarum & alienandarum rerum modi iidem. 216
Acquirendi modi. 398. 543. Aristoteli quinam? 403
Acquirendi ratio, & bellum, coæva. 305. ante nummum. 418
Actio pro evictione, auctoritas. 207. 209
Actiones mutui, & usurarum. 109. 110. 113. juris civilis. 257
Actiones cum animalibus homini communes, paucæ. 593. toto genere tamen diversæ. 594
Actuarii. 146
Addicere nummo. 361. 404
Additamentum, πλεονασμός. 615. 616
Admordere, lucrum de alieno facere. 613
Adoratio dei. 595
Adrosi nummi. 569
Adventores, hospites divertentes, κατάκται. 351
Adversaria. 147. menstrua. 148
Adulteria. 258
Æ pro e, ex vitioso priscorum scribendi more. 332
Ædes commodare, non officium est. 175
Æginetæ, nummi auctores. 434
Æginetica drachma. 432. mina. 321
Ægineticus obolus. 578
Ægrotus non sterilis. 198. 199
Ægyptii efferati. 593
Æoles, Aboriginum auctores. 348
Æqualitas duplex. 92
Æqualitas divitum & pauperum in prima ecclesia qualis? 656. 657
Æqualitas hominum, juris naturalis. 247
Æqualitas juris per imperium tollitur. 241
Æquitas juris naturalis. 610. contractuum modicorũ fons. 641
Aer non sterilis. 198
Ærariorum officina, moneta. 506
Ærarius mergus. 33
Ærea pecunia. 467
Æreæ pecuniæ an primus autor Numa? 465. 466. pretium. 504
Ærei nummi & æris in massa æstimatio. 505. pondus, manente eodem pretio, imminutum. 472. vetustas. 422. 433. 466. 467. 468. apud Athenienses inventor. 569
Ærei nummuli, κέρμα. 507
Æreus obolus. 570
Æreus solidus. 493
Ære alieno laborare. 33
Æris, vel assis, partium denominationes, unde? 577. etymum, & cur ἀντὶ τοῦ χαλκοῦ. 575
Æris formati, signati, ortus. 375. 575
Æris pondo. 574
Æs alienum, χρέος. 80
Æs, pro asse. 577
Æs, vel as Romanorum, Siculorum, & Tarentinorum. 577. ejus fatum. 579
Æs, pretium auri, & vicissim. 440. 493. & argenti. 504
Æs collaticium. 39
Æs creditum, fœnus. 81
Æs grave cusum ab initio. 432. non ponderari solitum. 570
Æs grave signatum, & numeratum. 572. ante argentum signatum. 573. pro nummo usurpatum. 312. 315. 322. 328
Æs grave, σταθμός. 465
Æs in massa & nummo signato num ejusdem valoris esse deberet? 461
Æs parvum, sestertius. 361
Æs quaternum. 576. 577
Æs rude, & signatum, ante nummi usum. 327. 358. 419
Æs rude, non signatum. 577
Æs signatum. Vide, ærei nummi.
Æs signatum, ferrum factum, infectumve. 394
Æsculanus deus. 468
Æstimatio in nummis, eadem deberet esse cum metalli, unde cusi sunt, æstimatione. 461
Æstimatio pecuniæ, & de ea Pomponii locus explicatus. 459. 460
Æstimationis nummi caussa solum pondus & pretium est. 451. 455. 456. 459. 461. 462
Agea in navi; πάροδος. 57
Agricola, vir terræ. 304
Agricolæ. 288. 296. 301. sunt αὐτοπῶλαι. 334
Agricolarum vita, succentiva. 301
Agriculturæ an exitialis fœneratio? 223
Agricultura, an non naturalis vivendi modus? 303. naturalis,

ralis, quæstuosa. 409. 410. *quæstuaria.* 540. 541. *cum fœnore conjungi potest.* 605. *sola naturalis Platoni & Aristoteli.* 520. 521. *cur minus improbata?* 540. *οἰκονομικῆς fundamentum.* 525. *aliis artibus dignior, omnium postrema.* 299. 301. 532. *ante ferri usũ.* 683. *ferri artem præsupponit.* 298. *an mercatura vetustior?* 297. *mercatura quædam.* 413

Albi lapilli pro nummis. 468

Alexandrinus nummus. 441

Alienationis genera, & modi. 202. 204. 215

Alienandarum, & acquirendarum rerum, iidem modi. 216

Alienatio, proprium facit. 217

Alienatio proprietatis rei in mutuo, quæ? & quanta? 221

Aluta, corium, diversa. 463

Alutaceæ ligaturæ, qualis pecunia? 463

Amatoria ars, Ovidii, ματτυοτεχνίας libri. 280

Ambacti, servi. 260

Ambulans moneta. 425

Amicorum ἔργον. 681

Amicis commodatur. 606. 617. *sine usura mutuum datur.* 654

Amicitiæ genera duo. 19. 60

Amor mundi, peccati fons. 639

Amor nummi finem non habet. 403. 404

Amylatum. 41

Anhelitus sublimis. 566

Animales, ψυχικοί. 640. 641. 642

Animalibus & homini communia pauca. 593. *& toto genere diversa.* 594

Animorum imparitas, societatis & vitæ humanæ fundamentum. 527

Animus infinita expetit. 409. 410

Animus hominis, juris naturalis principium. 244

Annuis reditibus quibusnam abstinendum? 672

Annuli dimidiati. 128

Annus remissionis & jubilæus. 608. 663

Antapocha. 133

Antichresis tacita. 272

Apocha. 131

Apostolici Canones, vetustissimi. 633. 653

Appendi obolos argenteos, cur solitum? 569

Arabum secta. 367

Arbiter & arbitrator, μέσος μεσίδιος. 475. *μεσίτης.* 476

Arcæ communes ad stipem. 680

Arenatum, mortarium, impensa. 40

Argent de mise, προχωρῶν. 624

Argentaria officina. 500

Argentaria mensa, de omni nũmo. 506

Argentaria, nummulariorum mensa. 509

Argentariam coactionem facere. 497

Argentariam facere. 490

Argentarius semper venditor. 494. *quis?* 498. 501. 502

Argentarii, & argentaria. 490

Argentarii coactores. 497. 500

Argentarii, mensarii, nummularii. 497

Argentarii, qui & aurum & æs tractabant. 507

Argentarii & mensarii, an differant? 509

Argentariorum corpus. 502. 508. *officium.* 508. 510. 512

Argentea drachma. 493. 526

Argentea mina. 566

Argentea pecunia. 467

Argentei nummi primus inventor, Phidon. 431. 432. 433

Argenteus nummus gravis. 575

Argenteus obolus. 570

Argenteus solidus. 493

Argentinus deus. 468

Argenti & auri ratio decupla olim. 329. 566

Argenti distractores. 491

Argenti possessio è Platonis republica quei proscripta? 481

Argenti pretium, æs. 504

Argenti rudis & signati æstimatio. 504

Argentum factum. 490

Argentum grave ab initio cusum. 432

Argentum grave, an apud Livium? 574

Argentum, pretium auri. 493

Argentum signatum recentius æreo nummo. 433

Arillator, cocio, μειλάβολος. 345

Arillatores, ultimi negotiatores. 537

Aristoteles, principium naturæ negavit. 302

Arma justa, quæ? 258

Armorum ἀμυδή. 359. 360

Ars in infinitum avida, Aristoteli, sola μεταβολητική. 405

Ars amatoria Ovidii, ματτυοτεχνίας libri. 280

Ars ludicra, & fœneratoria. 53

Artis finis, & opus. 199

Artium negotia damnat, qui usuram. 524

Artes multæ invisæ & inhonestæ; sed nihilominus necessariæ & utiles. 527

Artes quæstuosæ, an contra naturam? 410. 411

Artes sordidæ, αὐτουργοί. 414

Artificia quæstuosa. 281. 282

Artifex omnis, πάμπλος, & αὐτοπώλης. 334. 519. 520

Artifices, opifices, 341. *ἀργαῖοι βαναυσοι.* 343

Artifices viliores. 409

Artifices, quales negotiatores? 534

Artifices à republica inseparabiles. 662

Artificum & artium classes. 537. 538

Ascetæ. 640

Asini mutuo scabunt. 279. 280

Aspratura, collybus. 454

Asperi nummi, ἐπίσημοι. 454. 492

Aspratura. 492

Asses librarii Romanorũ. 315. 570. *librales.* 571. 573

Asses librarii, facti sextantarii. 316. 573. *semunciarii.* 574. *vel semunciales* 473. *unciarii.* 510. 575

Assium supputatio. 574

Assis. 317

Assis partium denominationes, unde? & etymum. 576. 577.

Assis dupondius, bilibris? 571 577

Assis librarius. 461. 567

Assis librarius, & gravis. 577

As vel æs Romanorum, Siculorum & Tarentinorum. 577. *ejus fatum.* 579

As gravis, libra, mina, σταθμός. 577. 578

Athenienſium in plumbo μνοπωλία. 556
Attica mina. 321
Attica pecunia, optimi valoris. 457
Atticæ drachmæ. 493
Atticus obolus. 432.578
Avaritia, inexplebilis. 391
Avaritia non quemlibet decet. & quid? 637. *à Chriſto damnata.* 638
Avaritiæ cauſſa, an nummus? 418.540. *finis ſine fine.* 541
Avaritia clericorum notata. 651
Auctor primus, & ſecundus. 209.210
Auctoritas, quid? 207.209.210
Auctoritas uſus. 210
Auctoritas jus, an jus uſucapionis? 207.210
Aucupium. 304
Audii ſchiſma, unde? 651
Averſaria. 147
Augendæ rei Ariſtoteli duo modi. 525
Augmentum, quod non uſurarium, Arabibus licitum. 366.367
Aviditas pecuniarum, & καπηλικῆς, infinita. 391.405
Aviditas in agricultura minor quam in aliis vitiis. 413
Aviditatis habendi cauſſa, an nummus? 418.540
Auraria monetæ officinatores. 500
Aurea mala, pelles, vellera, cujus originis? 305
Aureum ſæculum, quo omnia communia. 658
Aureæ virgulæ pro nummis. 470
Aurea pecunia. 467
Aurea drachma. 493
Aurei lapilli pro nummis. 468
Aurei nummi. 484
Aureus Atticus. 429
Aureus Iuſtinianeus. 492
Aureus ſolidus. 493.505
Aureus ſtater. 566.567
Aurum, & ſericum, æquivalebant olim. 329
Aurum Gallicum, vel Rhenanum. 452
Aurum prædarum à Iulio Cæſare venditum. 507.508
Aurum, pretium argenti, & viciſſim. 493
Aurum rude, αὐρός. 393
Aurum ſignatũ recentius nummo æreo. 433
Auri & argenti ratio olim decupla. 329.566
Auri exploratores, ſunt etiam δοκιμαμβιοί. 512
Auri libra. 443
Auri poſſeſſio è Platonis republica quei proſcripta? 481
Auri pretium, æs. 440.504
Auri rudis & ſignati æſtimatio. 504
Auricularis confeſſio notata. 647

B.

Banca, bancum; cui nummularii inſidebant. 511
Bancarii, quia menſæ inſidebant. 511
Bellerophon & Oeneus. 379.380
Bella, è quo jure? 247. 248. 249. 251. 252. 253. 257. 262.290.291. *an naturalia, ſecundum Ariſtotelem?* 394. *an dominii acquirendi modus, ſecundum eumdem?* 255
Bella Chriſtianorum adverſus Chriſtianos an juſta? 667
Bella gratuita. 256
Bellum, & acquirendi ratio, coæva. 305
Bellum, & fœnus, pugnantia. 667
Bellum, & μάχη, diverſa. 347
Belli jus, an jus uſuræ? 666. 667
Belli natura, & antiquitas; & quam homini primo naturale? 256
Belli ſempiterni jus Muhammedanorum. 666
Bene nummati. 395
Benefici multi, natura. 392. *iidem multorum poſſidendorum avidi.* 393
Beneficorum & prodigalium in quibus convenientia? 393
Beneficiorum natura. 276.278
Beneficii regula triplex. 672
Beneficium, officium, gratuitæ res.
Beneficium ſolius accipientis cauſa datur. 197
Berenicius nummus. 441
Beſtiarum actiones juris & juſticiæ expertes. 594
Biguæ, & bigare. 379
Bilibris aſſis, dupondius. 571
Biſpellio, biſpello, veſpillo; non verſipellis, vel veterator. 529
Bonorum communitas. 397
Bonus pater familias. 10
Bovis figura in nũmo an κέλλυβος dicta? 495
Byzantiorũ μνοπωλία in pecunia rei nummariæ. 556

C.

Cæremoniale, θρησκευτικὴν, legalis juris pars. 590.591.595
Calcei uſus, an duplex? 237
Callias nummiærei apud Athenienſes cuſi inventor. 569
Calumniatoris etymon, & proprietas. 182
Cambiatores. 490
Cambiator, menſarius. 512
Cambiatori in Gallia ſine regis juſſu nemini licet eſſe. 512
Cambium. 494. *commutatio.* 380. *κάπηλος.* 495
Campſores. 512
Cancellatum inſtrumentũ. 135
Canibales efferati. 593
Canis canina non eſt. 593
Canoæ, navigia novi orbis. 298
Canones apoſtolici, vetuſtiſſimi. 633.653
Canoniſtæ notati. 646.648.676
Capetum, pabulum. 348
Captivitates, juri naturali incognitæ. 248
Caput, ſors. 189
Caritas proximi. 596
Caritas proximi, & ſocietas humana, uti differant? 617
Caritas à ſemet ipſa incipit. 597.665
Caritas in naufragio, & acie fuſa, qualis? 685.686
Caritatis obſtaculum an fœnus? & quantum? 668
Caritatis regula triplex. 672
Carnales, σαρκικοί. 640.641
Carnificina, & fœneratoria. 530
Carpere, calumniari. 182.184
Carthaginenſes fecerunt nummos è corio. 463

Cassiani, & Proculeiani. 358. 368.369
Cato Censorius medicis, & fœneratoribus, iniquus. 546. ipse fœnerator summus. 544 546.547
Caupa, copa, φάτνη. 348
Caupones, emporii pars, Polluci. 350
Caupo, κάπηλος. 333. 334. 347
Copo, copus. 348.349. παυδοκεύς. 351
Caupones, & cocionatores, uti differant? 339. 344. κάπηλοι. 349
Caupo, stabularius. 355
Caupo, & caupona, unde dicta? 354
Caupona, καπηλεῖον. 349.355
Cauponæ, & diversoria. 351
Cauponaria, παυδοκία. 355. ubi male pro καπηλική? 333. non καπηλική. 535
Cauponari bellum. 346
Cauponatio, cauponaria. 354
Cautio, quid? 130.132.133
Cautio pro æque bonæ rei redditione, non necessaria. 218
Cautio, chirographum. 126.145
Cautio chirographi, obligatio. 134
Cautio chirographaria. 153.154
Cautionis vocabulum. 233
Cautum, cautio. 142
Cavere per scripturam, διαγράφειν. 514
Caveri. 131
Celtarum ἐργαστήρια. 680
Centenarium auri. 155
Centesima usura. 609
Centesimæ quo sæculo & quibus permissæ, & quibus non? 633
Centrum divitiarum, necessitas. 410
Chanaan, Phœnicia. 424
Charibuæ efferati. 593
Chirographaria instrumẽta valida, vel secus, quænam? 682
Chirographaria scriptura. 142
Chirographi essentia. 163. obligatio. 134
Chirographi, & pignoris, redditio. 133
Chirographorum sollemnes stipulationes. 682
Chirographum. 130.142
Chirographum, instrumentum. 129.130. privatum. 156
Christianus, sic dictus, Christiano hostis legitimus, nostro jure. 665
Christianus verus, amicus inimico. 668
Christiani & gentilis differentia circa studiũ eleemosynæ. 657
Christianis de fœnore quid statuendum? 618
Christiani, Iudæorum lege de usuris non obligantur. 653
Christiani quando acquirendis bonis operam cœperint dare? 661
Christiani artes suas usui vendebant gentilium. 661
Christianorum eranos. 680
Christi doctrina in republica humana quomodo nil mutatum velit? 629.630
Christus venit in carnem, magis ut gentes servaret quam Iudæos. 629
Christus quare, & quorumnam trapezitarum everterit mensas? 632
Circitores, institores. 517

Civile jus, quid? 230. Hebræi populi. 591.595
Civiles dissensiones notatæ. 665
Civilia naturalibus opponuntur. 229
Civitatis nummus, & privatorum. 439
Clerici soli à fœnore & alis abstenti. 634. 635. 636.637. 646.648.652
Clericorum avaritia notata. 651
Clericorum posteriorum vita, & laicorum primæ ecclesiæ. 661
Clientes, servi. 260
Coactionem argentariam facere. 497
Coactores, & coactores argentarii. 497.498. an nũmularii? 499.500
Cocionari, καπηλεύειν. 339. 343.346
Cociatria, cociatura, cocionaria, cocionatoria, & cocionatura, μεταβολική, καπηλική. 336.345.347.355. 535. utrum sine nummo procedere possit? 422
Cociones, & cocionatores. 536. κάπηλοι. 344. 365. cocliones, à cunctando. 345.346. μεταβολοι. 347. 349. fœneratoribus longe perniciosiores. 554. necessarii. 555
Cocus, & lanius. 349
Codex rationum. 145.146.149 151
Cœrare, curare. 4
Cœtum ἐράνου complere, πληρώσαι. 679
Cognitio dei. 595
Collatio, & collectio. 61
Collatio eranistica, & symbola. 681
Collaticium as, & quadrantes collati. 39
Collecta. 681
Collectæ apostolorum ecclesiasticæ quid arguant? 656
Collectarii, coactores. 498. an nummulari. 499.500.502
Collectio, & collatio. 61
Collegia, sodalitia. 51
Collegia, & societates, uti differant? 680
Collegiorum differentia, ex fine & proposito; quod, voluptas, aut quæstus. 47
Collegium eranistarum, κοινὸν ἐρανιστῶν. 48.49
Collocari, de pecunia fœnebri, & servo. 160. quo sensu? 161. de ædificiis. 162
Collybi, id est, collybistæ; & eorum professionis utilitas. 515
Collybus, aspratura. 454. qualis permutatio. 364.367. nummorum ἀλλαγή. 380. cambium. 495
Coloni, αὐτουργοί. 225. 411. ἐργάται. 412
Comes sacrarum largitionum apud Romanos quis? 460
Commercia maximum humanæ societatis momẽtum. 481
Commerciorum moderatorum fons, juris naturalis æquitas. 641
Committere, male pro collocare. 632
Commodare. 163. 164. 170. 172.174. amicorũ est. 606. 617
Commodari. 169
Commodari, & mutuo dari. 9
Commodandarum, vel locandarum & mutuandarũ rerum differentia. 218.219

Commodati divisio. 172
Commodatio, & locatio. 171. 172
Cõmodator, χρήσης, proprie. 163
Commodatum. 222. 223. *genus mutui.* 174. *χρῆσις. commodatio.* 60.167.168
Commodatum, & locatum, 32. 160.163.173
Commodatum, & mutuum. 172
Commodum, pro commodatione. 164
Commodum temporis. 165
Commodum, usura. salarium, præmium, merces. 96.97
Commodus, utilis. 164
Commune jus, gentium, naturale. 229. 230.240. 241. 242.243
Communes res, uti dividendæ? 444
Communia homini cum omnibus animalibus, pauca. 593. *& genere tamẽ diversa.* 594
Communis hominibus & bestiis vis, quæ non commune jus efficit. 242
Communitas bonorum. 397. *quid præsupponat?* 399
Communitas primæ ecclesiæ, ubi, & qualis? 639. *Hierosolymæ tãtum.* 654.655.656. 659
Communio sæculo aureo. 658. *Pythagoræ.* 658.659
Commutare verba cum aliquo. 12
Commutatio, cambium. 380
Compendium, & impendium. 187
Compendii vocabulum. 570
Complere cœtum ἐρᾶνου, πληρώσεως. 679
Concioces, an avaritia malo mederi possint? 637
Condere pecuniam, locare. 162
Conductio. 128
Conducti nummi. 200
Conductio, & locatio, utrius juris? 235
Conducticius, ἐνμισθώσιμος. 107
Conductio. 160.166. *ἐνμίσθωσις.* 167
Conductio, & μίσθωσις, non eadem. 166
Conductores esse, quibus vetitum? 635
Confessio auricularis notata. 647
Conforaneus, συντεχνίτης. 341
Conjunctio animorum inter nos Christianos quare dari nequeat? 664.665
Conservatio juris utriusque, solius Dei singulare beneficium. 595
Conspicuior, comparative. 533
Constitutiones super usuris. 649. 650.653.662. 664. 670. 676
Contemptus divitiarum à Christo commendatus. 638
Contractus, & res, sine quibus non potest esse, sunt ejusdem juris. 237
Contractus in præsentia, & præsentaria pecunia, in Oriente. 675
Contractuum genera. 36. *modicorum fons, juris naturalis æquitas.* 641. *voluntariorum species.* 166
Contrahi re, & de facto. 230. *verbis.* 233
Contrarium nil ejusdem juris. 265

Contributiones, ἐπιδόσεις. 54
Conventa, & conventiones, συμπωλίαι, μνοπωλίαις affines. 562
Convivia sodalitatum, qualia? 681
Convivia ἀπὸ συμβολῶν. 41. 53. *συναγώγιμα.* 54. *ἐξ ἐπιδόσεως.* 54.55
Copa, φάτνη. 348.354. *πανδοκεῦτρια.* 349.350
Copia, id est, quantitas. 443
Copiatæ, bispelliones. 529
Copona, taberna vinaria. 348. 349.354
Copus, copo, caupo. 348.349
Corallium pro pecunia. 468
Coria, *per abbreviationem pro* coriaria, *librariis antiquis scribere mos fuit.* 528
Coriaria odiosa, sed necessaria. 527. *sordida.* 530
Coriacea pecunia. 462. 463. 464.466.467
Corium, & aluta, diversa. 463
Corporale bonum, pecunia. 445. 446
Corporales res. 203. *duum generum.* 204
Corpori quidlibet satis. 409
Corpus alere corpore. 199
Corpus argentariorũ. 502.508
Corpus humanum, quibusnam pro instrumento tantum, non pro parte altera animalis? 642
Corpus & quantitas, opposita. 443.444
Cortex mori, pro pecunia. 468
Crasso quis dives? 399
Creatio hominis. 594
Credendi consuetudo minus frequens ab omni ævo in Oriente. 675
Credendi verbum. 66.68
Credere pecuniam, fœnerare. 100. *Vide,* Pecunia.
Credita res; &, fiducia data res. 68.69.99
Crediti species. 121
Creditum æs, fœnus. 81
Creditum, mutuum, debitum. 65.66.67.68.70.71.72. 75.76.77.79
Creditum, & mutuum. 99
Creditum, fœnus, mutuum. 120
Creditum, & debitum. 188
Creditum ire. 77. *& iri.* 78
Creditor. 70.79.98.99
Creditores, δανειστὴ, benefici. 36
Creditores suorum debitorum corpora secuere & partiti sunt. 545.546
Cretaria ars. 342
Crimina duum generum; aut unam, aut utramque partem ream detinent. 601
Criminatorum etymon & proprietas. 182
Cujus, cuja, cujum, qualis. 345. 346
Culicem quinam eliquent, ut deglutiant camelum. 651
Cultus dei. 595.596
Cupidinis immoderatæ caussa, anne nummus? 418
Cupiditas opum, quæ non vituperanda. 400
Cupiditas opum insana. 391. *an fuerit ante nummi usum?* 392
Cupiditas nummi, non habet finem. 403.404
Cupiditas infinita omnibus artibus communis, non propria μεταβολητικῆς. 405
Cupiditas naturalis, & quæ in

in immensum excidit. 410
Curare, cœrare. 4
Currens pecunia. 425
Cusionis nummorum impensa, unde recipienda? 460. 461

D.

Damnum, unde dictum? 97
Danaca, obolus, sexta pars drachmæ. 426
Danista. 20
Danisticum genus. 21
Dano, do. 16
Dare, donare, differunt. 16
Dare, δανεῖν. 17
Dare proprium, dare utendum, opposita. 217
Dare symbolam. 681
Dari mutuo, fœnore, &c. 13
Daricus nummus. 441
Datio, & δόσις, *diversa.* 203
David Psalmista num damnet quod Moses permisit? 616
Debitor nec dolum præstat, nec culpam, nec diligentiam. 221
Debitorem tenere. 135
Debitores ingrati. 530. 531
Debitores solvendi impotes, Athenis & Romæ uti tractati. 565
Debitorum corpora secta & partita inter creditores. 545. 546
Debitum ἄτοκον, *vel* ἔντοκον, *&* ἐπίτοκον. 301
Debitum, creditum. 76
Debitum, & creditum. 188
De bon coin, de bon aloy. 451
Decadrachmus nummus Cyrenæorum. 515
Decalogus quonam pertineat? 596. 598
Decussis etymum. 577
Deducticii, an κατάκται? 351
De facto contrahi, quæ dicantur? 230
Defectio hominis, & ἀποθηρίωσις. 594. 595
Definitio, & etymologia, uti differant? 3
Definitio, taxatio pretii. 479
Dei cognitio, & adoratio. 595
Delegare. 145
Delegatio, an obligatio per literas. 143
Delegatio per literas. 382
Deleti nummi, ἄσημοι. 492
De manu in manum. 676
Demaretius nummus. 441
Democriti μονοπωλία. 559
Denarii nomen. 428. *primus argenteus Romanorum nummus.* 433
Denarios probare, in officio argentariorum. 512
Depectiones negotiatorum, monopoliis non absimiles. 562
Deruis Persarum monachi. 640
Desiderium humanæ naturæ ampliandæ, quale? 397. 398
Detriti nummi. 454. 492. 569
Dilectio proximi. 596. *à seipso incipit.* 597. *ad decalogum & fœnus collata.* 597. 598. 599
Dimidiati nummi. 128
Diobolare scortum, στρατὴ σιδαρέου. 573
Diomedis & Glauci permutatio. 359. 364. 366. 379
Dionysius tyrannus nummos duplum valere jussit. 452
Disciplina perfectionis, & severa. 645
Dispendii vocabulum. 570
Dissensiones civiles notatæ. 665
Dissolvere nomen. 147

Distra-

Distractores argenti. 491
Diversoriorum & tabernarum mos fuit primitus, monstruosas & ridiculas in parietibus foribusque picturas haberi. 350
Diversoria, & tabernæ, diversa. 351
Divina mens influit quibus vult, etiam illis quibus manifestius aperire sese nõ vult. 589
Divinum jus. 588. 589. 590
Divini juris partes. 590. 591. 595
Divisio rerum, per numerum, aut partitione. 444
Divitiarum contemptus à Christo commendatus. 638. *parandarum instrumenta infinita Aristoteli.* 404. *modus unus, terminus, centrum.* 410. *studium.* 638. 639. *an fuerit ante nũmi usum?* 392. *in beneficis necessario requiritur.* 393. *finis, est usus.* 404. *usus, & possessio.* 165
Divitiæ patriarcharum. 395
Divitiæ ante nummum inventum. 418. *in metallo rudi ante nummum signatum.* 470
Divitiæ, & divites, quinam? 657
Divites multi non bene, nec semper nummati. 609. 610
Divites & pauperes in primis ecclesiis. 656
Divitum inopumq; medii. 549. 550
Dives, qui, secundum Crassum? 399
Divitis & pauperis affectus reciproci, quales? 668
Divortia propria aquarũ. 207
Domini legitimi sex res. 217
Dominia prima. 255
Dominium, res antiquissima. 394. *an bello acquiratur?* 255
Dominium, & possessio, non idẽ. 173
Dominium in commodato non transfertur. 172
Donare, χαρίζεσθαι. 7
Donare, dare, uti differant? 16
Donarium. 6
Donatio. 202. *alienationis modus.* 215
Donatio, & venditio. 359. 360
Donatio mutua Glauci & Diomedis. 359. 364. 366. 379
Donativum. 7
Dona. 6. 23
Dona mutua, non semper paria. 360
Donum, δωτίνη. 215
Dos, δώς. 215
Drachma, unde dicta? 310. 325
Drachma Æginæa. 432
Drachma Arabum. 325
Drachma, moneta argẽtea. 507
Drachma argentea. 5. 26
Drachma Attica. 321. 493
Drachma aurea, argenteæ decem, & duodecim. 493
Drachma, ὁλκή. 323
Duellum. 253
Duodeciare. 577
Dupondium, bilibre. 567. 570
Dupondius assis, bilibris. 571
Durum, molle, lentum, quei idem? 320
Dux, & miles: γεωργὸς, καὶ ἐργάτης. 412

E.

Ecclesiæ facies alia, aliam vitam, aliosque mores arguit. 639
Ecclesiæ ministri à fœnore & aliis prohibiti. 633. 634. 635. 637. 646
Ecclesiæ præsidentes. 645
Ecclesiæ primæ virtutes. 668
Ecclesiarum puritas major quo propiores fonti. 649
Ecclesiasticorum avaritia notata. 651
Egestatis gradus. 669. 673
Egregior, comparative. 533
Eleemosyna differentiam monstrat inter Christianum & gentilem. 657
Eleemosyna, eranos. 62
Elocare, ablocare. 683
Emere ut carius vendatur, à prima Hierosolymitana ecclesia alienum. 660
Emptio, auctoritas. 210. 212
Emptionis & venditionis ortus. 238
Emptor, & venditor. 214
Emporii partes, secundum Pollucem. 350
Epicuri contra Pythagoræ γρίφους sententia. 659
Episcopi, procuratores sæculares, & fœneratores gravissimi. 652
Epulæ menstruæ, ἔρανοι. 679
Equi, qua in re naturam revereantur? 592
Equus, Cephalleni nummi insigne. 441
Erani redemptores. 63
Eranistica collatio, & symbola. 681
Ergastulum terræ laborandæ, temporalis laboriosa vita. 303
Esseni. 640
Etymologia, & definitio, uti differant? 3
Evictionis actio, auctoritas. 207. 209
Exactores, an ξυμβάλλονλες. 496
Exæquatio mercis & pretii. 478
Exceptio non numeratæ pecuniæ. 155
Exceptionis tempus. 142
Excessus, τὸ ὑπὲρ μέτρον. 277
Excessus in fœnerando & mercatura, avaritia. 637
Exercere pecuniam. 28
Exerceri, de agro, non fructu; de pecunia & fœnore, non usura. 29
Exilium voluntarium. 589. *cur dici queat?* 685
Expedire nomen. 147
Expensum ferre. 147
Expensum, τὸ δάνειον. 147
Expungere nomen. 147
Extraneo, fœnore datur. 606. 617
Ezechiel propheta num vetet quod Moses permisit? 616

F.

Fabricandi ars. 297. 298
Facere nomen. 147
Facinora legibus reprimenda. 662
Factum metallum vel argentum. 490
Familia monetariorum. 502
Farcimen, impensa. 41
Favissæ, θησαυροί. 393
Feræ nonnullæ hominibus minus efferæ. 592. 593

Ferrei nummi. 321. 322. 467. 468. 484. 572. 573
Ferri ars & usus, agricolatione prior. 298. 301
Ferrum aceto candens intinctum inutile. 319
Ferrum factum, laboratumve, vel rude, & infectum. 394
Ferrum grave. 572. *signatum.* 573
Ferrũ molle, & aciarium. 320
Ferrum rude, ante nũmi usum. 358
Fidejussorem tenere. 135
Fidejussor, auctor secundus. 209. 210
Fiducia, hypotheca. 68. 69
Fiduciæ data res; &, res credita. 68. 69
Fiduciarius servus; male, pro fiduciato. 69
Fiduciata res. 69
Fidus, & fides, unde? 22
Fieri accipientis. 219. 222
Fieri debere, & fieri posse, non confundenda. 662
Figulina numismata. 466
Fines artis, & artificis. 406
Finis finiti infinita cupiditas. 404
Finis, non est pars. 518
Flatum metallum, nummus. 490
Fœnerandi & medicandi non res, sed ars damnata. 547
Fœnerare, credere pecuniam. 100
Fœnerare, & fœnerari. 13. 169. 550
Fœnerari, χρῆσθαι. 163
Fœneraticia, mutuaticia. 107
Fœneraticia negotiatio, τοκισμὸς, species μεταβλητικῆς. 281. 282
Fœneratio, mutuum cum usura datũ. 174. *utrius juris?* 265. 269. 272. *τοκισμὸς, pars μεταβλητικῆς.* 280. 519. 520. *monopolia utilior, & magis necessaria.* 564. *præter naturam, Aristoteli.* 289
Fœneratio activa, & passiva, nummulariorum. 512. 513. *invisa, inhonesta; necessaria tamen, & utilis.* 530. 676. *an βίου ἐπονείδιστος?* 684, *nempe, quæ modo caret.* 634. *notata.* 637. *damnata Aristoteli & Platoni.* 540. 541
Fœneratio & mercatura conjuncta. 554
Fœneratio ante nummi inventionem. 568
Fœneratio & monopolium. 584
Fœneratio, quibus interdicta? 633. 634. 637. *& cur?* 646
Fœneratio improba, τῶν σαρκικῶν; modica, τῶν ψυχικῶν. 640. 641. 642
Fœneratio, negotiationis species. 673. *negotiatio stataria.* 674. *à Muhammede prohibita.* 673. *& cur?* 674
Fœnerationis & mercaturæ eadem ratio in pretio intendendo vel minuendo. 583
Fœnerationis necessitas. 527. 676
Fœnerationi modus constituendus à principe vel magistratu. 563. 564
Fœneratoris etymon Græcum. 546
Fœnerator, & fur. 541, 544
Fœnerator, & ὁδολοστάτης, uti opponantur? 582

Fœnerator, χρήστης. 163
Fœneratores à republica inſeparabiles. 660
Fœneratores, latrones. 632
Fœneratores lege non coërciti, nondum tamen tam exitiales atque mercatores nonnulli. 224
Fœneratores luxu divitum producti, ſecundum Plutarchũ. 549
Fœneratores maximi, minimũ infames, vel inviſi, quinam? 582
Fœneratores minus ſordidi quã opifices. 532
Fœneratores, τοκισταί. 36
Fœneratores in prima Hieroſolymitana eccleſia nulli. 660
Fœneratorum claſſes. 539
Fœneratoribus κάπηλοι longe perniciosiores. 554. licet neceſſarii? 555
Fœneratoribus uſuræ permiſſæ. 179
Fœneratoria, & carnificina, & ars ludicra. 530
Fœneratoria inviſa. 527. 530. 676. 684. & quænam? 634
Fœneratoria, τοκισμὸς, ὀβολοστατικὴ. Athenis libera. 583
Fœnore accipientes proniores ad mentiendum quam dantes. 602
Fœnore laborare. 33
Fœnore ſumere, maledictio; fœnerari, benedictio. 604
Fœnore ſumitur à trapezitis. 17. 60
Fœnori nulla pœnitentia laicis uſquam indicta. 637. 647. 648. 649
Fœnoris definitio. 159. & diverſitas. 160. dictio. 21. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 33. 34. 35. 85. etymon. 180 genera. 174. initium à petente. 60. merces, uſura. 81
Fœnoris modus, totus politicus eſt. 646. 648. modorum varietas. 160
Fœnoris & furti collatio. 600. 601
Fœnoris quam Chriſtiani rationem habere debeant? 618
Fœnoris & uſuræ abſurdæ diſtinctiones. 121. 122
Fœnus exercere. 28
Fœnus agitare, exercere. 101. 102. 103. 104
Fœnus agitare apud Athenienſes ſine præſcripto licitum. 564. & Romæ ante legem XII tabb. 565
Fœnus. In fœnus dare, fœnore dare. 32
Fœnus improbantes, non poſſunt mercaturam excuſare. 625. 626. 631
Fœnus, crediti ſpecies. 121. vel mutui, 87. δάνειον. 171. pecunia credita. 409. 581. & mutuum gratuitum. 624
Fœnus, & gratuitum. 160
Fœnus, creditum, mutuum. 120. ejuſdem juris. 235
Fœnus, mutuũ. 159. mutuum ἐνεχυρον. 29. mutuum ἐπίτοκον. 81. pecunia fœnebris. δάνειον, χρέος. 123
Fœnus, pro fœneratione. 164
Fœnus, verſura, μεταβολή. 347
Fœnus quomodo pro uſura? 32. uſura. 121. quia nunquam ſine uſura. 122
Fœnus, & bellum, pugnantia. 667

Fœnus an licitum? 193. 198. 201. 221. 223. an naturalis terræ fœtus? 30. an naturale? 229. an civile? 233. an παρὰ φύσιν? 280. an crimen? 545. caritatis obſtaculum an ſit; & quantum? 668. an in Decalogo prohibitum? 603. laicis ſi illicitum, jugum eſt importabile. 646. malum neceſſarium, ſi malum. 677. cum dilectione proximi collatum. 598. 599. uti fœnus pariat? 122
Fœnus ſeſquicenteſimum, ducenteſimum, trecenteſimum, centeſimum, trientarium, unciarium, ſemunciarium. 28. 30. 31. 33. 609
Fœnus immane, quartæ partis de ſorte in diem. 580. 581
Fœnus graviſſimum ab epiſcopis acceptum. 544. 652
Fœnus nauticum. 24. 25. 31. 539
Folium de ſepplaſio. 563
Folles, nummi minuti. 92. oboli ærei. 428
Follium, exiguorum nummorum, nomen & genera. 324
Foranei, ἀγοραῖοι. 341
Forenſis mercatura. 339. καπηλικὴ, ante nummum. 418
Foria, ſtercus, φορεία. 528
Forica, pro foricarum & ſtercorum vectigali. 529
Foricæ, καπηλοδοχεῖα. 528
Foricarum vectigal. 529
Foricaria odioſa, ſed neceſſaria. 527. 528
Foricarii, vectigalium foricarum redemptores; non purgatores. 529
Forma nummi proba & adulterina, nil facit ad nummi æſtimationem. 456
Formæ vocabulum. 684
Fortunæ lacinioſæ. 409
Fragile, & molle, differunt. 320
Fragmenti falſum etymon. 2
Fratrum appellatio inter Chriſtianos. 654. 660. quando expirarit? 661
Fratres ad benefaciendũ, omnes. 663
Fraudes. 262
Fricti mulorum mutua. 279. 280
Fructuoſa omnia. 198
Fructus pecuniæ, uſura. 200
Fruges, reditus. 287
Frugis centeſima, pro, centena; male. 31
Fullonũ præpoſiti, inſtitores. 518
Functio. 9
Functionum ſive penſionum reliquator. 59
Fundari, uti de pecunia dicatur? 161. 162
Fundus, κλῆρος. 190
Fur, & fœnerator. 541. 544
Furtum, quid? 542. 600
Furta, cur non à jure gentium? 257. 258. 262
Fuſio, functio, ſolutio. 10

G.

Gallicarum urbium collectæ pro paſtoribus. 62
Galli per mercaturam nobilitate excidunt. 532. & qua lege? 533
Gallorum mos quoad jus ſervitutis. 260
Gallorum veterum ἔργον. 680

Gallus Hiſpano frater eſſe debet ad benefaciendum. 663
Ganeum, γάνεον. 678
Generatio, eſt multiplicatio. 181
Gentilis & Chriſtiani differentia circa eleemoſynam. 657
Gentium jus, uti opponatur juri naturali? 248
Gentium jus, naturale, ſecundarium, commune. 229. 230. 240. 241. 251. 252. 254. 677. *ſecundariũ.* 383. *divinũ.* 588. *duplex.* 259. 261. 278. *nullas beſtias attingit.* 594
Gentium jus naturale, & proximi caritas, uti differant? 617
Gentium juris, quænam? 382
Gentes efferatæ. 593
Gentes, Iudæorum lege de uſuris non obligantur. 654
Gentes nonnullæ à veri dei cognitione alieni, juris tamen divini alicujus prudentia cenſentur. 588
Genus, ſpecies. 88
Ghenæ rex, id eſt, Guineæ. 286
Gladius obtuſus, mollis, ἄῤῥωμος. 320
Glauci, & Diomedis permutatio. 359. 364. 366. 379
Gradus, ſunt ejuſdem juris. 238
Gradus, & acceſſiones, ejuſdem prædicamenti. 254
Græca fide. 676
Græci unde nummi uſum habeant? 425
Græci à Phœnicibus pondera, menſuras & nummum acceperunt. 434
Græcorum & Perſarum diſcidium ab excidio Ilii fuit ortum. 434
Grates. 7
Gratia par, nulla gratia. 276
Gratia, mercedis incunabula. 278. 279
Gratia coacta. 269. *propter ingratitudinẽ introducta.* 270. 279
Gratia, pro rei malæ remuneratione 7. 22
Gratiæ relatio, utrius juris? 268. 269. 278
Gratuitum, & non gratuitum. 32
Gratuitum, cauſa accipientis ſolius datum. 197
Gratuitum, & fœnus, oppoſita. 160
Gravis as, libra, mina, σατήρ. 577. 578
Grave æs. 572. *ſignatum.* 573. *non ſolitum ponderari.* 570. *an pro rudi?* 571. 572. *ſignatum, numeratum.* 572. *ante argentum ſignatũ.* 573. *& ante æs rude.* 575
Grave æs & argentum ab initio cuſum. 432
Grave argentum, an apud Livium? 574
Graves nummi primum ex ære & ferro. 330
Gravis nummus æri & ferro rudi ſucceſſit. 358
Gravis nummus æreus aureo argenteoque vetuſtior. 433
Guineæ, Ghenæ rex. 286

H.

HAbeo, unde dictum? 131
Hæreditas fiduciatria. 69
Hebræis naturalis juris æquitas invalida fuit. 610
Hebræorum jus civile. 591. 595

595. *populi dignatio.* 606
Herćto non cito, quid Romanus? 658. 659
Heſiodi ætate nummus nondum. 273. 368. 421
Heſiodus an Homero recentior? 421. 422. 433. 536
Homeri ætate, ſignata pecunia nulla. 305. 310. 368. 421. 568
Homerus & Heſiodus, uter vetuſtior? 421. 422. 433
Homerus, Chii nummi inſigne. 441
Homo, animal natura ἀγελαστικόν. 250
Hominis creatio, & defectio à jure naturali. 594. *quæ ἀποθηρίωσις.* 595
Homini & animalibus communia pauca. 593. *& toto genere diverſa.* 594
Homines, an juris juſticiæque capaces creati? 594
Hominum ἀποθηρίωσις. 595
Hominum ſtatus, vel claſſes tres. 640
Honeſta res, quæ per alios operatur. 414
Honeſtum minus, cum labore ex arte victũ quærere, quam deſidem fœnore vivere, & divitias parare. 531
Honorarium. 538
Horatii Lyrici pater coactor. 498
Hortorum cultura, an per τὸ γῆν ἐργάζεσθαι exprimi poſſit? 303
Hoſpitalaria, ξενών. 352
Humanæ naturæ ampliandæ deſiderium, quale? 397. 398
Humanæ vitæ gradus. 302. *diverſitatas cũ manſionibus in domo dei comparata.* 644
Humana vita & ſocietas in animorum imparitate ſubſiſtit. 527
Humana ſocietas, & proximi caritas, uti differant? 61
Humana ſocietas fœnebri commercio quam maxime indiget. 546
Hurpex, ἅρπαξ. 332
Hydropis imago in avaritia. 541

I.

IAnus, *primus æs ſignaſſe dicitur.* 575
Ianus bifrons, Romani nummi inſigne. 441
Idem non quod ſimile. 129
Idololatriæ origo. 595
Idoneior, comparative. 533
Ignorantia contrarietatem nullam infert. 265
Ilii excidium Perſis initium diſcidii à Græcis. 434
Impendii vocabulum. 570
Impendium pro uſura. 579
Impendium primum, quod ſors pecuniæ; & ſecundum, quæ debitoris ἀπροσία. 186. 187. 189. 190
Impenſæ, & impenſa. 40. 41
Impenſa cuſionis nummorum, unde recipienda? 460. 461
Imperfectionis & perfectionis gradus & claſſes. 640. 641. 642
Imperium naturæ. 244
Imperium, æqualitatem juris tollit. 241
Implere promiſſum, debitum. 48. 49
Inanes actiones. 134
Inane chirographum. 134

Inanes tabulæ. 134
Incentiva vita. 301
Incorporale jus ſuper corporali re. 445
Incorporalis res, uſus. 217
Incrementum, uſura. 181
Indicaturæ deterioris nummus. 4.57
Indigentes, cauſſa fœnerationis. 601
Indi, novi orbis, efferati. 593
Indorum mos quoad ſervitutẽ. 261
Infantes mutuos dare ad edendum. 36
Infinita divitiarum parandarum inſtrumenta, Ariſtoteli. 404
Infinita cupiditas omnibus artibus communis, non ſolius μεταβολητικῆς propria. 405
Ingenium, juris naturalis principium. 244
Ingenuis inhoneſta res quæ ipſa operatur; non inhoneſta quæ per alios. 414
Ingratitudo recentior gratitudine. 270
Ingratitudo, uſurarum cauſſa. 669
Inhoneſta res, quæ ipſa operatur. 414
Inhoneſta, & ſordida negotiatio; καπηλεία. 343
Inhoneſtæ profeſſiones. 354
Infimorũ operũ magiſtri. 529
Injuriæ non capax, nec juris eſt. 241
Injuriam non faciens, nec pati poteſt. 241
Innovationes, & acceſſiones ſeu gradus, diverſa. 254
Inopiæ gradus. 669.673
Inopiæ & neceſſitati ſubvenit lex. 550
Inopes & indigentes fœnerationis cauſſa. 601
Inopum divitumq; medii. 549. 550
In provinciam venire. In provincia verſari. 106
Inſatiabilitas, non ex artis vel mercaturæ vitio eſt, ſed hominum. 409
Inſtitor. 685
Inſtitores, quinam? 517.518
Inſtitoria, non eſt παράστασις. 517
Inſtrumentum, pro chirographo. 129.130
Inſtrumenta ἐπ' ἀγορᾶς. 155.
forẽſia, publica, privata. 156
Inſtrumentorum genera. 156
Intereſſe, uſura. 176
Interfici, & vendi. 395
Interpres, μεταφράστης. 332
Interpretis etymon. 476
Interpretes, proxenetæ. 331
Interrogatio, ſtipulatio. 127
Interuſurii jus quare introducendum fuerit? 675
Intributiones, ἐπιδόσεις. 54
Inventio ultima, perfectiſſima. 484
Involuntarium jus. 685
Ioſephi patriarchæ in Ægypto μονοπωλία. 556.558
Ire creditum. 77
Ire in creditum, lacrimas, flammas, maciem, ſenium. 67. 69.70,71. *de re, & perſona,* 72. 73. 74. 98. *modi quatuor.* 151
Iſauri, latrociniis & rapto infames. 295
Iſmaëlitæ, mercatores πλανῆται, ab omni ævo. 673. *Arabes, Perſæ, & Saraceni.* 674
Iſtabla, Rabbinis quid? 353
Iubilæus annus. 608.653
Iudæis uſura inter ſuos prohibita. 275. *nec uſuræ modus præſcriptus.* 607
Iudæorum ſuper uſuris lex an Chriſtianos attingat? 653. *vel alias gentes.* 654
Iudæorum lex de uſuris cum gentibus. 666
Iudæus omni Iudæo proximus. 617
Iudaici & Romani juris collatio. 596
Iudicia ἐμπορικά, & ἐμπορικά. 42.47.48
Iulius Cæſar quo pretio aurum divendiderit? 507.508
Iuppiter, qua occaſione patris nomen invenerit? 300. *ei ſecundus & tertius vivendi gradus attributus.* 303
Iuris æqualitas per imperium tollitur. 241
Iuris divini partes; legalis, & naturalis. 590.591.595
Iuris gentium, quænam? 382
Iuris naturalis æquitas. 610. *principium.* 244. *falſa definitio refellitur.* 247. *definitio vulgaris notatur.* 593. *præcepta, prohibitoriis non accenſenda.* 603
Iuris utriuſque conſervatio, ſolius Dei ſingulare beneficiũ. 595
Iuris Romani & Iudaici collatio. 596
Ius ſine ratione nullum. 240
Ius non jus. 251
Ius non eſt, quod contraria ſibi profert. 265
Ius auctoritatis, & mancipii. 209
Ius auctoritatis, an jus uſucapionis? 207.210
Ius belli, an jus uſuræ? 666. 667
Ius divinum. 588.589.590
Ius civile, quid? 230. *Hebræi populi.* 591.595
Ius συνδαίτων, an hominibus cum beſtiis commune? 245
Ius incorporale ſuper re corporali. 445
Ius gentium, commune, naturale. 229.230.240.241. 242.243. 250.251. 252. 254.257.258.677. *divinum.* 588. *duplex.* 259.261. 278
Ius naturale jureconſultorum. 289. *tertium, Ariſtotelicum.* 290
Ius naturale, φύσις, νόμος. 592
Ius naturale primarium. 585. *& ſecundarium.* 383
Ius naturale, quomodo ipſius civilis pars? 591
Ius naturale nullas beſtias attingit. 594
Ius naturale gentium, & proximi caritas, uti differant? 617
Ius naturale uti juri gentium opponatur? 248
Ius voluntarium. 589. *& involuntarium.* 685
Ius utendi, poſſeſſio. 212
Ius, juſtitia, ratio, connexa. 243. *& inſeparabilia.* 593. 594
Iuſticiæ prætextus notatus. 665

K.

KAlendaria, ἐφημερίδες. 149.150.151

L.

Laborare fœnore, ære alieno; bene. usuris; male. 33
Laici non prohibiti à fœnore. 633.634.637
Laicorum jugum importabile, fœnus eis illicitum pronunciare. 646
Laicorum primæ ecclesiæ vita longe austerior, quam postea clericorum. 661
Lanionia mensa. 557
Lanius & cocus. 349
Lapilli pro nummis. 468
Largitiones sacræ apud Romanos quæ? 460
Latrocinia. 258. *ab Aristotele probata.* 398
Latrones, Aristoteli secundum naturam vivendi modum præstant. 288.289.290.296
Latura. 83. *quid?* 517
Laturarii, bajuli. 83
Legale, pars divini & civilis juris. 590. 591. *& quomodo?* 591
Legale jus multa prohibet, quæ naturali non adversantur. 590.603
Leges voluntariæ. 589
Leges ecclesiasticæ & civiles, uti differant? 647
Legum Mosaicarum cum Romanis collatio. 596
Legibus facinora reprimenda. 662
Legis plenitudo. 596
Lex contraria sibi non sancit. 265
Leucon; qui nummos cosdẽ aliter signatos duplum valere jussit. 451
Lex dei, vera, simplex, vivens. 598
Lentum, durum, molle, quei idem? 320
Lex necessitati & inopiæ subvenit. 550
Liber rationum. 145.146.150. 151
Liberale minus, cum labore ex arte victum quærere, quam desidem fœnore vivere, & divitias parare. 531
Liberi omnes, natura. 305.394
Libertas æqualis, juris naturalis. 247.254
Libripendiaria nummo signato vetustior. 579
Libra. 324. 577. *λίτρα, σταθμὸν.* 578. *pondo.* 315. *mina, pondo, σταθμὸν.* 567. *libra auri, quanta?* 154.443. *veterum principum.* 453.454
Libra, quæ minus, mox duodecim assium facta. 473
Libra Romana. 460
Librarium pondus. 578
Librarius assis. 146.315.567. 570. *libralis.* 571. 573. *& gravis.* 577
Librarii asses, sextantarii facti. 573
Ligæ nummus, sed indicaturæ deterioris. 457
Lignorum cædendorũ ars. 287. *ejus vetustas.* 297.301
Lintearius. 490. *& Linteo.* 342
Linteorum orbiculi & quadri pro nummis. 468
Litteræ, στοιχεῖα, elementa orationis. 136. *scriptura.* 138. 145. *epistola.* 382
Literarum obligationes. 136. 137.139.141.142
Lites, juris civilis. 257
Locare nomen. 147
Locandarum, vel commodandarum, & mutuandarum rerum, differentia. 218.219
Locari, & conduci, de pecunia fœnebri, & ædificiis. 160. 162.163.200
Locaticius, μισθώσιμος. 107
Locatio. 160.202. *& commodatio.* 172. *& conductio, utrius juris?* 235. *imaginaria, ficta.* 363. *nummo facta, an donatio?* 362.363. *pecuniæ.* 161. *χρῆσις.* 166. *μίσθωσις.* 167. *nulla gratuita.* 174.175
Locatum. 222.223. *& commodatum.* 32.173
Locati & conducti significationes ubi permisceantur? 167
Locri nõ tulerunt cociones. 555
Locuples, quis? 396
Lombardi, fœneratores. 224. *Longobardi, τραπεζῖται.* 632.670. *In Gallia nulli, & hinc gravissima incommoda.* 671
Lucrum, & merces, quid differant? 95
Lucrum, & usura, quid differant? 97
Lucri studium discrimen monstrat inter gentilem & Christianum. 657
Lunter, λωτήρ. 324
Lupanaria, emporii pars, Polluci. 350
Lutea pecunia an omnium antiquissima? 467.468
Luxus divitũ fœneratores produxit, secundum Plutarchũ. 549
Lycurgi ἀναδασμός. 377. *nummus.* 484
Lycurgus, qualis legislator? 590
Lydi, an nũmi & καπηλείας auctores. 339.422.434

M.

Macellaria ars. 342.348
Macellarius, κρεοπώλης. 348
Macellum, καπήλα. 348. *unde vox?* 349
Magnarii negotiatores. 532. *ἐμποροι.* 536
Magnarius fœnerator, & ὀβολοστάτης, uti opponantur? 582
Malichenses, Arabum secta. 675
Malum minus, majoris remedium est. 555
Malum necessarium, fœnus, si malum. 677
Mala simpliciter, & non simpliciter, ubi prohibeantur singula? 603. 604
Mancipii res. 203. 204. 208. 213
Mancipi, id est, res mancipii. 205
Mancipii & auctoritatis jus. 209
Mancipio dare. 204.205.208
Mancipia, tyrannorũ servi. 261
Mancipium secundum, Cujacio. 209
Manducatorium, quid, in stabulo? 353
Manere in caupona, pernoctare. 351
Mangones, ἀνδραποδοκάπηλοι. 334

Manſiones, cauponæ. 351
Manumiſſio, an juris gentium? 247.254
Marbith, tarbit. 612.615
Marchander le combat, Gallus quid? 346
Mare non ſterile. 198
Maſſa æris, primum pro nummo. 305
Maſſæ æris informes, ante nummum ſignatum. 312.315
Materia, Iureconſultis ſubſtantia. 442
Materialia. 40
Matrimonium, juris naturalis. 230.253. *quid?* 243
Mattyæ. 52
Mediator, μεσίδιος, μέσος, arbiter. 475
Medicandi & fœnerandi non res, ſed ars damnata. 547
Medicina quam agricultura vetuſtior. 299
Medicis iniquus Cato Cenſorius. 546
Medius, an Latine pro μεσίτης dici poſſit? 476
Meliora non tantum videnda & probanda, ſed & ſequenda ſunt. 664
Menſa. 512
Menſa argẽtaria, de omni nummo. 506
Menſa jumentorum, φάτνη & manducatorium, τράπεζα. 352.353
Menſæ ſcriptura. 137
Menſæ olearię. 557.562
Menſarii, nummularii, argentarii. 496. 497. *à populo creati.* 508.510.512. *an diverſi ab argentariis?* 509. *vulgares.* 510. *cambiatores.* 512. *fœneratores.* 512
Menſariorum officium. 512. *vita & quæſtus.* 513
Menſurarum inventor Phidon, & Palamedes. 430.431. *vox.* 684
Menſura & pondus. 306.307
Menſura uſualis. 437
Menſuræ non ſine ponderibus. 429. 430. *vetuſtiores nummis, & Phidone.* 428. *& nũmo æreo.* 433
Menſurarum nomina apud Homerum. 431
Menſtruæ epulæ, ἔρανος. 679
Mercator vagus, ἔμπορος. 344.425
Mercator pecuniæ, & nummorũ, νομισματοπώλης. 489. 516
Mercatores primi, Phœnices. 295.404.423
Mercatores, nummi inventores? 434
Mercatores fœneratoribus quinam magis exitiales reipublicæ? 224.554. *& an neceſſarii?* 555
Mercatores, latronibus comparati. 632
Mercatores magnarii, & viliores. 409. *ſtatarii.* 338. *forenſes.* 339
Mercatores, duum generũ. 536
Mercatores fœnerantes in Hieroſolymitana eccleſia nulli. 660
Mercatorum claſſes & gradus. 537
Mercatorum ſacra, decipere, ſimulare, mentiri. 532. 533 536.551
Mercatoribus ad militiam aſpirare interdictum. 533. *lucra permiſſa.* 179. *Plutarchus iniquus.* 551
Mercatoria, καπηλική, & unde orta? 404
Mercaturane, an agricultura, vetuſtior. 297.298
Mercatura, ἐμπορία, ſpecies μεταβλητικῆς. 281. 355
Mercatura navigans, & forenſis, ante nummum. 418
Mercatura ſordida, quænam? 532
Mercatura, pro lucro ex mercibus. 83
Mercatura ſine fœneratione ſe tueri nequit. 226.554.673. 674
Mercatura, quibus interdicta? 633.634.637. *& cur?* 646
Mercatura notata. 637
Mercatura, præter naturam, Ariſtoteli. 289. 404. 405. 408.409.480.525. *damnata Ariſtoteli, & Platoni.* 540. *à Platone exterminata.* 520.521
Mercatura Gallos nobilitate privat. 532. *& qua lege?* 533
Mercaturæ ortus. 302
Mercaturæ & fœnerationis eadem ratio in pretio intendendo vel minuendo. 583
Mercaturæ, τὰ ἐμπορίας, partes. 344
Mercaturam damnat, qui uſuram. 524
Mercaturam tolerare iniquum eſt, ſi fœnus ſit improbandum. 625.626.631
Merces. 7. *auctoramentum ſervitutis.* 531. *gratia coacta.* 279. *ποινή.* 180
Merces fœnoris, uſura. 81
Merces, uſura. 85. 95. 96. 191.195
Merces, & lucrum, quid differant? 95
Merces pretiumve ubi intervenit, utriuſque contrahentium commodum agitur. 177
Merces tantula, an pro mercede habenda? vel, an conſtituat locationem? 362
Merces ex commodato locatum, ex mutuo fœnus efficit. 160
Merces, rerum locatarum & commodatarum diſcrimen. 173
Mercedis nomen. 96
Mercedis penſitatio utrius juris? 259
Mercedis expers, ἀμίσθος, ἀπόμισθος. 682
Mercedem ut pendas pro rei tuæ uſu proprio, abſurdum. 219
Mercedum nomina. 5
Mercenaria, μισθαρνία, ſpecies μεταβλητικῆς. 281. 282.407
Mercenarii, αὐτουργοί. 411
Merx, φόρτος. 376
Merx, & mercatura, quid diſtent? 83
Merx, & pretium, antiquitus eadem res. 488
Merx, ob pretium non repræſentatum, quare carius vendi poſſit? 676
Mercium & pretii diſcrimen. 370. 371. 375. 380. 383. 384
Meretrix non ſterilis, licet non pariat. 199
Mergus ærarius. 33
Metallum factum. 490
Metallum rude, permutabile modo inter volentes. 471

Mutuum accipere, nõ mutuum dare, à Plutarcho & Persis vetitum. 547.550
Mutuum accipere sub usura, μετρεῖσθαι. 568
Mutuum dare, & accipere, ante nummi signati notitiam. 579
Mutuum dare, fœnerari. 20. *non est officium caritatis.* 175. *non magnum nempe.* 619.620
Mutuum dari, non Latinum; sed mutuo. 13
Mutui etymon verum. 2. 35. *falsum.* 201.206. *à mutando nomen.* 12.174.219.220. *& vertendo.* 519. *definitio, & vox.* 3.87.94. *proprietas,* 9. *genera.* 87.232
Mutui, & fœnoris, discrimen. 173
Mutui fœnebris necessitas. 676
Mutui obligatio, vel actio. 109. 113. 115. *an contractus juris gentium?* 117.125
Mutui proprietas quomodo minus alienetur quam in usufructu? 221
Mutui usus, non rei proprietas, accipientis fit. 217.218
Mutui utilitas, & necessitas. 277
Mutuo dare quibusnam oporteat? 196
Mutuo dare, proprium non facit. 217
Mutuo sumitur ab amicis. 17. 60
Mutuo dari, &, commodari. 9
Mutui nummi. 100

N.

NAtura bestiarum, & hominum, uti differat? 593
Naturæ imperium. 244
Naturæ magis consentanea, quæ minus rudia, magisque digesta. 240
Naturæ nomine, quid Aristoteles intelligat? 282.285
Naturæ principium, an sit? 302
Naturale quotupliciter dicatur? 229
Naturale jus jureconsultorum. 289. *tertium, Aristotelicum.* 290
Naturale jus. 229.230.240. *commune.* 241. 242. 243. *gẽtium.* 250.251.252.254. 677. *divinum.* 588
Naturale jus, juri gentium uti opponatur? 248
Naturale jus primarium. 595. *& secundarium.* 383
Naturale jus, quomodo ipsius civilis pars? 591. *& juris divini?* 590.591.595
Naturale jus bestias non attingit. 594
Naturale jus, & caritas proximi, uti differant? 617
Naturalis juris æquitas. 610
Naturalis juris æquitas commerciorum moderatorũ fons. 641
Naturalis juris falsa definitio refellitur. 247. *definitio vulgaris notatur.* 593
Naturalis juris præcepta prohibitoriis nõ accensenda. 603
Naturalis obligatio. 117.118
Naturales artes, &c. quænam? 411

Naturalissimum, quid? 230
Naturaliter fieri, de facto, & re vera. 230
Naturaliter obligari, pacto obligari. 230
Navigans mercatura, ἐμπορικὴ, ante nummum. 418
Navigatio, ὁ πλοῦς, non ναυκληρία. 516
Navicularia, & naviculatoria, ναυκληρία. 516.518
Navicularius, & naviculator, ναύκληρος. 516
Navigiorum varia genera. 298
Navis, Romani nummi insigne. 441
Naulum Charontis. 426.427
Nauticum fœnus. 539. 544. 652
Naziræi. 640
Necessitas, divitiarum modus, terminus, centrum. 410
Necessitas, χρεία, μέτρον est naturale rerum permutandarum. 314
Necessitati & inopiæ subvenit lex. 550
Nectere, obligare. 206
Negativa præcepti pars. 598. 600. *ad jus legale pertinet.* 603
Negotiatio à republica inseparabilis. 662. *quibus interdicta?* 634
Negotiatio improba, τὸ σφρικῶν; limitata, τὸ ψυχικῶν. 640.641.642
Negotiatio inhonesta, & sordida, καπηλεία. 343. 636
Negotiatio, & mercatura, affines. 673.674
Negotiatio stataria. 339. *& vaga.* 518.535
Negotiationis species, fœneratio. 564
Negotiationum præfecti, institores. 518
Negotiatores, & opifices. 242. *artifices omnes.* 534
Negotiatores vinarii, quando κάπηλοι? 333.347
Negotiatores ultimi. 537
Negotiatores fœnerantes in Hierosolymitana ecclesia nulli. 660
Negotiatorum vox, generalior quam τῶν καπήλων. 344
Negotium, negotiatio, καπηλεία. 636
Negotia omnia damnat, qui usuram. 524
Nembrodus, venator potens. 304
Nemora, νομαί. 302
Neschech & tarbith. 611.612. *διπλοῦς τόκος.* 613. *differentia eorum.* 614.615. *quomodo vetita.* 616
Nexu traditio. 214
Nexus, est obligatio. 205.206. 207
Nexum, nec suum, Varroni. 206
Nexum, quod per libram geritur; inproprie. 207
Noacus, agricola. 304
Nobilis, esse mercator nequit. 532. *& qua lege?* 533.536
Nobilibus fœnerari, non etiam negotiari, licitum. 534
Noctua, Attici nummi insigne. 441
Nomen facere, locare, dissolvere, expedire, expungere. 147
Nomen factum, & stipulatus. 151
Nomina, proprie quid? 150.151
Nominibus facta obligatio, quæ? 141.142
Nomen nummi ad pretium nil facit. 459

Metallum, permutatoriæ quam maxime idoneum. 328
Metallũ, metalli pretium. 440
Metalli usus ad contractus ante pecuniam formatam. 470
Metallorum effodiendorum ars. 287. *quam vetusta?* 297. 301
Metallorum pretia ante nummi inventionem. 330
Meum, tuum. 201. 202. 220. 277. 381. 665
Midæ fabula. 403
Miles, & dux: ἐργάτης, ἢ γεωργός. 412
Miliarenses. 493
Mina, libra. 578
Mina Æginetica, & Attica. 321
Mina argentea. 566
Mina ponderaria, μνᾶ τῆς ῥοπῆς. 566. *libra, σωτήρ.* 567
Minimum, maximumque, id est, omne. 614
Ministri ecclesiæ, à fœnore, & aliis, prohibiti. 633. 634. 635. 637. 646
Minos, legislator qualis? 590
Mittere, pro ponere, locare. 632
Modus divitiarum, necessitas. 410
Mœtare, mutare. 4
Molle, durum, lentum, quomodo idem? 320
Molle, & fragile, differunt. 320
Molle ferrum. 320
Monachi. 640. *notati.* 644
Monarchia. 261
Monetæ auratiæ officinatores. 500
Moneta proba. 424. *transiens, ambulans.* 425. *Vide,* Pecunia.
Moneta, monetariorum officina. 506
Monetariorum familia. 502
Monopolæ, συρκινῶι. 640
Monopolia, quam exitialis? 224. *fœneratione deterior.* 564
Monopoliæ affinis συμπωλία. 562
Monopolium. 555. 556. *Aristoteles uti non improbet?* 560. *à Principe impetrandũ.* 562. 563. *mercaturæ excessus.* 637
Monopolium, & fœneratio. 584
Mora, usurarum caussa. 271. 272
Mordere, & morsus. 686. *calumniari.* 182. *rodere.* 188
Mores nostri temporis à primorum Christianorum moribus longius absunt quam ævum ab ævo. 665
Mori cortex pro pecunia. 468
Mortarium, impensa, arenatum. 40
Mortuus non sterilis. 199
Mors, μόρος. 190
Mors voluntaria. 589
Mosaicarum legum cum Romanis collatio. 596
Moses num permittat quod Ezechiel vetat postea? 616
Mosis jus civile. 591. 595
Muhammedanorum cum aliis gentibus sempiterni belli jus ex lege Muhammedis. 666
Muhammedani contra usuræ prohibitæ jus fœnerantur. 676
Mulctarum maxima, minimaque, apud veteres gẽtiles. 374
Muli mutuo scabunt. 279. 280
Mulier ἐπίτοκος, & ἄτοκος. 201
Multatica, & multaticia pecunia. 107
Mundus, βίος. 636
Mundi amor, peccati fons. 639
Mundo renuntiare, quid? 643
Mundum, tabulæ. 148
Munificentia Cæsarum. 102. 103
Munus pro mutuo reddi permissum olim. 277
Mus, Argivi nummi insigne. 441
Mus Prænestini, in obsessa Casilina venditus. 401
Muslimorum, seu Muhammedanorum usurarum in Christianos jus. 666. 667
Mutandi vox. 11. 12
Mutare, mœtare. 4
Mutari pretio, nummo. 365
Mutitare. 11. 36
Mutitatio prisca. 266. *utrius juris?* 268. *signato nummo vetustior.* 277
Mutitatio conviviorum. 56
Mutuandarum & locandarum vel commodãdarum rerum, differentia. 218. 219
Mutuare, mutuari. 13. 20. 100. 169. 170
Mutuari, commodato accipere. 173
Mutuari, ἱστῶσ. 568
Mutuaticia, & mutuatica pecunia. 107
Mutuaticia res uti sua fiat accipienti. 222
Mutuatio, mutatio est; & inde nomen. 12. 174. 219. 220. 519. *Vide,* Permutatio.
Mutuatio, ἀμοιβή. 359. *non est alienationis modus.* 216
Mutua dona non semper paria. 360
Mutua donatio Glauci & Diomedis. 359. 364. 366. 379
Mutua laudatio litteratorum, & mutua muli. 279. 280
Mutua pecunia. 101
Mutuam pecuniam dare, fœnus agitare, δανείζειν. 102. 103. 104
Mutuum, ἀμοιβαῖον. 359. *dictum à mutando.* 12. 174. 219. 220. 519. *est è jure gentium.* 230. 231. *an contra naturam?* 240. *qualis permutatio?* 364
Mutuum proprie sumptum. 159. *fœnus ἄτοκον.* 29. *de usu tãtum intelligitur.* 202. *in quibus rebus?* 217
Mutuum, pro mutuatione. 164
Mutuum gratuitum. 101. 102. *secundus caritatis gradus.* 672
Mutuum, & cõmodatum. 172
Mutuum, species commodati. 174. *& crediti.* 121
Mutuum cum usura reddendum, patres docuerunt. 643
Mutuum, & fœnus. 32. 35. 121. 122. 160. *ejusdem juris.* 235
Mutuum, fœnus, creditum. 66. 67. 70. 99. 100. 120
Mutuum fœnebre. 35. 100. 107. *usurarium?* 121. *fœnus.* 122. 123. *tertius caritatis gradus.* 672. *utrius juris?* 265. 269. 272. 587
Mutuum, δάνεισμα, δάνειον, fœnebre. 231. 232. *usurariorum.* 280
Mutuum, in contractibus re seu de facto. 230
Mutuum dare, fœnerari. 20. *non est officium.* 175. 619. *non magnum nempe.* 620

Nomina in rius *negotiationem denotant.* 490
Nonuſſis, etymum. 577
Nota & nomen nummi nihil ad pretium facit. 469
Novæ tabulæ. 608
Novum teſtamentũ contra uſuras nil habet. 649.653
Nuda pacta. 110.125.126
Numa Pompilius æreæ monetæ autor. 465. *unde nomen habeat?* 466
Numeratio, ſolutio, correſpondentia. 132
Numeratio pecuniæ per menſarium facta, ſcriptura menſæ. 513
Numerorum inventor, Palamedes. 430
Numerus, id eſt, quantitas. 443. 446
Nummaria, num contra naturam? 411
Numiſma. in eo quot quærenda? 451
Nummiſmata teſtacea, & figulina. 466
Nummularius, ἀργυραμοιβός. 364
Nummulario in Gallia nemini ſine regis licet eſſe juſſu. 512
Nummularii. 494. *menſarii, argentarii.* 495. *quinam?* 499.500.501.502
Nummularii officinarum & ærariorum. 506
Nummularii aurum Iulii Cæſaris vendunt. 508
Nummulariorum menſæ, ad quid? 446. *privilegia.* 534
Nummulus, κόλλυβος, κερμάτιον. 497
Nummus quid? 235.478.479 *quid Platoni & Ariſtoteli? &, an contra naturam?* 419. *ab Ariſtotele, cum iis in quibus locũ habet è naturalium conſenſu expunctus.* 515. *ut ſit ex inſtituto; non tamẽ contra naturam?* 381. *etiam ad Platonis rempublicam neceſſarius.* 181. *mercenariis, non aliis carus & pretioſus.* 481. 483. *metallum ſtatum.* 490. *principium ac finis* ἀλλαγῆς. 365. *& quam neceſſarius?* 515. *quaſi interpres.* 477. *ſubſidiarium* μέτρον *rerum permutandarũ.* 314. *an aliquid & nihil?* 436. 462. 468. 469. *an avaritiæ prima origo?* 540. *merx & pretiũ.* 236.237.458.462. 488.489.494. *nummi pretium.* 449. *non præſtat rerum pretium, ſed expeditam permutandi rationem.* 332. *an juris civilis?* 382. *cur inventus?* 313.365. *inventus, non ſtatim apud omnes nationes pro nummo receptus fuit.* 330. *Heſiodi ætate incognitus.* 273.368.421. *& Homeri ætate.* 305.310.368. 421.568. *inter nolẽtes etiam permutabilis.* 471
Nummus, & rerum conveniens uſus non pugnantia, contra Ariſtotelem. 484
Nummus æreus argenteo & aureo vetuſtior. 422. *primus an à Numa formatus.* 466. *ejus pondus, manente pretio, imminutum.* 472. *ejus apud Athenienſes inventor.* 569
Nummus argẽteus gravis. 575. *primus inventor, Phidon.* 431.432.433
Nummus aſper, & detritus. 454. *deletus,* ἄσημος. 492. *eroſus.* 569
Nummus ex corio. 377.462. 463.464.466.467
Nummus ferreus. 321. 322 467.468.484.572.573
Nummus, ferrum factum, infectumve. 394
Nummus gravis æri & ferro rudi ſucceſſit. 358
Nummus ligæ, ſeu indicaturæ deterioris. 457
Nummus ſeſtertius, νῦμμος. 323.433
Nummus ſignatus Muhammede recentior. 91. *& Heſiodo.* 273
Nummus ſignatus primus. 312. *æs grave.* 322. *ejus commoda.* 477
Nummus privatorum, ſignatus; &, nummus civitatis, lex publica. 439
Nũmi æſtimatio. 441.442.443. 450, *æſtimationis cauſſa eſt ſolũ pondus & pretium.* 451. 455. 456. 459. 461. 462. *amor finem non habet.* 403. 404. *bonitas, quotuplex?* 462. *commoda & utilitas.* 401. 402. 482. *δυνάμεις, quid?* 473. *forma, unde, & qualis?* 441. *forma proba & adulterina nil facit ad æſtimationem.* 456. *inventio, cur?* 525. *utilis & neceſſaria; & ob id naturalis.* 526. *origo, unde?* 438. 440. 485. *inveniendi gradus.* 314.315.318.327. 419. *progreſſus, & antecedentia.* 433.434.455. *invẽtores.* 420.421.422.423. *inventio, quid effecerit, ſecundum Ariſtotelem?* 417. 418. *nomen, unde?* 438.440. 485. *nota nil ad pretium facit.* 469. *pars nummus non eſt.* 443. *pretium, unde?* 451. 456. 472. *à publica autoritate.* 473. *& principe.* 503. *permutatio, an naturalis?* 388. *an μεταβολητική?* 281. *venditionis ſpecies.* 489.491. *negotiatio Ariſtoteli naturæ repugnans habetur.* 521. *permutati lucrum an redeat ad principem?* 504. *proba ſpecies, formam ac materiam complectitur.* 450. *uſus non è ſubſtantia, ſed è numero & quantitate.* 461.462.491. *unde? & an juris naturalis.* 515.516
Nummo nondum invento, quænam mercium μεταβολή? 365
Nummo addicere. 360.494
Nummo, pretio, mutari. 365
Nummorum etyma. 466. *imagines.* 441. *mercator.* 516. *permutatio, & pretium.* 493.
Nummi, id eſt, ſors. 191
Nummi, ſunt in pondere & mẽſura. 428
Nummi ex bono metallo ſine forma publica, refutari ſoluti. 451
Nummi aliter ſignati duplum valere juſſi. 451.452
Nummi conducti. 200
Nummi dimidiati. 128
Nummi graves, ex ære & ferro primum. 330
Nummi è plumbo. 458.462
Nummi ſine nota impreſſa. 382. *Vide,* Pecunia.
Nummi veterum principum

Metallum, permutatoriæ quam maxime idoneum. 328
Metallũ, metalli pretium. 440
Metalli usus ad contractus ante pecuniam formatam. 470
Metallorum effodiendorum ars. 287. *quam vetusta?* 297. 301
Metallorum pretia ante nummi inventionem. 330
Meum, tuum. 201. 202. 220. 277. 381. 665
Midæ fabula. 403
Miles, & dux: ἐργάτης, καὶ γεωργός. 412
Miliarenses. 493
Mina, libra. 578
Mina Æginetica, & Attica. 321
Mina argentea. 566
Mina ponderaria, μνᾶ τῆς ῥοπῆς. 566. *libra, σωτήρ.* 567
Minimum, maximumque, id est, omne. 614
Ministri ecclesiæ, à fœnore, & alio, prohibiti. 633. 634. 635. 637. 646
Minos, legislator qualis? 590
Mittere, pro ponere, locare. 632
Modus divitiarum, necessitas. 410
Mœtare, mutare. 4
Molle, durum, lentum, quomodo idem? 320
Molle, & fragile, differunt. 320
Molle ferrum. 320
Monachi. 640. *notati.* 644
Monarchia. 261
Monetæ auratiæ officinatores. 500
Moneta proba. 424. *transiens, ambulans.* 425. *Vide,* Pecunia.
Moneta, monetariorum officina. 506
Monetariorum familia. 502
Monopolæ, συνεταῖροι. 640
Monopolia, quam exitialis? 224. *fœneratione deterior.* 564
Monopoliæ affinis συμπωλία. 562
Monopolium. 555. 556. *Aristoteles uti non improbet?* 560. *à Principe impetrandũ.* 562. 563. *mercaturæ excessus.* 637
Monopolium, & fœneratio. 584
Mora, usurarum caussa. 271. 272
Mordere, & morsus. 686. *calumniari.* 182. *rodere.* 188
Mores nostri temporis à primorum Christianorum moribus longius absunt quam ævum ab ævo. 665
Mori cortex pro pecunia. 468
Mortarium, impensa, arenatum. 40
Mortuus non sterilis. 199
Mors, μόρος. 190
Mors voluntaria. 589
Mosaicarum legum cum Romanis collatio. 596
Moses num permittat quod Ezechiel vetat postea? 616
Mosis jus civile. 591. 595
Muhammedanorum cum aliis gentibus sempiterni belli jus ex lege Muhammedis. 666
Muhammedani contra usuræ prohibitæ jus fœnerantur. 676
Mulctarum maxima, minimaque, apud veteres gẽtiles. 374
Muli mutuo scabunt. 279. 280
Mulier ἐπίτοκος, & ἄτοκος. 201
Multatica, & multaticia pecunia. 107
Mundus,

LATINUS.

Mundus, βίος. 636
Mundi amor, peccati fons. 639
Mundo renuntiare, quid? 643
Mundum, tabulæ. 148
Munificentia Cæsarum. 102. 103
Munus pro mutuo reddi permissum olim. 277
Mus, Argivi nummi insigne. 441
Mus Prænestini, in obsessa Casilina venditus. 401
Muslimorum, seu Muhammedanorum usurarum in Christianos jus. 666. 667
Mutandi vox. 11. 12
Mutare, mœtare. 4
Mutari pretio, nummo. 365
Mutitare. 11. 36
Mutitatio prisca. 266. *utrius juris?* 268. *signato nummo vetustior.* 277
Mutitatio conviviorum. 56
Mutuandarum & locandarum vel commodãdarum rerum, differentia. 218. 219
Mutuare, mutuari. 13. 20. 100. 169. 170
Mutuari, commodato accipere. 173
Mutuari, ἱστᾶσθαι. 568
Mutuaticia, & mutuatica pecunia. 107
Mutuaticia res uti sua fiat accipienti. 222
Mutuatio, mutatio est; & inde nomen. 12. 174. 219. 220. 519. *Vide,* Permutatio.
Mutuatio, ἀμοιβή. 359. *non est alienationis modus.* 216
Mutua dona non semper paria. 360
Mutua donatio Glauci & Diomedis. 359. 364. 366. 379
Mutua laudatio litteratorum, & mutua muli. 279. 280
Mutua pecunia. 101
Mutuam pecuniam dare, fœnus agitare, δανείζειν. 102. 103. 104
Mutuum, ἀμοιβαῖον. 359. *dictum à mutando.* 12. 174. 219. 220. 519. *est è jure gentium.* 230. 231. *an contra naturam?* 240. *qualis permutatio?* 364
Mutuum proprie sumptum. 159. *fœnus ἄτοκον.* 29. *de usu tãtum intelligitur.* 202. *in quibus rebus?* 217
Mutuum, pro mutuatione. 164
Mutuum gratuitum. 101. 102. *secundus caritatis gradus.* 672
Mutuum, & cõmodatum. 172
Mutuum, species commodati. 174. *& crediti.* 121
Mutuum cum usura reddendum, patres docuerunt. 643
Mutuum, & fœnus. 32. 35. 121. 122. 160. *ejusdem juris.* 235
Mutuum, fœnus, creditum. 66. 67. 70. 99. 100. 120
Mutuum fœnebre. 35. 100. 107. *usurarium?* 121. *fœnus.* 122. 123. *tertius caritatis gradus.* 672. *utrius juris?* 265. 269. 272. 587
Mutuum, δάνεισμα, δάνειον, fœnebre. 231. 232. *usurariorum.* 280
Mutuum, in contractibus re seu de facto. 230
Mutuum dare, fœnerari. 20. *non est officium.* 175. 619. *non magnum nempe.* 620

& eorum valor. 452.453
Nundinatoria, καπηλική 333.404. *μεταβλητική.* 334
Nutrire, pascere. 185
Nutritionis, & usuræ, comparatio. 185

O.

OBligatio, cautio chirographi. 134. *contractus.* 231. *jus incorporale super re corporali.* 445. *nexus.* 205.206.207
Obligatio scripturæ. 141
Obligatio sortis, & usurarum, ejusdem generis. 159
Obligationes. 152.153.154
Obligationes literarũ. 136.137 139.141.142
Obligationes mutui & usurarum. 109.110.113.117.118.120
Obligationes, naturales, civiles, mixtæ. 229.234
Obligationum genera. 143
Oblimare, imminuere. 182.183
Obolus, sexta pars drachmæ. 426
Obolus Æginetticus & Atticus. 578
Obolus æreus. 570. *follis.* 428
Obolus argenteus. 570
Obolus Atticus. 432
Oboli usurarii, τόκοι. 581
Obolos an appendi solitum, vel tantum numerari? 569
Obrussæ etymon. 453
Oeneus, & Bellerophon. 379. 380
Oetier, uti. 4
Officinæ vox. 684.685
Officina argẽtaria. 500. *& ejus officinatores.* 501
Officina monetariorum, moneta. 506
Officina nil ingenuũ habet. 531
Officinatores. 500.501
Officium, beneficium, res gratuitæ. 175
Olearia taberna. 685
Olearia mensæ. 557.562
Olearii, ἐλαιοπῶλαι. 562
Olearum proventus an æstate? 557. *hieme.* 558
Omnibus est vetandum, etiamsi non propter omnes, quod difficultatem habere potest si id solummodo nonnullis vetaretur. 611
Operarii, sub καπηλικῇ. 407
Operarum locatio, an μισθαρνία? 406
Opifex, & γεωργός. 412
Opifex omnis, est κάπηλος, vel αὐτοπώλης. 519.520
Opifices, quoque sunt mercatores. 341. *differunt à negotiatoribus.* 342. *ἀγοραῖοι.* 344. *sub qua μεταβλητική.* 389. *sub καπηλικῇ.* 407
Opifices omnes in sordida arte. 531
Opificum vel artificum classes. 537
Opificia quæstuosa. 281. 282. *metallorum.* 288
Opus ex operante, ut usuræ ex nummis. 125
Opus pecuniæ, usura. 200
Opum studium, ante nummi usum. 392. *in beneficiis necessario requiritur.* 393
Oraculum, sors. 190
Oratio, λόγος προφορικός. 245
Orientis mos quoad servitutem. 261. *stabulandi mos.* 354

P.

PAchomii regula. 644
Pacta nuda. 110. 125.126
Pactis apud Romanos stipulationes pleræque subjectæ. 127
Pacto obligari naturaliter obligari. 230
Pactum servari; naturalissimũ. 230
Pactum usurarum. 115
Pactione & per syngraphã contrahi. 233
Paganorum & Christianorum in vita & numero vicissitudo. 662
Palamedes σταθμῶν & μέτρων auctor. 430
Pallium olim ecclesiasticorum, τρίβων Cynicus. 645
Pannus Ariensis, Arabibus in pretio. 366
Papyrus pro pecunia. 468
Paradisi primi vita. 303
Paraphrastæ boni munus. 560
Pararii. 146
Pararius, proxeneta. 331. *arbiter, μέσος, μεσίδιος.* 475
Pariatio, & pretium, an in quantitate? 444.445
Pars non est finis. 518
Pascere, nutrire. 185
Pastoralis vita, an non naturalis? 303. *incentiva.* 301
Pastores. 288.296
Pastores ecclesiæ, à fœnore, & aliis, prohibiti. 633.634.635.637.646
Patriarcharum divitiæ. 395
Patria potestas, utrius juris? 230
Patrimonii res, & ususfructus. 220
Pauci electi, quid sit? 662.663
Paulus apostolus an usuram vetuerit? 653
Pauperes & divites in primis ecclesiis. 656
Pauperis & divitis affectus reciproci, quales? 668.669
Pauperiem facere. 241
Paupertas à Christo commendata. 638
Pauperum gratia ferebatur lex de usuris nõ accipiendis. 607.608
Peccatores, vulgus. 622
Pecora ante nummi usum pro pretio. 305
Pecorum possessio an recte jureconsultis præter naturam? 304. *quam vetusta?* 305
Pecuaria res. 305
Pecunia. 25. *στέμμα.* 581
Pecunia numerata. 93. 570. *ἰστέμμα.* 581
Pecunia, quando non numerata, sed appensa? 454. *quando nec appensa?* 461
Pecunia, nempe numerata, id est nummus. 445.446
Pecunia papyracea. 468
Pecunia ex arca, vel ex scriptura mensæ. 513.514
Pecunia currens. 425
Pecunia principalis. 190
Pecunia, sors. 191
Pecunia commodata. 173.174
Pecunia credita, sors. 78. 100. 409
Pecunia gratuita. 103
Pecunia fœnebris. 123. *fœnus.* 123. *subsidium inopiæ temporariæ.* 546
Pecunia fœnebris, & gratuita, opponuntur. 160. 271

Pecunia privata, publica; Græca, peregrina. 483
Pecunia trajecticia. 652
Pecunia tralaticia. 174
Pecunia, res corporalis. 445. *vel corporale bonum omne.* 446
Pecunia an natura sterilis? 298. *& quænam?* 199
Pecunia Muhammede recentior. 91. *& venditione.* 365. 366. 368. 369
Pecuniæ etymon. 467. *inventæ series & progressus.* 467. *cõmoda & utilitas.* 401. 402. 471. 477. *fructus & opus, usura.* 200
Pecuniæ æstimatio; & de ea Pomponii locus explicatus. 459. 460. *pretium & vilitas, unde?* 472. *aviditas in se infinita.* 391. *amor finem non habet.* 403. 404. *mercator, νομισμαβοπώλης.* 489
Pecuniam credere, fœnerare. 100
Pecuniam exercere. 28. *Vide,* Nummus.
Pegasus, Corinthiaci nummi insigne. 441
Pensiones, fructus prædiorum. 200
Pensionum, sive functionum reliquator. 59
Pentecontadrachmus Cyrenæorum nummus. 515
Peregrinis fœnore datur. 606. 617
Perennis pecunia. 161
Perfectionis gradus. 642. *& vita.* 643. *studium quam frigidum?* 644. *disciplina, ἄσκησις.* 645
Perfectissimum, in inventione ultimum. 484
Periculi præstatio. 221. 222
Permutatio, juris gẽtium. 314. *ἄμειψις, an venditio?* 359. 364. *non est donatio mutua.* 359. *an innominatus contractus?* 385. *naturalis, præter naturam, mixta, Aristoteli.* 332. *dominiorum præsupponit distinctionẽ.* 383. *in mutuo omni.* 87. *in mutuatione duplex.* 10. 11. *Glauci & Diomedis.* 359. 364
Permutatio mercium, an præter naturam? 480
Permutatio rerum, fœnerationi similis. 673
Permutatio rerum, & rerum cum nummis, ejusdem juris. 382. 383
Permutatio pretii cum pretio. 492
Permutatio nummorũ; & uter pretium? 493
Permutatio nummi, an μεταβλητική? 281. *an naturalis?* 388
Permutatio vetustior nummo & emptione. 238. *sed impeditior.* 480
Permutatio aliqua ante nummi usum, quæ non tamen venditio esset, veteribus nota fuit. 379. *utriusque differentia.* 384. 385
Permutationis genera. 367. *gradus, ad nummum inventum usque.* 433
Permutator, μεταβολός. 334
Permutatoria, ars scilicet, μεταβλητική. 280. *antiquissima.* 304. *æris vel nũmi introductione non immutata.* 328
Permutatoriam quamnam Aristoteles recipiat? 285. 287

Persa

Persæ non tam τὸ δανείζειν, quam τὸ δανείζεσθαι improbant. 169. *quo sensu mutuum accipere vetent?* 550. 551. *turpius ducunt fœnore accipere quam dare.* 602
Persæ efferati. 593
Persæ à Phœnicibus vocabula ponderum, mensurarum, & numerorum habent. 434
Persarum mos quoad servitutem. 260
Persarum & Græcorum discidium ab Ilii excidio fuit ortum. 434
Perscribere, numerare ex mensa. 513
Pes in navi, improprie. 207
Phidon, an nummi, mensuræ, & ponderum primus inventor? 368. 420. 421. 422. 423. 425. 427. 428. 430. 431. 432. 434
Philippeus nummus. 441
Philanthropum, præmium proxenetæ. 150
Phœnices, Pœni. 404. 405. *primi mercatores.* 295. 339. 404. *nummi & mercaturæ auctores.* 423. *& cur?* 433. 434. *Græcis & Persis quid obtulerint?* 434
Phœnicia, Chanaan. 424
Pignoris, & chirographi, redditio. 133
Pignus, hypotheca. 69
Piscatores. 288. 296. 300. 304
Piscibus solis nonnulli quinam vivant? 296
Plato, olei nundinator. 400. *senex pecuniæ avidus; & cur?* 391
Platonis reipublicæ idea. 481. *notata.* 521. 540. 541. 545
Plebis quatuor partes. 343
Plumbei nummi. 458. 462
Plutarchus an scripserit in usuras? 547
Plutarchi libellus περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. 609
Poculum, pro vino. 121
Pœna, id est, merces. 180
Pœni, Phœnices. 404. *& illi ex his oriundi.* 405
Polonorum mos quoad servitutem. 260
Pomponii locus explicatus de pecuniæ numeratæ æstimatione. 459. 460
Pondo æris. 574
Pondo, libra. 567
Pondus & pretium solum æstimationis caussa in nummo. 451. 455. 456. 459. 461. 462
Pondus, & mensura. 306. 307
Pondus librarium, λίτρα. 578
Pondus usuale. 437
Pondus, pondo, πονός. 324
Ponderum primus auctor, Palamedes. 430
Pondera, nummis & Phidone antiquiora. 428. *& æreo nũmo.* 433
Pondera, non sine mensuris. 429. 430
Ponere, ædificare, collocare, fundare. 162
Poni, de pecunia & fundamentis ædificiorum. 161. 162. 163
Pontifices Romani posteriores notati. 646. 650. 665
Populi ejusdem religionis bella moventes notantur. 665
Portitores, odiosi. 531
Positiones, ædificia. 162
Possessio, κλῆρος. 189
Possessio, est usus, nõ dominũ. 173

Possessio, utendi jus. 212
Possessio pecorum ac servorum, an recte jureconsultis præter naturam? 304. *quam vetusta?* 305
Præceptorum pars affirmativa, & negativa. 598.599.600
Præcepta prohibitoria. 603
Præcepta Christi nonnulla sunt, quæ non omnes homines attingunt. 639
Præceptum, Nemini facere quod fieri tibi nolis; τῶν ψυχικῶν.640. *item*; Servare mandata. 641
Præcones, qui? 499
Præla. 685
Præmium. 7
Prænestinus, qui in obsessa Catilina murem vendere & mori, quam esse, maluit. 401
Præsepium, pro stabulo. 352
Præsidentes Ecclesiæ. 645
Præstare, & præstum. 170.171
Prætextus justitiæ notatus. 665
Prata, quasi parata. 198
Pretium. 7.22. *Vide*, Merces.
Pretium, unde dictum? 476
Pretium nummi. 493. *an pariatio quantitatis?* 444.445. *unde?* 469. *à principe.* 503
Pretium nũmo positurus princeps vel respublica, exterorum quoq;, non tantum suæ civitatis & imperii, rationem habeat necesse est. 456
Pretium, venditionis proprium. 362
Pretium, & merx, antiquitus res eadem. 488
Pretii & mercium discrimen. 370. 371. 375. 380. 383. 384
Pretii nomen. 332
Pretio, nummo, mutari. 365
Pretia rerum, ante nummi inventionem. 330.332
Primarium naturale jus. 595
Privatorum nummus; & civitatis. 439
Proba moneta. 424
Proba species nummi quæ? 450
Proculeiani, & Cassiani, Sabinianique. 358.368.380
Procuratores esse, quibus vetitum? 635
Prodigorũ, & liberalium, quanta convenientia? 393
Pronunciatio. 246
Propheta Ezechiel an vetet quod Moses permisit? 616
Propola, & copa. 349
Propolæ viliores. 409
Propria quei fiant? 398
Proprietas rei, & res, uti separari queant? 217.218
Proprietas rei minus in mutuo quam in usufructu alienatur; & quomodo? 221
Proprietas, & usus. 202
Prosæ, pexæ tunicæ. 342
Prosaria ars. 342
Proselytis inter Judæos an fœneratio permissa? 607
Proxenetæ. 146.331.332
Proximus egomet mihi. 665
Proximus Judæo omnis Judæus. 617
Proximi dilectio, plenitudo legis. 596. *à se ipso incipit.* 597. *ad decalogum & fœnus collata.* 597.598.599
Proximi caritas, & societas humana, uti differant? 617
Proximi nomen ad omnes Christianos sic dictos cur extendi non possit? 664
Ptolemaicus nummus. 441
Pythagoras Samius, principium naturæ negavit. 302
Pythagoræ communio bonorum. 658.659

Q.

Quadrans. 316.324
Quadrantarii unciæ. 473
Quærendæ rei ratio, secundum Aristotelem. 280.281
Quærendi modi. 543
Quæstuaria, μισθαρνικὴ, Aristoteli. 536
Quæstuaria ratio ante nummum. 418
Quæstuaria naturalis, quænam? 408.410.411
Quæstuaria quæ nummo fit, ab Aristotele naturæ repugnare dicitur. 521
Quæstuariæ artis tria genera. 337.519.520
Quæstuariæ, damnatæ Aristoteli & Platoni. 540
Quæstuosa artificia, mercenaria. 281.282
Quæstuosa segnicies, fœneratio. 674
Quæstus, & artes quæstuariæ, an minime naturales? 480
Quæstus immodicus, τῶν περιττῶν.640. modicus, τῶν ψυχικῶν. 640
Quæstus invisus, & inhonestus. 634
Quæstus modi duo, Aristoteli. 525
Quæstum damnat, qui usuram. 524
Qualitas, an nummo æstimationem ponat? 442
Quantitas an nummo æstimationem ponat? 442. *summa, numerus, & copia.* 443.445.446. *an pretium & pariatio?* 444.445
Quantitas & corpus, opposita. 443.444
Quantitas, id est, summa. 445
Quartussis etymum. 577
Quasi merces, usura. 219
Quasi sua res. 219.222
Quasi ususfructus. 220
Quaternum æs. 576.577
Quattuordeciæs, & quattuordeciære. 577
Quinarius nummus Romanorum. 323
Quincunx. 316
Quindeciæs, & quindeciære. 577
Quinqueviri, quinam? 509
Quitancia, apocha. 133

R.

Ratio, justitia, & jus, connexa. 242.243
Ratio à jure separari nequit. 593.594
Ratio bestiarum, quæ? 245
Ratio εὐδιάθετος, an hominibus cum bestiis communis? 245
Rationum codex. 145. 146. *liber.* 149.151
Ratiocinia. 145
Raudus, raudusculum. 575
Realis argentea. 321
Re contrahi, quæ dicantur? 230
Reddam, *verbum, in chirographo expressum, an acceptilationem efficiat?* 141
Redditio τοῦ ἴσου, ἢ τοῦ πλείονος. 19. *cum accessione.* 276.277
Reditus, fruges. 287

Reditibus annuis, quibusnam Christiano abstinendum. 672
Refundere, reddere. 51
Reges ejusdem fidei bella moventes notantur. 665
Regressus, in trocando, quid? 379
Religione mutata an regimen civile mutari debeat? 662
Religionis studium, non semper ex amore veritatis. 662
Reliquator pensionum sive functionum. 59
Remissionis annus. 608.653
Remuneratio, ἀμοιβή. 359
Renunciare mundo, quid? 643
Res, & rei proprietas, separari quei possint? 217.218
Res communes, uti dividendæ? 444
Rei familiaris augendæ Aristoteli modi duo. 525. *Vide,* Quærendi, & Quæstuaria.
Res mancipii, nec mancipii, corporales. 203.204.213
Respublica sine negotiatione nulla stare potest. 662
Respublica Gallorum qua in re Platonicæ & Aristotelicæ similis? 532
Respublica Platonica notata. 521.540.541.545
Reipublicæ Platonis idea. 481
Rerum melior status, optatur facilius quam speratur. 677
Restiarius. 490. *& restio.* 342
Retributionis vocabula, media. 22
Revenditores. 338
Ribith, tarbith. 612. *incrementum.* 614
Romani & Iudaici Iuris collatio. 596
Romani ærei nummi pondus, pretio manente eodem, imminuunt. 472. *unde partium assis vel æris denominationes habeant?* 377. *senatores accipere usuram vetiti, non munus.* 609
Romanis tributa quei persolvi solita? 460
Romanorum as vel æs. 577. *& ejus fatum.* 579. *lex super fœnore.* 545. *& sententia, & æquitas.* 546.554
Rude æs, non signatum. 572

S.

Sabiniani, & Proculeiani. 358.368.369
Sæculum, βίος. 636
Sæculum aureum, quo omnia communia. 658
Sagarius, negotiator. 342. *& sagaria.* 490
Salarium. 150
Sal coctus in vicem nŭmi. 370
Salis massulæ pro pecunia. 468
Saltus, ἄλσεα. 302
Sapientes omnes si essemus, mŭdus in solitudinem redigeretur. 644
Sappho Mitylenæi nummi insigne. 441
Sarcinatorum præpositi, institores. 518
Saturno primus vivendi gradus attributus. 303
Scabunt mutuo asini, & muli. 279.280
Scamnum, ξύλον; cui trapezitæ insidebant. 511
Schedæ, aversaria. 147
Scortum diobolare, σφυρὴ διδραξέως. 573
Scribere, numerare ex mẽsa. 513
Scrinium massarum largitionum sacrarum, quodnam apud Romanos? 460
Scriptura chirographaria. 142. *imaginaria, quid?* 143. *mensæ.* 513. *obligationis.* 514. 515. *privata.* 152
Scripturæ obligatio. 141. *vocabulum, quid significet?* 137. 139
Sectæ Arabum. 367
Sectores, unde dicti? 95
Secundarium naturale jus curita vocetur? 594
Securitates, chirographa. 131
Sedile, ξύλον; cui mensarii insidebant. 511
Seges, ἄρουρα, & fructus. 121. 122
Segnities quæstuosa, fœneratio. 674
Sellularia, βαναυσία. 521
Sellulariæ artes. 281.337. *μισθαρνία.* 406, *quoque sub καπηλείαν à Xenophonte rediguntur.* 519. *& ab Aristotele.* 520
Semiæs. 577
Semisis. 316. *ejus etymum.* 577
Semunciales asses. 473. *& Semunciarii.* 316.574
Semunciarium fœnus. 609
Senatores Romani usuram accipere vetiti, non munus. 609
Senes cur pecuniarum avidi? ex Platonis exemplo. 391
Sepplasia, συπποπώλια. 563
Sequester, μέσος. 476
Sericum, & aurum, æquivalebant olim. 329
Sermo, λόγος σοφοκλῆς. 245
Servitus, cujus juris? 247.248. 254.257.260
Servius, Romanorum rex, primus signasse dicitur æs. 571. 575
Servorum etyma. 256. *possessio an recte jureconsultis præter naturam?* 304. *quam vetusta?* 305
Ses, semis. 433
Sesquas. 433
Sesquicentesima censura. 609
Sesquicentesimæ, quando & quibus permissæ, vel quibus non? 633
Sesquicentesimæ usuræ gravissimæ, ab episcopis acceptæ. 652
Sestertius, νῦμμος. 317. *æs parvum.* 361. *νῦμμος.* 323.433
Sextans. 316
Sextantarii asses. 316.510.573
Sexti Romani Athenis monopolium. 559
Sextussis etymum. 577
Siclum: 324
Siculi cujusdam in ferro μονοπωλία. 561
Siculorum æs vel as. 577. *ejus factum.* 579
Sidonii; mercaturæ & nummi autores. 425
Signata pecunia Homero recentior. 568. *ejus commoda.* 477
Signati æris primus autor. 575
Signatores testes. 135. *ubi adhibiti?* 152
Signatum aurum, argentumque, æreo nummo recentiora. 433
Signatus nummus, lex privatorum: lex publica, nummus civitatis. 439
Siliquæ, κεράτια. 492
Simonia clericorum notata. 651
Societas, sub æquali jure oportet

zet sit. 240.241. *rationem præsupponit.*243. *qua re contineatur maxime?* 277. *contractibus continetur.*381. *fœnebri commercio quam maxime indiget.* 546
Societas humana, & proximi caritas, uti differant? 617
*Societatis causa cõservans.*268. *maximum momentum in cõmerciis.* 487
Societates, & collegia, uti differant? 680
Sodales. 43
Sodalitatum convivia, qualia? 681. *finis, & propositum.*46. 47
Solidi principum veterum, & valor eorum. 452.453
Solidi Romani. 460
Solidus aureus, argenteus, æreus. 493.505
Sollēnis formula, ῥῆμα, χρῆμα τυπικόν. 143
Sollemnitas. 145
Solo morem & δανείζειν ἐπὶ σώματι *sustulit.* 565
Solvere versura. 42
Solvere stipem, πληρώσαι. 679
Solvi ex mensa, vel scriptura mensæ. 514
Solutio, functio. 9
Solutio, numeratio, correspondentia. 132
Sordida ministeria, quænam? 531
Sordida, & inhonesta negotiatio, κάπηλεία. 343
Sordidæ artes, αὐτουργοί. 414
Sorex, ὄρυξ. 190.332
Sors an bis vendatur in mutuo. 195.196
Sors, & usura. 189.190.191
Sortis & usurarum obligatio, generis ejusdem. 159. *stipulationes.* 109.113
Sortis perdendæ an nullam rationem habendã Christus præceperit? 623.624.625
Species, genus. 88
Species nummi proba, quæ? 450
Spiritales, πνευματικοί. 640. 641. *an opifices, vel artium quæstuosarũ professores.* 642
Sponsor, auctor secundus. 209. 210
Stabularia, an πανδοχία? 354
*Stabularii, caupones.*355. *institores.* 518
Stabulum, πανδοχεῖον. 351. 352.354.355
Stataria negotiatio, καπηλική. 519.520.535
Statarii mercatores. 338.339
Stater aureus. 566.567
Statera. 324. *lanx.* 429
Stateræ nomen. 565
Status rerum perfectior optatur facilius quam speratur. 677
Stercorum vectigal. 529
Sterile nihil. 198
Stipendii vocabulum. 570
Stipes, eleemosyna. 62. *unde dicta?* 127
Stipis arcæ communes. 680
Stipem solvere, πληρώσαι. 679
*Stipula dimidiata.*228. *fracta.* 127
Stipulam frangere. 128
Stipulari, firmare. 234. 127. *unde dictum?* 128
Stipulari pecuniam pro domo, & domum pro pecunia, & pecuniam pro pecunia. 200
Stipulatio. 137.233.234
Stipulatio, acceptilatio, correspondentia. 132
Stipulatio apud Romanos omnibus fere pactis subjecta. 127
Stipulationes sortis & usurarum. 109. 113. 114. 115. 120
Stipulationum sollemnia verba. 682
Stipulatus, &, nomen factum. 151
Stipulum, unde dictum? 127
Stipulum, firmum. 234
Stringere, radere, decerpere, abligurire. 182
Sua res, & quasi sua. 219.222
Sublimis anhelitus. 566
Subscriptio trium testium. 682
Substantia, Iureconss. pro materia. 442. *corpore ipso.* 443
Suffectio, ὑποκατάστασις. 10. *permutatio in mutuo.* 87
Sulcus, ὀλκός. 190
*Summa, sors.*190.191. *quantitas.* 445.446
Superabundantia, πλεονασμὸς, *usuræ species, an Judæis prohibita inter suos?*611. *quid sit?* 615
Superne spiritus quibus fieri dicatur? 566
Syllabarum similium, ubi concurrerent, alteram omitti, librariis antiquis in more fuit. 528
Symbola, & eranistica collatio. 681
Symbolæ. 52.54
Symmetria ædium. 477
*Syngraphæ.*133.139.142.153. 233

T.

Tabelliones. 146.156
Tabernæ, & diversoria, diversa. 351
Tabernæ, officinæ. 684
Tabernæ præfecti, institores. 518
*Taberna, & taberna vinaria, & tabernarius.*348.349.350
Taberna vinaria, & olearia. 685
Tabernarius. 685
Tabulæ accepti & expensi. 147. *æternæ.* 148. *an kalendaria?* 150.151
Tabulæ novæ. 608
Talentum Macedonicum, & auri, apud Homerum. 429
Taleæ usus. 127. *σύμβολα.* 128
Talea, vel talia, quid? 312
*Tarbith & neschech.*611.612. *eorum differentia.*614.615. *quomodo vetitæ?* 616
Tarentinorum as vel assis. 577. *ejus factum.* 579
Taxatio, definitio pretii. 479
*Templi ministris an fœnerare liceat?*633. *mercatura & alia interdicta.* 634.635.637
Tenere fidejussorem, debitorem. 135
Terminus divitiarum, necessitas. 410
Tesserarum aliquot genera. 128
Testacea numismata. 466
Testamentum novum nil contra usuras habet. 649.653
Testamenti etymon. 3
Testes, signatores. 135
Testium trium subscriptio. 682
Tetrassarius, semuncia. 317

Texendi ars. 297.298
Thales Milesius, agnovit animalium generationis principiũ. 302
Thaletis Milesii μονοπωλία in trapetis. 556.558.559
Thebanis lex fuit, τ δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεχημένον τ ἀγορᾶς, magistratum capessere non posse. 104.340.343.536
Thensaurus, thesaurus. 324
Toculliones diarii. 539. 580. 582
Traditio, quid? 215. *rerum corporalium est.* 203.217. *mutua, non est venditio, nec permutatio.* 359. *nexu.* 214. *nuda.* 214
Traditionis differentia. 205
Trapetũ, ἐλαιουργεῖον, ἐλαιοτρίβιον. 557.685
Trapezitæ, mensarii. 509.510
Trapezitæ, sive mensarii vulgares diversi à triumviris mensariis. 510
Trapezitarũ ministerium caussa publica. 508.510.512
Tredecias, & tredeciære. 577
Treßis etymon. 577
Tributa Romanis uti persoluta? 460
Triens. 316. *usura.* 28
Triumviri mensarii. 510
Trocus, & trocare. 379.380
Tunica propior pallio. 665
Tyrannorum servi, mancipia. 261

V.

VAga negotiatio, ἐμπορία. 520.535
Vanum instrumentum. 135
Vectatio & vectura, diversa. 517. *vel vectio.* 518
Vectigal ἀειφυές. 198
Vectigal foriæ, & urinæ. 529
Vectigalia Romani sua uti persoluerint? 460
Vector, ἔμπορος. 421.422
Vectura. 83. *an φορτηγία?* 516. *Φόρετρον, naulum.* 517
Velabrum, locus olearіorum. 562.563
Vellus, unde dictum. 301
Venaticus, & venaticius, quid differant. 107
Venatores. 288.296.300.304
Venatorum Gallorum ἔργον. 680
Vendendi ratio post nummum inventum expeditior, certior; non tamen minus naturalis quam ea quæ ante nummum inventum. 381
Vendi possunt, quos interfici jus est. 395
Venditio. 202. *non est donatio mutua.* 359.360.362.363. *alienationis modus.* 215. *permutatio.* 366. 367. *juri naturali consentanea.* 382. *an ante nũmi usum.* 365.366. 368.369.377
Venditio ficta, & imaginaria. 363
Venditio, & emptio, permutationis μεταβλητικῆς specialia nomina. 385
Venditionis & emptionis ortus. 238
Venditionis, & permutationis veterum, differentia. 384. 385
Venditor, primus auctor. 209. 210
Venditor, & emptor. 214
Venditoris & emptoris discrimen. 370.371.375.380. 383.384
Verbis contrahi. 233
Verborum obligatio acceptilatione sublata. 234
Versura, quid? 13. *μεταβολή, fœnus.* 347.519
Versuram facere. 519
Versura solvere. 42
Vertere merces, μεταβάλλεσθ. 347
Vertumnus, numen μεταβολικὸν, & μεταβόλων præses. 347
Verua vice nummi ante signatum nummum. 311
Vespillo. 529
Vestifex, & vestiarius. 342
Vestis, & nummus ejusdem originis, & necessitatis. 485
Vestitus ecclesiasticorum. 645
Victoriatus nummus. 440.458
Vim vi repellere. 252
Vinaria taberna, copona. 348. 349.350.354.685
Vinarii negotiatores, κάπηλοι, & quomodo? 333.347
Vindicta, bellorum gratuitorum caussa. 256
Vini cultura & usus, an ante Noacum ignoratus? 304
Vir terræ, agricola. 304
Vir bonus Platoni, quis? 540
Virgilius an ære gravi ab Augusto donatus pro sexto Æneidos? 574
Virgulæ aureæ pro nummis. 470
Vita apostolica, & perfectionis. 643
Vita, βίος, at non militaris. 636
Vita pastoralis, an non naturalis? 303
Vita primi paradisi. 303
Vita temporalis, ergastulum terræ laborandæ. 303
Vita utenda data, non mancipio nostra. 202
Vitæ humanæ gradus. 302. *diversitas, cum mansionibus in domo dei comparata.* 644
Vivendi modi Aristoteli quinq;. 287.288.296
Vltimi negotiatores. 537
Vltimum in inventione, perfectissimum. 484
Vncia, τελεσθὸν Ἰταλικόν. 317
Vnciarii asses. 316.510.575
Vnciarium fœnus. 609
Vndecias, & undeciare. 577
Voluntarium jus, & voluntarius. 589
Voluntarium exilium, jus, lex, actiones. 685
Vrinæ vectigal. 529
Vsualis mẽsura, ac pondus. 437
Vsucapio. 211
Vsucapionis jus, an jus auctoritatis? 207.210
Vsuraria uxor. 82
Vsuraria, ὀβολοστατικὴ, τῆς μεταβλητικῆς pars. 280. 281. *τοκισμὸς, pars μεταβλητικῆς.* 519.520. *cur Platoni damnata?* 541
Vsura. 27.28.29.96. *unde dicta?* 82.83. *an præter naturam?* 235.280. *utrius juris?* 277.278.652.653. *an juris civilis contractus?* 117.677. *an cum jure divino pugnet?* 588. 591. *ad gentium jus naturale, non ad proximi caritatem proprie, pertinet.* 617. *ex mora debetur.* 271.272. *non pro sorte exitur, nec pro nihilo,*

nihilo, sed pro sortis usu, & creditoris interesse. 195.196. 197. à quo exigenda, secundum Ambrosium? 666. quibus interdicta? 633. 634. 637. non simpliciter prohibita à Mose. 603. 604. & quare? 605. omnis Hebræis inter ipsos vetita. 611. à Mahomete qualis prohibita? 674. an à Christo vetita? 623. 625. 631. an faciat contra caritatem, ubinam vanum disputare? 665. 666. quei inter Christianos moderanda? 670. omnis adcrescens, & decrescens. 183. 187

Vsura, & sors. 189. 190

Vsura, & fœnus. 121

Vsura, fœnoris merces. 81. fructus fœnoris. 97. interesse. 176. non lucrum, sed merces. 85. 95. 97. 98. 191. 195. 617. quasi merces. 219. an mutuum usurarium? 121. τὸ πλέον. 19. 60. pœna pro usu. 180. proprietatis argumentum. 221. τόκος, & ἐπικαρπία, ex ipso nummorum corpore. 125. 199. cur τόκος? 282. τὸ ὑπὲρ μέτρον. 277

Vsura centesima, non recte. 31

Vsura centesima, & sesquicentesima; unciaria, & semunciaria. 609

Vsuræ genera. 188. 189. 190

Vsuræ jus, an ubi jus belli! 666. 667

Vsuræ nomina. 180. 181

Vsuræ & fœnoris ineptæ distinctiones. 121. 222

Vsuræ, & nutritionis, comparatio. 185

Vsuram damnare, est mercaturam damnare, artiumq; negotia, & quæstum. 524

Vsuram exigere licet. 643

Vsuræ propter ingratos receptæ. 669

Vsuræ quibus gentibus permissæ non sunt, eæ privato & mutuo consensu tamen has recipiunt. 676

Vsuræ omnes compensativæ, propter moram. 175. 176. 178. 179

Vsuræ absque stipulatione nullæ. 271

Vsuræ fœnebres, & non fœnebres. 81. legitimæ, quæ? 179. licitæ, quo jure? 587. quibus constitutionibus? 649. 650. 653. 662. 664. 670. 676. pœnales. 179. in debitæ, solutæ repeti non possunt. 271. an è republica exterminandæ? 282. à Platone exterminatæ. 520. 521. in laicis in primitivis ecclesiis nusquam improbatæ. 637. 647. 648. 649. cur deinde? 651. gravissimæ ab episcopis acceptæ. 652

Vsurarum distinctiones. 174. modus, plane politica res est. 646. 648. 672. obligatio. 108. 109. 113. 115

Vsurarum & sortis obligatio, generis ejusdem. 159

Vsurarum tractatus quonam referendus. 602

Vsurarum non accipiendarum lex, in pauperum gratiam condita. 607. 610

Vsurarum novum testamentum non meminit. 649. 653

Vsurarum à Christianis exigendarum

darum apud Muslimos jus quale? 666. 667

Vsuris laborare, non dici, ut, fœnore laborare. 33

Vsuras exercere, non dici ut fœnus. 28

Vsus, & usura. 82

Vsus, abusus. 194

Vsus, & proprietas. 202

Vsus, est possessio; & à re inseparabilis. 173

Vsus, utendi jus. 212

Vsus sine re, nullus. 219

Vsus mutui, & proprietas rei, diversa. 217. 218

Vsus nummi, unde? 461. 462

Vsus rerum sufficiens naturæ, conveniensque, & nummus, Aristoteli ἀσύστατα. 484

Vsus cujusque rei Aristoteli duplex; & quinam? 283

Vsu non est carendum propter abusum. 554

Vsus auctoritas. 210

Vsus venditio, an in mutuo vel locato? 217

Vsusfructus verus, & quasi. 219. 220

Vsusfructus tantum morte finitur. 220

Vsusfructus proprietas magis alienatur quam mutuæ rei. 221

Vtendi jus, possessio. 212

Vtendum dare, cõmodare. 164. 165

Vti, œtier. 4

Vtilis, commodus. 164

Vulgus, peccatores. 622

X.

XAphienses, Arabum secta. 675

Z.

ZEno Citticus principium generandorum animalium extitisse credidit. 302

Emendanda.

PAg. 7. *lin. à fine* 5. *lege* reſpondet. *pag.* 8. *lin.* 20. *lege* ſi dixero. *pag.* 12. *lin.* 8. *poſt* accepiſſe *ponenda* σιγμή. *l.* 9. Quia. *Ead. l. poſt* mutaſſet. *ponenda virgula. Ead. p. lin.* 25. in mutuo. *p.* 16. *l.* 8. δανίσας. *l.* 9. δανείσας. *p.* 18. *l.* 25. δανεῖσαι. *p.* 22. *l. à fine.* 3. dignus cras! *p.* 23. *l.* 1. fero. *p.* 26. *l.* 21. Præterea. *p.* 27. *l.* 1. uſus eſt. *Ead. p. l.* 22. Latine. *p.* 28. *l. à fine* 6. *tolle diſtinctionem poſt* exercere. *Ead. p. l. à fine* 4. *poſt* exercere, *pone interrogationem. Ead. p. l. penult.* Pecunia. *p.* 31. *l.* 10. redit. *pag.* 42. *l. poſt* ἐμποριᾷ *pone virgulam. Ead. p. lin.* 4. *à fine*, potius. *p.* 47. *l.* 8. *à fine*, καπηλείαν. *pag.* 48. *l.* 12. eorum. *p.* 50. *l.* 9. *poſt* collaticia, *tolle diſtinctionem. p.* 51. *l.* Præter eas. *p. ead. l.* 9. *à fine*, ex Solonis lege, ſicut. *p.* 62. *l. ult.* ἔχῃ *pro* εἶεν. *p.* 68. *l.* 7. credere. *p.* 72. *l.* 2. ei ſervo. *p.* 98. *l.* 2. Item. *p.* 127. *l.* 13. ſtipulatione. *p.* 129. *l.* 13. Κεῖ *pro* Κεῖ. *p.* 130. *l.* 8. ἥνεᾧ *pro* δυίᾳᾧ. *p. ead. lin.* 9. Quorſum, *pro*, Quo enim. *p. ead. l.* 23. *poſt*, alterius, *pone virgulam. p.* 132. *l.* 5. *à fine*, abſtinere. *p.* 156. *l.* 4. *tolle alterum* in. *p.* 160. *l.* 6. ſi alii. *p.* 161. *l.* 12. ὀφειλήμαθα, ἐνδόσις. *p.* 167. *l.* 22. locatione. *p.* 168. *l.* 4. *à fine*, ἐχθροποιὸν. *p.* 170. *l.* 14. & mutuor, *ut ante. p.* 148. *l.* 4. *à fine*, τί θηλίον; *p.* 185. *l.* 15. per detrimentum. *p.* 189. *l.* 1. *poſt* imponebant, *adde*, quod alterum genus fuit? *p.* 190. *l.* 10. *poſt* fundum *adde virgulam. & mox lege*, oraculum. *p.* 192. *l.* 11. mancipio. *p. ead. l.* 8. *à fine*, *expunge verba iſta*, Inter acquirendi modos mutuum non reponi. *p.* 199. *l.* 29. τόκῳ. *p.* 212. *l.* 4. dominum credit. *p.* 218. *l.* 2. Dat enim. *p. ead. l. ult.* examuſſim. *p.* 230. *l.* 4. *dele* qui. *p.* 257. *l.* 25. *poſt* ſunt, *pone virgulam. p.* 259. *l.* 27. indigetarunt. *p.* 264. *l.* 12. *poſt* naturali, *pone virgulam loco puncti. p.* 269. *l.* 4. *à fine*, receptio. *p.* 270. *l.* 6. mutuum. *p.* 289. *l. ult. lege*, aut quam ipſi. *p.* 292. *l.* 15. agricola. *p.* 298. *l.* 2. ὑφαυλικῆς ἢ οἰκοδομικῆς. *p.* 313. *l.* 21. eſt, tantum effecit. *p.* 318. *l.* 2. ſumus. *p.* 320. *l.* 3. αὐτῷ. *p.* 324. *l. ult.* nummo. *p.* 326. *l. penult.* invicem. *p.* 333. *l.* 16. profecto. *p.* 334. *l.* 19. caupo eſt, ille mercator. *p.* 342. *l.* 4. rebuſp. *p. ead. l.* 5. *à fine*, intelligit. Quem locum. *p.* 346. *l.* 15. in concionari. *p.* 355. *l.* 14. μεταβολῶς. *p.* 369. *l.* 27. nummi. *p.* 374. *l. penult.* vinum. *p.* 375. *l.* 14. vendendi. *p.* 380. *l.* 1. ξενίᾳ. *p.* 395. *l.* 21. *poſt* factum eſt, *pone interrogationem. p.* 396. *l. ult.* pleno acervo. *p.* 401. *l.* 1. fame perire. *p.* 405. *l.* 18. μεταβολικὴ. *p.* 414. *l.* 26. medicos. *p.* 420. *l.* 11. Auctori. *p.* 429. *l.* 25. ἀποσῆσαι. *p.* 438. *l.* 4. quam. *p.* 440. *l.* 18. rebuſp. *p.* 460. *l.* 3. *à fine*, quam quo pretio. *p.* 477. *l.* 14. ſignificant. *p.* 480. *l.* 18. inutile. *p.* 486. *l.* 25. coactionis. *p.* 498. *l.* 20. Græcis. *p. ead. l.* 25. cogebat & colligebat. *p.* 500. *l.* 9. argentariæ exercitoris miniſtro. *p.* 502. *l.* 3. *dele*, adverſus eum. *pag.* 507. *l.* 2. Latini, Græci. *p.* 508. *l.* 13. vocat. *p.* 513. *l.* 11. ſolvebant. *p.* 530. *l.* 20. populo tum, *pro*, olim. *p.* 547. *l. ult.* τυφῆς. *p.* 548. *l.* 11. τυφῆς. *p.* 553. *l.* 16. ἄγκῳ. *p.* 560. *l.* 2. *poſt* coëmerat, *adde*: ut ait Cicero: vel ipſum oleum cum ſperaretur ejus vilitas ex floris copia, ut vult Plinius. *p.* 562. *l.* 28. conſtituebant, inter metcatores. *p.* 566. *l.* 30. πέμπτον. *p.* 567. *l.* 26. δανεῖσαι. *p. ead. l.* 27. ſub uſura dare. *p.* 573. *l.* 6. Βυζάντιοι. *p.* 577. *l.* 4. *à fine*, Grave. *p.* 578. *l.* 25. ἄγκῳ. *p.* 579. *l.* 6. *à fine*, ἴσημι. *p.* 580. *l. ult.* dimidio. *p.* 582. *l.* 16. γωνὴ. *p.* 590. *l.* 28. continendos. *p.* 595. *l.* 13. vocavimus. *p.* 596. *l.* 1. legale. *p.* 609. *l.* 4. *dele*, an. *p.* 625. *l.* 2. *poſt*, auctarium, *adde*, & cumulum. *p. ead. l.* 28. Raptam ſibi tunicam. *p.* 630. *l.* 3. *poſt*, ſubjici, *adde*, poteſtatibus. *p.* 633. *l.* 17. genuinis. *p.* 634. *l.* 6. *à fine*, ut in clericis. *p.* 637. *l.* 22. mercatura. *p.* 645. *l.* 8. *tolle*, Et Diaconi. *p.* 648. *l.* 21. tollendum. *p.* 658. *l.* 4. *à fine*, quæ omnes. *p.* 665. *l.* 14. hæc dicta.

Inter addenda reponendum.

PAg. 465. *lin.* 5. *à fine, poſt hæc verba*, præſtabat, *adde*: Vt dubitem tamen de hac conjectura apud Senecam, facit locus Nicolai Damaſceni, in quem nuper incidi, de Lacedæmoniis. Νομίσματι ᾧ, inquit, χρῶνται σκυτίνῳ. *Pecunia utuntur coriacea*. Certum quidem eſt, eum hallucinari, & Lacedæmoniis perperam tribuere, quod fuit Carthaginenſium, ſed potuit id ab illo ſumere Seneca.

FINIS.

SLOVENSKA NARODNA KNJIŽNICA BIBLIOTEKA